 Virga non ualentis erigi iuueni cuidam, quo pacto fuerit causa.
 3. deprehensa 140.1.c
 Virga uirilis parua qua damna apparet 244.2.b
 Virga uirilis ulcera quibus causis fiant, & curatio 244.3.g.h
 intrinsecorum 245.2.a
 Virga uirilis descriptio & anatomie 244.1.c
 Virga uirilis parua quibus auxiliis maior reddatur 244.2.c
 Virga uirilis doloris causa, & curatio 244.2.d
 Virga uirilis malae complexionis quo pacto curentur 244.2.a
 Virga uirilis est membrum facile putrescibile 244.3.f
 Virga uirilis apostemata extrinseca quo pacto curentur 244.3.f
 intrinseca 4.f
 Virga uirilis, necesse est, aliquando abscindatur 244.4.h
 Virga uirilis ulcera cur fiant mala ambulatiua 244.4.h
 Virga uirilis in apostemate quare putrefactiua uitanda 244.4.e
 Virga uirilis cancer quo pacto curetur 245.2.b.c
 Virga uirilis ulceri exiccando aqua bona & probata 245.1.d
 Virga uirilis rhagadiarum, & uerrucarum curatio 245.3.e
 Virga uirilis bothor, morum, caro addita quo pacto curanda
 245.3.f
 Virga uirilis pruritus quibus fiat causis, signa, & curatio 245.3.f
 Virga uirilis immoderata erectio est duplex 245.4.e
 Vide priapismus
 Virge erigenda impotentia quibus causis fiat 246.2.a
 signa. d. cura 3.f
 Virga apostematibus cur repercussiu conueniant, licet sit in lo-
 co emunctorio membri principalis 249.2.c
 Virga uirilis aphorismus Hipp. 249.3.e
 VIRGINES cur primo in coitu sanguinem emittant 249.4.h
 VIRILE membrum, uide Virga uirilis
 VIRTVS ante omnia consideranda, & unde eius fortitudo sumen-
 da, & debilitas 5.2.d
 Virtutis fortitudo cognita ad qua iuuet 5.2.d
 Virtus totius & particularium membrorum in euacuatione attē-
 denda 6.1.d
 Virtus consideranda non tantum patientis membri, sed etiam col-
 ligati 6.2.b
 Virtus nulla re aequae reficitur, ut sublimato ex carne 139.4.h
 Virtutis casus subito & syncope quibus differant 139.3.h
 Virtutis casus subito quid sit, causa, & curatio 139.3.h
 VISTO uide uisus.
 Visus debilitas quid sit & eius causa multae 85.2.d
 Visus debilis signa demonstratiua diuersa, pro diuersis causis.
 85.3.h
 Visus debilis curatio multiplex pro causis multis 85.4.f
 Visus debilitati, Aristotelis remedia 85.4.f
 Visui utilia plurima 85.4.f.g
 Visui debili mirabile collyrium 86.3.g
 Visus corruptus quid sit, & eius causa 87.1.d
 Visus corrupti signa uaria pro uariis causis 87.2.c
 prognostica. d
 Visus ablati quot causis auferatur 87.3.h
 Visus corrupti curatio uaria pro causis uariis 87.2.d
 Ulcera uirga mundat & consolidat cinis cucurbitae siccae 30.1.c
 VMBILICI augmentum quibus causis fiat 272.4.h. signa
 & curatio

PRACTICAM

SAVONAROLAE

& curatio	273.1.a
Vmbilicus æditi fœtus quo pacto ab obstetrice curandus	277.1.b
Vmbilico infantium exeunti utilia	273.1.b
VNCTIONES ET VNGVENTA	
Ani apostemate	217.2.a
mollificatione	217.4.g
pruritu	218.2.b
Angina	116.3.e
Asthmate	120.4.f
Auditu diminuto	90.3.f
Auris dolore	92.1.a
Capitis dolore a bile. § 6.1.d. a phlegmate	57.1.d
a melancholia	57.4.e
Carne gignenda	217.3.g
Coitu diminuto seu ablato	248.4.h
Colica	207.2.c
Conceptione iuuanda	264.1.a
Diabete	230.1.c
Diarrhœa culpa hepatis	192.4.g
Elephantiasis	274.3.f
Fœtu mortuo educendo	270.1.d
Gonorrhœa	243.4.e
Hæmorrhoidum dolore	216.4.f
Hepatis apostemate resoluendo, meseraicarum, & musculorum uentris	173.4.f
Iuncturarum doloribus	279.2.a
Labiorum fissuris	113.3.f
Lactis carentia	142.4.f
Liene, ne melancholiam mittat stomacho	163.1.a
Matricis apostemate duro	256.2.b
rhagadiis	257.1.d
Menstruis prouocandis	252.4.g
Menstruorum fluxu in prægnantibus	266.3.h
Nasi ulcere	98.3.g
Palpebrarum pediculis	84.2.d
crassitie	3.h
clausione difficili. g	4.e
pilis additis	
Paralyfi	
Pleuritide	74.2.b
Podagra frig.	130.1.a
Priapismo	283.4.g
Renum caliditate	246.1.d
frigiditate	220.2.a
3.e	
Sanguinis sputo	120.2.a
Sciatica	284.4.h
Spasmo	75.4.e
Splenis duritie & oppilatione	187.3.h
debilitate	188.1.b.c
Stomachi frigiditate	147.4.g
caliditate	148.2.c
siccitate	148.3.h
apostemate suppurando	159.3.h
inflatione	160.2.b
Syncope	140.4.h
Tenesmo	200.3.g
Testiculorum apostemate duro	241.3.g
Tussi	122.1.d
Vermibus	212.2.d
Vesicæ apostemate	232.2.a
ulcere	233.1.b
Virgæ uirilil ulceribus	245.1.c
rhagadiis	3.e
pruritu	3.h
Voce rauca	124.2.a
Vomitu	162.1.a
Vomitu prohibendo	162.4.g
Vrinæ difficultate	235.2.c
Vnguis oculorum, uide Vngula	
Vngues, ossa, & pili non sentiunt	111.1.b
Vngues fracti crescunt, cur non & dentes	111.1.a
Vnguenta calida & frigida, quæ sunt in usu	52.3.g
Vnguenta constrictiua	52.4.e
Vngula quid sit, & unde fiat	80.3.h

Vngulæ curatio diuersa pro diuersitate causæ	80.4.e
Vox quid sit, quomodo formetur, & partium anatome, quibus illa formatur	122.4.h
Voci formandæ quo pacto profint nerui reuerfiui	123.1.a
Vocem faciunt tria	123.1.2
Voci ablatæ conferentia	123.2.c
Vox tripliciter læditur	123.1.d
Vocis ablatio quid sit, & quibus causis fiat	123.1.d
curatio. 2.b	
Vocis corruptio quibus causis fiat	123.2.a
Vocis raucæ & asperæ quæ sit causarum diuersitas	123.3.b
Vocis raucedo quid sit, & quibus causis fiat	123.3.f
Vox si lædatur ex mala complexionem humida, cur sit properanda curatio	123.2.c
Vocis raucæ signa pro causis eius. 123.4.e. prognostica	
Vocem maxime corroborat sandaracha	124.1.a
Voci raucæ utilia	124.1.a
Vocis raucedo quando multiplicetur	123.4.f
Vocis raucedo quæ curabilis, quæ non	123.4.f
Vocis raucæ curatio uaria pro uariis causis 123.4.f. ex siccitate. 124.1.b. ex forti clamore. c. ex frigore. d. ex aliis causis 2.b	
Vocis breuis, & grossæ, & subtilis, & tenebrôsæ & trepidæ, causæ & curationes	124.2.c.d
Vocis subtilitas num somno fiat. 135.2.a. num item coitu. b	
Voci tremulæ num conferat lamina plumbea, pectori imposta &c.	135.2.b
Vocis aphorismi Hipp.	137.2.a
Voluulus, uide Ileos	
VOMITIVVM CONFERENS	
Asthmati	118.1.c
Colico dolori	208.3.f
Diabetæ	238.1.c
Iuncturarum dolori	279.4.h
Stomachi intemperiei cum materia	147.3.e
Vomitus quibus artibus prohibeatur sumpto medicamento	
13.1.b	
Vomitus in dolore capitis quando conueniat	58.3.e
Vomitus descriptio. 160.1.d. causæ. 3.e	
Vomitus sanguinis quibus fiat causis 160.3.g	
Vomitus quando sit læsi cerebri signum	160.4.f
Vomitus signa indicantia pro uariis causis	161.1.a
prognostica	161.2.a.b
Vomitus quibus morbis conferat	161.2.c
Vomitus si fieri debet, quot nam sint consideranda	161.2.d
Vomitus curatio. 161.2.c. phlegmatici. 4.f. choleric. 162.1.b. melancholici. 2.a. facti ex corruptione cibi, Et saniosi. 2.d. propter medicamentum, Et sanguinei. 3.e.f. ex consensu, Ex debilitate contentiuæ. h	
Vomitiua leuia. 161.3.e fortia f	
Vomitum fieri singulis mensibus Hippocrates iubet	161.3.f
Vomitus canones sex seruandi	161.3.g
Vomitus utilitates & detrimenta	161.3.g
Vomitus calidus iuuatur infrigidatis extremis, quia scilicet infrigidant	161.4.h
Vomitum quæ fieri prohibeant	162.1.c
Vomitui conferentia	162.2.d
Vomitus repressus cui sit lethale	162.3.f
Vomitus accidentia quæ, & quomodo corrigenda	162.4.f
Vomitus num fieri possit phlegmate & sanguine	165.4.f
item, cum plus sanguinis & phlegmatis sit in stomacho, quare non sit semper uomitus sanguineus aut phlegmaticus. g	
Vomitus aphorismi Hipp.	166.1.c
Vrina pauca quot reddatur causis, & curatio	234.1.b
Vrinæ difficultatis differentia	234.3.h
Vrinam per accidens multiplicat borealis constitutio	234.4.g
Vrinæ difficultas & retentio quot causis fiat	234.4.h
Vrinæ difficultatis signa pro suis causis 235.1.b. prognostica 2.a	
Vrinæ difficultates quæ nam sint curatu faciles, quæ non 235.2.a	
Vrinæ difficultatis curatio pro eius causis	235.2.a
Vrina suppressa quot dies possit quis uiuere	235.2.a
Vrinæ retentæ quod periculum imminet, ni cito succuratur	236.1.a
Vrina in retenta quid sit in desperata salute præstandum	236.1.a.b
Vrinæ in difficultate qua quis ratione sit syringandus	235.4.g
Vrinæ	

PRACTICA IOANNIS

MICHAELIS SAVONAROLAE

Patauini Medici, ac Philosophi celeberrimi in sex

Tractatus diuisa, & nunc argumentis
doctissimis illustrata.

TRACTATUS PRIMVS DE MODO

processus artificialis medici in medendo, in
quinque diuisus capitula.

ARGVMENTVM IN CAP. I.

MEDICVS prudens ut ægritudinū causam cognoscat; deuenire ad notiora debet; qualia sunt signa sensui, et iudicio manifesta. de signis igitur in hoc cap. agitur uniuersalibus: sed signum est duplex, alterū mediatum, alterū immediatum. immediatū est illud, quod sensui immediate se representat: contra verò mediatū. uariatur autē multipliciter signum: quædam enim sunt desumpta à substantialiter, vel quasi substantialiter in hærentibus: quædam ab actione læsa; vt, debilitas digestiua: quædam à qualitate mutata; vt, citrinitas in icteritia: ac quædam ab exeunte, siue excremento mutato. quod cernitur quandoque in quantitate; vt, in lienteria: quandoq; in qualitate; vt, in vrina nigra: quandoq; utroq; modo; vt, in fluxu sanguinis. sunt & aliæ signorum rationes, quæ à significato, motuq; depromuntur, & à tempore, de quibus suo dicetur loco. Hæc sunt uniuersalia signa. particularia uerò singulorum humorum recensemus. nam, quo ad humorem frigidum attinet, quædam demonstrant frigiditatem à materia phlegmatica pendentē; quædam à melancholica. ab excrementis signum percipimus declarantem frigiditatem à phlegmate; si vrina alba, discolorata, palearis, seu subcitrina sit: à qualitate; si color albus, albedo superfluës linguæ, mollities eius, squaliditas corporis, tumor faciei cum mollitie. ab actione læsa desumitur signum; si paucitas sitis, debilitas digestiua, pigritia, & alia multa apparent. à substantialiter, vel quasi substantialiter in hærentibus; si tactus mollis sit, si pulsus leuis, si senex, si anni tempus, si ars sit humori apta. idem dicetur de alijs. signa, quæ maximè veritatem rei afferunt, sumuntur à substantialiter in hærentibus: deinde, quæ ab actione: tertio quæ à qualitate mutata: quarto quæ ab excremento mutato excipiuntur. signum prauum vincit aliquando plurima bona: & aliquando bonum plurima mala. Humores mouentur in diuersis horis; siquidem sanguis mane moueatur; cholera hora tertia: melancholia post nonam: phlegma in vespere. sed crassi non mouentur; subtiles quidem die.

De signis complexionum omnium tam naturalium, quam præternaturalium.



VM O P O R T E A T Medicum rationalem in curandis ægritudinibus prius causam amplecti; neq; ipsa cognosci habeat nisi per ea, quæ nobis notiora sunt; qualia sunt signa sensui, & iudicio manifesta; quæ nobis principium artis, & scientiæ faciunt, vt infra: hinc arbitratus sum prius de signis eam tradere notitiam; ut per ea sic causa innotescat, quod ualeat medicus rationabili processu ægritudinès curare: nam, technico, cuiusq; ægritudinis causa prius reiicienda est, ad eaq; deinceps iam factam ægritudinem insistendum. sunt itaque signa ipsa nobis suis causis notiora; & uia nobis innata est in cognoscendo à notioribus nobis ad notiora naturæ, primo physicorum. Erit itaque sermo noster in hoc primo capitulo de signis ipsis, & in uniuersali multum; vt per ipsa uniuersalia facilius ad particularium notitiam deueniatur: nam de particularibus, duce Deo, & demonstratiuis, & prognosticis, suis dicetur rubricis. & hæc quidem signa uniuersalia pro nunc distinguantur in ea, quæ sunt talia sumpta à casibus, uel operationibus; & à substantialiter in hærentibus sumpta, collocando signum sumptum ex pusu sub signis sumptis à substantialiter in hærentibus: & si sit signum sumptum ab operationibus; hoc ideo quoniam pullus est præco, qui non mentitur. ideoq; uidetur non parum attinere signis necessariæ ueritatis; qualia sunt, quæ à substantialiter in hærentibus sumpta sunt. inter hæc, & primo occurrentia sunt urina, de qua uulgus non paruam fiduciam habet; licet iudicium ab ea sumptum nõ sit multum efficax propter multas condiciones, quæ in ea obseruari debent: imo quàm plures rudes de ea sic opinantur; vt per eã pro-

Cessus omnis, etiã ex parte causarum primitiuarum sumptus à perito medico et pronuntiari possit. Tu itaq; circa eius notitiam ex parte suæ substantiæ, quantitatis, coloris, contentorum, & huiusmodi te studiosum reddas; vt & tibi, & vulgo satisfacias. nec hoc loco expectes; vt de ea aliquid dicam; cū præsupponam te operari uolentem in hoc meo volumine de ea apud te non mediocre habere notitiam. q, si amplissimam cupis; relege quæ à me in tractatu de ea aggregata fuere. Exeuntiaq;: ex quibus ambobus tibi aperietur uia in cognoscendo nedū morbū; sed causam eius; si conditionibus suis obseruandis contēplabuntur, de quibus imbutus debet esse medicus operator, antequã ad actū medicationis se ponat: nec circa ipsam morã contrahere pigeat medicū: sed scientificè præuisus diligenter eorū condiciones examinet: cū ex ipsis non foetidum; sed foetorem omnē cassans aurū colligat. Vocatus itaq; medicus ea benignitate fretus, qua medici esse debent ante introitū cameræ ægrotantis, exeuntia oia exportari ab astantibus iubeat. deinde urinã debitè consideret in memoria habens, quæ obseruari debent in iudiciis urinæ ab Auicenna posita secunda primi de vrina. Postremo exeuntia alia; vt egestiones, sputū, menstruum sanguinem optimè speculetur ad condiciones in eis attendendas propriis capitulis positas aduertēs quàm maxime; & quicquid hæc omnia sibi demonstrauerint, memoriæ firmiter cōmendet; vt, quod ex eis cōprehensum habuerit; sit ei, vt clauis ad aperiendam ianuã; qua ualeat facilius causam ægritudinis cōprehendere. & ne ex primo aduētū, atq; reuerentia medici æger ipse alteretur; & in omnibus medico rīdens fatigetur; congruū iudicauit, vt medicus ipse, anteq; ægrotantis camerã intret; se cū astantibus informet de cōplexione, etate, habitudine, consuetudine præcipue, quæ cū reprehensibilis sit in pluribus; ab ægris ipsis maxime occultatur. amplius de repletionē accidentibusque nõ minus informetur; vt ea ornate, & prudenter infirmo narret: ac si eorū vaticinator fieret; vt ex hoc infirmus de ipso fiduciam capiat: quæ multum in curandis ægris sentitur conferre; vt primo prognostici-

Medici officii, primo ad ægrotantes ingressu.

Ordo togis operis.

eorum commento secundo, & sexto naturalium parte quarta quarto capitulo: plus ualeat confidentia infirmi de medico, quam medicus cum suis instrumentis. Verum, si ægri debilitas maxima foret; de ipsis accidentibus secum astantibus efficaciter informet; ut supra: quod si non ab ægro ipso; ab astantibus in eius presentia se informet. quantum uero horum informatio in cognoscendo ægritudinis causam faciat, ex dictis facile comprehenditur. His itaque peractis graui incessu, modesta, hilariq; facie, medicus ægrotantis cameram ingrediatur. cumq; presentes, & ægrum saluta- uerit; in honorabili loco se ponat ad sedendum; cum in residere, & quietari anima sapiens, & prudens fiat, septimo physicorum: cæterosq; sedere iubeat; ut ex hoc eius uerba auctoritate magis luceant: incipiatq; in nomine Iesu, sine cuius lumine nihil uideri, cognosciq; potest; hoc ordine ægrum, uel astantes, grauib; uel morosis uerbis allo- qui. nam cum ualida, atque seriosa informatione ægrotan- tis medicus in causam ægritudinis facile deueniet; ppter quod infantibus, & pueris non æquè bene medetur, ut in ætate prouectis. nam, cum plerunq; primitiua causa ma- gis notæ antecedentes moueant, prima quarti quinto capi- tulo, facilius in ipsius causam ægritudinis perueniemus. patienter itaque audito ægro, & ipso continue narrante complicare debet medicus omnia, quæ uidit, audiuitq; ab astantibus, cum narratis ab ægrotante ipso. quod si omnia simul, aut fortiora frigiditatem arguet; morbum ipsum à materia frigida, & à mala complexione frigida fieri ueri- simili coniectura putandum est: & sic eo modo de calida, humida, sicca æstimandum est. et, ut tibi sit facile hoc col- ligere; discas modum numerandi super manibus arithme- ticoꝝ uulgariuꝝ: etiã tunc super una manu pones; exem- pli gratia, calida ut super dextra: frigida super sinistra.

Signorū
non nulla
scitu di-
gna.

Et pro notitia ampliori de signis quædam hic de ipsis annotabo excepta à Conciliatore nostro, differen- tia. 78. quæ ad habendam de eis amplam scientiam tibi nõ parum proficient.

Primum itaque statue, quod signum est sensibile; quod sensui se offerens in intellectu aliquid derelinquens est. ex sensationibus nanque multis, contingit memoria, ex qua elicitur experimētum; & ex eo tandem uniuersale: quod est principium artis, & scientiæ, secundo posteriorum, & proœmio metaphysiæ.

Ex quibus colligitur, quod signum est duplex; primum qui- dem immediatum; ut illud, quod sensui immediate se re- præsentat: & tale dicitur demonstratiuum. aliud media- tum, cum quo primum non semper existit; sed ab eo origi- nem trahit prognosticū dictum, quod in diffinitione clau- ditur, cum dicitur: in intellectu &c. Et hic non distinguo inter signum, & significationem; quanuis tertio prognosti- corum commento. 41. uidebatur inter ea differentia du- plex esse: nam significatio est necessariorum; signum ue- rò est eorum, quæ sunt secundū plurimū. item significatio est ratione comprehensa; signum uero experimento.

Signum nanque multipliciter uariatur; nam aliquando consideratur ratione suæ essentiæ: & sic quoddam est qua- litas mutata; ut citrinitas in icteritia; quoddam actio læsa; ut debilitas digestiua, oppilatio porū, & huiusmodi: quæ tripliciter lædi pōt leuiter, s. mediocriter, uel omnino tolli- tur. reliquum est exiens mutatum, quod significatur, quan- doq; quātitate; ut in lienteria: quādoque qualitate; ut in urina nigra: quandoq; utroq; modo, ut in fluxu sanguinis.

Secundo consideratur ratione significati; ut signorum aliud sanum, aliud ægrum, aliud neutrum: quoddam est familiare incipiens cum morbo; aliud superueniens mor- bo: quoddam est signum digestionis: quoddam contrariū digestionis: quoddam indigestionis: quoddam ceticum: quoddam salutis: quoddam mortis.

Tertio consideratur ratione mouendi: & hoc triplici- ter, aut ut refertur ad uirtutem animalem: & hoc duplici- ter, aut quantum ad motiuam; & signum aliud sumitur à motu; ut à reuolutione, æstuatione: & aliud à quiete, ut in apoplexia, & epilepsia, sincopi; aut à uirtute apprehen- siua; & hoc dupliciter; aut exteriori, aut interiori. si ab exteriori; & hoc dupliciter; aut quantum ad sensibilia cō-

munia quinque, ut sunt motus, quies, magnitudo, numerus, figura. aut quo ad sensibilia propria quinque sensibus de- seruientia; ut ex parte actus calidum, & frigidum: audi- tus; ut tinnitus, sibilus, & huiusmodi: gustus; amarum, dulce: uisus: ut in icteritia: odoratus; ut in polypo. ab interiori; ut signum denotans regitiuam actionem, uel mē- tem: & hoc tripliciter; ut imaginatio, siue phantasia, cogi- zatio, & memoria: nam aliquādo una, uel duæ corrumpun- tur reliqua manente; ut tertio de accidenti, & quarto inte- riorum de Texillo medico; ut infra sexto tractatu. et ita signorum quoddam sumitur à substantialiter inhærentibus, quod est necessariæ ueritatis: aliud ab operationibus, seu effectibus propinquum ei, & apparentis ueritatis: quod- dam à casibus, quod aliquando fallit; sed in pluribus est ue- rum; de quibus omnibus exempla infra ponentur.

Quarto consideratur ratione temporis; quia quoddam rememoratiuum, cuius non multa existit utilitas: quoddam demonstratiuum, quod confert tantum infirmo. quoddam prognosticum, quod medico & infirmo est utile: infirmo quidē; quia per ipsum scitur, qualiter regēdus est: medico quidem, quantum ex parte honoris, & utilitatis: nam po- terit sic cū infirmo de pretio cōuenire: quod apud me igno- miniosum, & præsumptuosum facio: & tu ab hoc omnino abline; noliq; quod tuum non est, promittere.

Sed, antequam ponatur signa particularia particulariū humorū (ut habeatur signorum amplior doctrina) præmit- tenda sunt in generali signa significantia læsionem membro- rum, uel totius absolute. et sunt ab exeuntibus multitudo superfluitatum omnium; sicut sudoris, urinæ, & egestio- num, sputi &c. à qualitate mutata, cuius extensio, uenarū inflatio, totius corporis rubor, tumor membrorū maxime faciei, ab actione læsa; grauitas, pigritia, in moribus intel- lectiuis sensuum hebetudo; debilitas uisus, auditus graui- tas, somnare se mouere non posse, aut non posse loqui, gra- ue onus portare, pulsus magnus, & plenus, aspiratio ma- gna, alices, oscitationes, desiderij paucitas.

Et quia signorum significantium frigiditatem; ut præ- sentis intentionis est; quædam sunt, quæ significant frigidi- tatem à materia phlegmatica pendentem; quædam à mate- ria melancholica: hinc prius signa frigiditatem à materia phlegmatica pendentem significantia discurremus; cum secundum plurimum ægritudines materiales frigida hoc tempore à materia phlegmatica pendeant: deinceps signa significantia frigiditatem à materia melancholica penden- tem contemplemur; & eo modo de signis caliditatem si- gnificantibus.

Secundo prosequendo incipiemus à signis significanti- bus frigiditatem à materia phlegmatica pendentē eo ordi- ne, ut supra. et primo à signis sumptis ab exeuntibus; ut, quia urina est alba, discolorata, palearis, seu subcitrina: egestiones phlegmaticæ albæ, uiscosæ, seu mucosæ, aquo- sæ, & huiusmodi: sputum uiscosum, aquosum, seu alio mo- do phlegmaticum: multiplicatio saliuæ nõ amaræ, sed pon- ticæ, multitudo superfluitatis egredientis per nares, & pa- latum. à qualitate mutata; frigiditas percepta; color al- bus in corpore, superfluens albedo linguæ, mollities eius superflua, squaliditas corporis, tumor faciei cum mollitie, ab actione læsa; paucitas sitis; nisi ubi phlegma falsum fue- rit; debilitas digestiua etiam in tempore sanitatis, oxyre- mia, somnus multus, & subet, pigritia, ociositas, mem- brorum laxitas, ponderositas oculorum, obliuio, dolor in posteriori parte capitis, uertigo, scothomia, casus appeti- tus, appetitus acutorū, & acrium, nausea, eructatio, dolor grauius, frigiditas in capite, & in stomacho percepta, & eius notabilis læsio: nam, & si phlegma non habeat rece- ptaculū; plus tñ in stomacho, quam in alio mēbro reperit- ur; ut decimatertia tertij de ægritudinibus stomachi; & Mesue de appropriatis tertio capitulo. à substantialiter, uel quasi substantialiter inhærentibus; ut in tactu molli- ties, leuitas pulsus, qui tarditati, & raritati attinet; amplius ætas; ut senectus, cōsuetudo incurredi ægritudines frigi- das, phlegmaticas: regimen præteritū humorū phlegma- ticoꝝ multiplicatiuum; quia cibarijs phlegmaticis, po- tu phlegmatico, quiete superflua usus fuerit: item super- fluitas

fluitas commestionis: unde per uiam indigestionis humores crudos phlegmaticos multiplicauerit: similiter si exercitium immoderatum fuerit; ut in generali supra aperiatur: similiter regio, tempus anni, & hora praesens; ut, quae praesentes dies multum humidi, & frigidi fuerint: ars; quia piscator, debet & ultimo sicut curiosus medicus; ut docet Aristot. in de somno, & uigilia; somnia inuestigare: nam apparentia in somno phlegmatica; aqua, & niues, pluuia, & huiusmodi frigiditatem, & maxime phlegmaticam nobis demonstrant.

Signa significantia frigiditatem a materia melancholica pendentem sunt primo ab exeuntibus initiando; ut urina nigra, seu fusca; aut cum aliquali rubedine ad obscuritatem tendens; seu declinans uiriditas eius; & aliquando est liuida clara; & quandoque liuida spissa; quandoque alba & subtilis; nigredo egestionum, seu fuscedo; paucitas sputi; acredo eius, eructationes acetosae; & si aliquo modo exiit sanguis niger, & coagulatus.

A qualitate mutata; ut nigredo, seu color fuscus, seu brunus in corpore superflue apparet: similiter in oculis, & maxime sub palpebra inferiori oculorum, & lymptudo in eis: corporis pilositas, morphea nigra: & est fortissimum signum; ut Auer. quarto col. ab actione laesa; ut in capite grauitas, sed parua, & magis in sinistra; ardor seu incendium oris stomachi, desiderium corruptum; & aliquando caninum; & si erit signum phlegmaticum; uigiliae multae, solitudo multa, laesio, seu aegritudo splenis; ut dolor, grauitas, & durities, & huiusmodi: taciturnitas cogitationes multae, fletus, uel uoluntas flendi, fixio aspectus, paucitas somni, pigritia; rugitus, tensio hypocondriorum; acredo oris, interdum acetositas.

A substantialiter, uel quasi substantialiter inhaerentibus; ut paruitas pulsus cum duritie aliquali, corporis ipsius extenuatio, seu macies etiam naturalis. quibus supercopulentur signa sumpta a complexionem, aetate, & huiusmodi; ut supra. ut, quia eius complexio frigida est, & sicca; aut calida & sicca; quia rarissime phlegmatici & sanguinei ex hoc humore aegritudines incurrunt. similiter consuetudo cadendi in aegritudines melancholicas: & est quasi efficax signum. regimen praeteritum huius humoris multiplicatum; ut supra. ars, quia studiosus multum: somnia sint terrorem inferentia: apparitio tenebrarum: rerum nigrarum cruciantium & huiusmodi, quae terrorem seu timorem ex se corporibus ingerunt. regionem, tempus anni, horum & similia, ut supra, postponere non uelis.

Signa, quae malam complexionem calidam a materia sanguinea pendentem ostendunt; sunt ab exeuntibus initium faciens; ut supra, urina rubea grossa, aut rubea obscura; aut rubea rosea: & quia sanguis in uenis continetur, nec extra a natura in intestinis transmittitur; sicut ad renes, per quos aquositas urinalis pertransit: hinc egestiones; sicut urina super dominium sanguinis non significant; quod licet ita sit; peccante tamen sanguine aliquando egestiones sanguinolentae apparent. sputum dulce; & aliquando sanguini mistum, exitus sanguinis per nares, & aliquando a gingiuis, aut per alia loca, per quae facilius fluit; ut per mēstrua, hamorrhoidas, sudor foetidus; sicut hirci; & etiam multus, & superfluus, etiam pustulae sanguineae, & in toto corpore appaerentes. a qualitate mutata; rubedo in toto, aut in oculis, & maxime in uenis eorum, ipsarumque repletio bothor in ore appaerens ad ememul. i. carbunculi, ab actione laesa; grauitas in origine oculorum, & capitis, & temporum pulsatio, alices, oscitationes, nausea, dormitatio multa, & profunda, sensum turbatio, tarditas in cogitando, lassitudo membrorum absque praecedenti labore. a substantialiter, uel quasi substantialiter inhaerentibus; pulsus magnitudo; uelocitas, & frequentia, repletio uasorum, siue sint uenae, siue arteriae, & si fuerit usus phlebotomia, si sentit pruritum in loco phlebotomato. et his, ut dictum est, copulentur quae a complexionem, aetate &c. sumuntur; ut complexio eius calida, & humida; regimen praeteritum multiplicatum sanguinis, & consuetudo incurrendi similem aegritudinem; & quia consuetus est phlebotomari, & longum est tempus a minutione. ars, quia gaudiosa arte fruitur; ut, quia histrio, cantor, pulsator, & huiusmodi, similiter &

A somnia; quia uidet res rubeas, sanguinem a corpore fluere, natate in sanguine & huiusmodi. unde ad solatium tuum recito, quod scribitur quarto col. Quidam in dolio sanguine pleno se balneare somniabat, in quo etiam plura alia sanguinis signa manifesta erant: unde Gal. phlebotomari eum praecipit; & medici alij de secta Archistratis praeeperunt, ne phlebotomaretur; & iniunxerunt ei exercitium. & quado hoc facere coepit; humores dissoluti discurrerunt per corpus; & mortuus est: ecce mi Sigismunde.

Signa significantia cholerae rubeae. ab exeuntibus incipiendo sunt, urina rufa, citrularis, ignea, crocea, & uniuersaliter illa, in qua est color zaffarano attinens. egestiones tinctae, crocae, mordicariae, sputum amarum uomitus cholericus & uiridis, amarus, uel croceus, humiditas narium, oculorum, oris, acuta cholericus, & pauca, aurium multa. a qualitate mutata; ut citrinitas faciei, & corporis, citrinitas oculorum; sicut accidit in initio icteritiae, oris amaricatio, linguae siccitas, & ipsius asperitas, narium ariditas, ab actione laesa: sicut sitis multa, inquietudo, dolor in parte dextra frontis, & uehementia lucis nocet, & quaeque est fames syncopalis, & aliquando in assumptione cibi accidit uomitus, & sitis fedat per frigidum, & non per calidum; ut in flegmate falso, & si fuerit inuiscata in fundo stomachi; facit nauseam continuam: debilitas appetitus delectari uento, & rebus frigidis, nausea, horripilatio ad modum puncturae acuum, furor, mordicatio uehemens in exitu faecum, similiter & urinae. a substantialiter, uel quasi substantialiter inhaerentibus; durities in tactu membrorum cum quadam caloris acuitate, pulsus uelocitas cum duritie, & tensione. amplius addere debemus his; ut supra, quae per medicum ipsum notata fuerunt; ut aetatem, quia iuuenilem aetatem, quia calidam & siccam: regimen, quia multiplicatum cholerae: artem, quia faber: consuetudinem cadendi in aegritudines cholericas: tempus anni, quia aetas: somnia, quia uidet ignes: uexilla citrina, calores balnei, aut solis facientes rixas, contumelias, & huiusmodi, & aliquando somniavit se uolare.

Signa oppilationem significantia sunt extensio, cum qua non sunt signa repletionis, grauitas maxima, cum est repletio in magnis canalibus; sicut in apostemate: tunc nanque maior sit grauitas, quam sit in apostemate; si uero adest febris; mutatio coloris; licet in minoribus canalibus sit oppilatio; quoniam sanguis ad membra non peruenit propter oppilationem.

Signa uentositatum; quoniam uentositas multam facit distensionem per motum; cognoscitur per uagationem, per rugitum, per sonitum, quando percutitur, per tactum; quoniam leuis laedit, & nihil subesse sentitur.

Signa repletionis secundum uirtutem significantia sunt pigritia ad motum, & grauitas, desiderij paucitas, sine uenarum plenitudine, & pulsus, sine inflatione corporis; sine grossitie urinae, neque adest lassitudo, nisi post motum.

Signa repletionem secundum uasa significantia sunt pigritia, membrorum grauitas, uenarum, & faciei inflatio, pulsus plenus, urina grossa, desiderij paucitas, sensum obtusio, lassitudo quasi continua, laboriosus, & grauis somnus subeth, uel quasi subethicus. et pro his omnibus, quae dicta sunt, notandum primum, quod haec dicuntur signa uniuersalia; quanuis sint satis propria; quia plurima, quae dicta sunt de cholera, possunt inueniri materia peccante existente sanguinea, aut phlegmatica; ut sitis multa in phlegmate falso, uelocitas pulsus in sanguinea &c. secundo notandum, quod completio: in huius rei doctrinam oportet commendare memoriae efficaciter, si qua complexionum naturalium totius, & membrorum particularium posita a Gal. secundo technici, & ab Auer. quarto col. & ab Auicē. secunda primi. et tibi pro nunc sufficet; si breuissime de signis complexionum totius sic aliqua signa conscribam.

Signa calidae, & humidae complexionis sunt septem; primum perceptio caliditatis cum humiditate: secundum carnositas sanguinea cum latitudine uenarum, arteriarum, & totius: tertium capilli rufi, & eorum multitudo: quartum color permixtus ex albo, & rubeo: quintum facile laeditur a calido, & humido: sextum somni multitudo, res sanguinis attinentes somniare; magnitudo pulsus; & plenitudo eius;

bonæ digestionis, ex facili causa ridens. septimum multitudine superfluitatum; ut egestionum, urinæ, & sudoris, & facile in fluxum sanguinis incurrit.

Signa complexionis calidæ, & siccæ, similiter sunt septem; primum perceptio caliditatis cum asperitate, & duritie; secundum macies corporis, uentris strictura, longitudo corporis, nisi paruitas acciderit, causa defectus materiæ spermaticæ, nutrimenti, vel ex siccitate matricis. tertium capillorum crispitudo, & multitudo, & nigredo: quartum color brunus seu rufus: quintum facile à calidis passibile: sextum uigilia multa, sensus perfecti, ingeniosus, multum rixabilis, audax, uelocitas pulsus, & fortitudo, uox acuta, loquela multa, somniare res citrinas, igneas: septimum exeuntia citrina foetida &c.

Signa frigidæ, & humidæ complexionis sunt septem; primum percipitur frigiditas, & humiditas: secundum pinguedo, fluida cum strictura uenarum, & corporis paruitate: tertium multitudo capillorum cum planitie, & albedine: quartum, quia color eius albus, aut plumbeus: quintum, quia læditur à frigidis, & humidis: Sextum superfluitas somni, & somniat res similes aquæ, pigritia, tarditas, hebetudo intellectus, pusillanimitas, pulsus tardus, & paruus, digestio debilis: septimum multitudo, & grossitudo superfluitatem ex parte sputi, egestionum, urinæ, & sudoris.

Signa frigidæ, & siccæ complexionis sunt septem; primum perceptio frigiditatis cum quadam duritie; quæuis per uiam indigestionis sentiatur quædam mollities: secundum paucitas pilorum, & planities capillorum, & corporis color brunus: tertium corpus paruum macrum: quartum, quia color corporis est fuscus: quintum, quia faciliter ex frigidis læditur: sextum, quia multum uigilatiui somniantes res timorosas, malitia intellectus fixi in opinione, malitia digestionis, pusillanimitas, parui pulsus, & duri, timorofus, tristis, raro ridens, corpore non prosperofus: septimum, quia superfluitates in eo multiplicantur etiam per uiam indigestionis, & in summa omnes operationes in eo debiles sunt respectu temperati; & quanto debiliores, tanto ab eo sunt plus distantes. de signis ipsis complexionum tales communiter uersus ponuntur.

Sanguis. Largus, amas, hilaris, ridens, rubeiq; coloris, Cantans, carnosus, satis audax, atque benignus.

Chol. Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax, liqido Astutus, gracilisq; cutis, croceiq; coloris.

Phleg. Hic somnolentus, piger, in sputamine multus, Est hebes huic sensus, pinguis facies, color albus.

Melanch. Inuidus, & tristis, cupiens, dextraq; tenacis Non expers fraudis, timidus, luteiq; coloris.

Obiectio.

Sed dubitabit aliquis, & rationabiliter; signa, quæ posita sunt, sunt signa demonstrantia materiam simplicem tantum; sed, cum in corpore humano non sic peccet materia simplex; sed secundum plurimum composita; quomodo ergo per hæc signa ueniã in materiæ compositæ uerã notitiã?

Dilutio.

Pro isto dicendum præmittendo, quòd, sicut dictum est, signorum quædam sumpta sunt à substantialiter, uel quasi substantialiter inhaerentibus; quædam ab actione læsa; quædam à qualitate mutata; quædam ab exeunte mutato. & consequenter imaginor, quòd signa sumpta à substantialiter &c. sunt fortiora, & efficaciora; deinde descendendo minus efficacia sunt sumpta ab actione læsa; deinde his debiliores sunt sumpta à qualitate mutata: minimè uerò efficacia ab exeunte mutato. cum ergo plurima signa habeamus materiam simplicem significantia; debemus adinuicem aggregare, & numerare; uerbi gratia, octo sunt signa cholerae, & sex phlegmatis: quo facto debemus ipsa adinuicem proportionare, & uidere, quæ obtinent proportionem maioris inæqualitatis supra reliqua; quòd facile comprehendes; si eorum fortitudinem, & efficaciam menti habueris: nam, si illa octo sunt sumpta à qualitate mutata, & exeunte mutato; & reliqua sex ab actione læsa, cū efficaciora sint illa sex; arguendum est materiã peccantem à prædominio cholerae, & ut huiusmodi efficaciam, & fortitudinis signorum certam regulam habeas; imaginari uelis hæc signa per gradus signari posse; sicut simplicia, & medicinae compositæ

signantur; ut infra dicemus ita, quòd signa sumpta ab exeunte mutato sunt in primo gradu; talia sumpta à qualitate mutata in secundo; ab actione læsa in tertio; à substantialiter &c. in quarto: & sic, quæ sunt in quarto, talia aliis paribus sunt fortiora his, quæ in tertio, & quæ in tertio his, quæ in secundo, seruata semper uerisimili paritate. & ita de signis proportionaliter dicendum existimo saltem, ut ipsorum fortitudinis, aut efficaciam coniecturalis quædam, aut uerisimilis doctrina habeatur.

Penultimò sciendum, quòd unum signum prauum uincit aliquando plurima laudabilia; aliquando unum laudabile multa praua; ut primo de crisi, & tertio prognosticorum; ut uirtus, constantia, eiusque oppositum. & 10. Almanfo, cum unoquoque signo ponendum est uerbum, quòd denotat quantitatem fortitudinis illius; quòd enim est debilius signum, dicitur non bonum; quòd fortius malum; quòd fortissimum mortale, aut multum mortale: similiter suo modo de signis laudatis; & tu considera. item, quòd signa posita suscipiunt intensiorem, & remissionem, & mediocritatem secundum humorum peccantium qualitatem intensiorem, & remissionem; sicque de quantitate suo modo dicendum, ex quibus omnibus habeatur primo modus inuestigandi causam ægritudinis materialis, de qua est sermo magis in præsentia: in generali multum; quia. scilicet an sit à causa calida, aut frigida. secundo in speciali magis, quòd est minus generale; an scilicet illa causa calida sit cholericæ, aut sanguineæ: similiter sit frigida; an sit phlegmatica, an melancholica: & si sit composita; an phlegmatica uincat, aut cholericæ: & sic ostenduntur ægritudines materiales; quia per hæc, quæ dicuntur de ægritudine materiali quantum ad eius causam inuestigationem, & quantum ad eius curam, & modum procedendi in ea facile ex tuo optimo ingenio poteris perscrutari, quæ in ægritudine immateriali consideranda erunt.

Ultimò notandum ad habendam perfectiorem doctrinã per signa de his quatuor humoribus, qui humores mouentur in diuersis horis ratione radicis superioris, & inferioris. sanguis mouetur de mane sequens motum Solis ratione conformitatis, cum ipse est in oriente; ratione autem radicis inferioris: quoniã natura generauit de nocte sanguinem multum; natura. n. sagax mouet ipsum ista hora; ut eum à superfluitatibus purget, & à fumositatibus non alteretur. cholera autem mouetur in tertiis sequens quadram Solis calidam, & siccam ratione conformitatis, & ratione inferioris; ut sanguinem non inficiat. melancholia post nonas sequens quadrans, frigidam, & siccam; & ratione inferioris; ut sanguis ratione motus euacuetur, & purgetur à superfluitatibus melancholicis. phlegma autem in uesperis sequens quadrans, frigidam, & humidam, ratione inferioris; ut sanguis remaneat purus, & mundus: nam phlegma ex motu purgatur à superfluitatibus, quibus manentibus sanguis inficitur: quòd de alijs similiter intelligendum est. Et scias, quòd humores grossi mouentur magis de nocte; quia calor est tunc fortior, & fortiori motore indiget: subtiles uerò de die &c. ratione conformitatis.

Humores quæ diei hora mouentur.

ARGUMENTVM IN CAP. II.

Egritudinum quædam communes, quædam particulares dicuntur; de comuni signis primum; de alijs deinceps agens signa declarantia materialẽ febrẽ; febris. n. est omnium communis ægritudo. ab excrementis sunt; uelut animæ mutatio in colore, odore, substantia, & quantitate. à qualitate mutata; citrinitas, pallor, fuscedo, aut rubedo corporis: ab actione læsa; dispositio, cui admiscetur caliditas: cui adiungitur lassitudo corporis, pigritia, & similia. à substantialiter inhaerentibus; mala complexio calida, mordicatiua tactu, pulsus uelocitas. febrim aliã continuã, aliã sunt interpolate. interpolata est quotidiana, tertiana, quartana & similia: de quarum signis sermo habebitur, ac multa medico tradentur præcepta, quæ sunt seruanda ad ægrotos uisendos. causas morborum considerat; ut, malæ dispositionis stomachi est causa aut

aut mala complexio, aut compositio, aut solutio continui-
tatis, aut quedam horum, aut omnia simul, si mala comple-
xio, aut est cum materia, aut sine. si sine materia, aut est ca-
lida, frigida, humida; uel sicca. si cum materia, uel est phle-
gma, cholera, melancholia, uel sanguis.

De modo processus in inuestigando causas mor-
borum in speciali.

QUONIAM ægritudinum quedam à medicis vni-
uersales seu communes nominantur; vt febris; quæ
dam particulares; vt particularium membrorum
dispositiones; vt mala stomachi dispositio, dolor capitis, &
huiusmodi: & cum vniuersalia priora sint, hinc de ipsis in-
cipiemus earum causas inuestigando. sed, vt ex his, quæ col-
legi, (vt cupio,) doctior efficiaris; hic premittam signa quæ
dam ipsum morbum communem, veluti febrem, manifestã-
tia: deinde ad processum rationatium in præcedenti ca-
pitulo positum descendam ponendo signa significantia ip-
sum in speciali; quia tertianarium, quartanarium, quotidia-
num, & huiusmodi.

Signa significantia febrem materialem, & ipsam præce-
dentia sunt, ab exeuntibus inchoando; vrinæ mutatio in co-
lore, odore, substantia & quantitate: similiter in egestioni-
bus mutatio, sudor, siue humectatio apparens in euacuatio-
ne primi periodi. à qualitate mutata; citrinitas, palledo, fu-
fcedo, aut rubedo corporis. ab actione læsa, vt almeliletu,
quæ quidem est dispositio, cui admiscetur caliditas, quæ nõ
peruenit ad hoc, vt sit febris, & associatur ei lassitudo cor-
poris, & pigritia, alices, oscitationes, commotio somni, &
vigilia, constrictio anhelitus in expellendo aerem, tensio
venarum hypocondriorum, dolor capitis, aut eius graui-
tas, pulsatio capitis, nausea. à substantialiter inherentes;
mala complexio calida, mordicatiua ex tactu percepta; in
pulsu velocitas, & frequentia, & in principio saltem ma-
gnitudo; & si prolongatur; augmentum. & si fiat additio in
pulsu; est satis efficax signum, quod sit de numero materia-
lium. descendendo autem ad inuestigationem causæ earum
in speciali præmittam signa in speciali, ex quibus causæ fient
nobis notæ. præmittendo primò, quod febrium quedam
sunt continuæ, quedam interpolatæ.

Signa autem interpolatarum sunt ab exeuntibus; quia
plurimum cum sudore, & humorositate dimittunt, seu era-
dicantur: à qualitate mutata; quia in principio corpus pal-
lescit, & in extremitatibus frigiditas percipitur; deinde su-
perueniente augmento corpus supercalefit, & corpus pal-
ledinem amittit. ab actione læsa; quia incipiunt cum rigore,
aut horripilatione, aut rigore puro, & superuenit sitis,
dolor capitis, & huiusmodi. à substantialiter, vel quasi sub-
stantialiter inherentes; quia in principio pulsus submer-
gitur, & paruit; deinde expanditur, & magnificatur cum
velocitate, & frequentia. in cõtinuis autem secundum plu-
rimum, & rarò in paucioribus diuersitates istæ nõ compre-
henduntur, quæ sunt ex parte rigoris, horripilationis, &
huiusmodi: vnde continua non dimittit, aut non separatur,
& ex continuitate, & interpolatione ipsarum arguimus; li-
cet argumentum non sit efficax; sed est verum secundum plu-
rimum, & non in paucioribus: locum materiæ ægritudinis
licet in genere satis: vt, si est continua; materia est inuenis:
si interpolata; extra venas. interpolatarum autem descen-
dendo ad specialia magis quedam sunt tertianæ, quedam
quartanæ, & quedam quotidianæ, aut quæ currunt cursu ha-
rum, vt quintanæ, sextanæ, &c. Et pro dictis sciendum, quod
cholera rubea facit tertianam; melancholia quartanã, phle-
gma quotidianam, seu amphimerinam.

Signa tertianæ cõmunia interpolatæ sunt rigor, seu hor-
ripilatio, motus tertianarius, caliditas acuta mordicatiua,
& si est pura; non pertransit spatium. 12. horarum multum;
quibus iungam signa cholera; & habebis signorum tertianæ
satis completam notitiam, & si cholera plures sint spe-
cies, prima primi de humoribus; tamen illa hic non addo;
cũ ex te per ea, quæ posita sunt, facile comprehendes. unde
ipsum capitulũ de humoribus memoriæ tuæ bene cõmen-
des. quod, si feceris signa specialia humorũ specialium, vt cho-

Aleræ, zinariæ, prasinæ, phlegmatis falsi, acetosi, & huiusmo-
di, similiter specierum melancholiæ, statim cognosces. Et
scito, quod materia est phlegmatica; & quod quinque sunt
species phlegmatis, vel sex: statim quærendo, si falsedinem
sentit; & sanguinis signa videris; vt sitim ex communicatio-
ne &c. comprehendes phlegma peccans fore falsum. quod
de omnibus alijs arbitrandum est. non enim quæro omnia
singularia ponere; sed solum ea communia, quæ ad singula-
riter in proprijs capitulis quærenda vos perducant, scribe-
re institui. patieris ergo hoc paruo, & generali processu
animum contentum fore.

Signa vero phlegmaticæ sunt, quia accessio eius est in
omni die leuis, caliditas respectu caliditatis continuæ sen-
titur in ea, frigus quasi purum in extremitatibus, & est spa-
tij, quasi decem, & octo horarum, & aliquando plurium. ita
que quod dictum est de signis tertianæ, intelligendum est
suo modo in phlegmatica; & similiter in sequentibus.

BSigna verò quartanæ sunt rigor fortis & prolixus, mo-
tus de quarto in quartum, caliditas non multum acuta, &
est spatij. 14. horarum: & similiter de quintana, & sextana
dicendum; quoniam eadem materia in specie fuit.

Signa verò cõtinuarum sunt inseparabilitas earum, nec
in eis reperiuntur diuersitas, &c. vt supra. item continua-
rum quedam sunt à sanguine in venis putrefacto, vel non
putrefacto; quedam ab humoribus alijs in venis putrefa-
ctis: & quæ sunt ab alijs humoribus à sanguine, vocantur
continuæ proportionales; quia proportionem; & æqualita-
tem seruant in motu suo excepto causone, quæ vocatur cõ-
clusa, quia eius tempora sunt simul clausa. horum autem si-
gnorum notitiam omnium ex his, quæ de sanguine dicta
sunt facillimè habebis. & quia ephemera rarissimè, vel qua-
si nõquam ad manus medici peruenit, antequam ad putridã
transeat; hæc de ea subsilui. & quia hectica rarò fit incipien-
do, & est morbus dans inducias; vnde eius causam; & curã
satis commodè studere poteris: hic eam cum ephemera præ-
termisi. & sic tãtum de morbis materialibus vniuersalibus
habuisti. & si diligenter studebis, quæ dicta sunt, & dicen-
tur; non paruam de eis habebis notitiam. Vterius notan-
dum, quod febres putridæ sæpe complicantur, & faciunt
vnam febrem apparenter, aut saltem vnam per compositio-
nem; vt est hæmitriteus, cuius signa per complicationem si-
gnorum adinuicem habere poteris.

ET, SI MEMOR ES eorum, quæ scripsimus, medicus
vsque modò super scamnum infirmi sedens facie, oculisque
in terra fixis attentus signa omnia, & quæ vidit, & audiuit,
adinuicem complicabit. post hoc grauer surgere debet,
& præcipere, vt infirmus brachium porrigat; & eius mo-
tum notet; vt ex hoc partem tenoris virtutis comprehen-
dat, & manum infirmi leuiter teneat in manu sua in suspen-
so, & cum alia manu primo tangat brachium; vt ex isto ta-
ctu acuitatem caloris febrilis comprehendat: nam calor,
qui est de humoribus putridis, horribilis est, & acuti ta-
ctus pungitiuus. primo aphorif. com. 41. deinde cum maxi-
ma attentione eo, alijsque silentibus, vt infra vltimo capi-
tulo, quatuor digitis, vt sentiat longitudinem pulsus, arte-
riam leuiter comprimatur; & sic paulatim descendat cum di-
gitis arteriam amplius, & leuiter comprimendo: nam ex
hoc comprehendet fortitudinem virtutis vitalis, quoniam
si pulsiones fortes erunt, & in digitos fortiter imprimat ar-
teria; quadam coniectura ex hoc concludet fortitudinem
pulsus; licet ipsa penes aliud habeat attendi; licet quidam
penes ipsas fortes pulsationes dicant pulsus fortitudinem
attendere. & similiter etiã succelsiue digitos eleuet;
vt ipsius altitudinem, magnitudinemque comprehendat,
teneatque tantum digitus super arteriam, vt. 12. pulsatio-
nes ad minus enumeret; vt Aui. docet, & Raf. 19. continen-
de iudicijs pulsuũ. Alex. & Cermisonus usque ad. 24. nam
ex hoc comprehendet debilitatis, aut fortitudinis virtutis
partem non paruam: nam, si pulsationes ordinatæ erunt, &
vniformes; arguenda est, quantum est, ex hoc constantia
virtutis; & si inordinatæ, & difformes; debilitas. Tangat
itaque primò arteriam dextri brachij; secundo sinistri;
vt earum tactu comprehendat diuersitatem in virtute,
& declinationem materiæ: nam, si declinabit ad sinistrum;

erit pulsus sinister magis diuersus aliis paribus . unde ex hoc comprehendetur etiam locus eius . & de considerandis circa uirtutem dicetur in .3. sequenti capitulo . deinde ægro præcipiet, vt se extendat ita, vt caput pedibus non sit eleuatus; & leuiter tangat ventrem inferiorem, & superiorem, & eius dispositionem notet. similiter & hypocondria leuiter tangendo comprimatur; vt si in eis est durities, dolor aut huiusmodi; nam, si in eis fuerit repletio; arguet ex hoc repletionem quo ad certa seu uasa communia . similiter ex hoc tactu locum ægritudinis fortasse inueniet; ubi enim dolor, illic ægritudo; aphorif. quarto, maiorque ex hoc confidentia infirmi, & astantium de ipso consequetur. quæ & si valet, dictum est. quibus executis subito versus ægrum proferat verba futuræ salutis, & in eius præsentia apertè, vt in ultimo capitulo, ægritudinem facilem faciat; & ei spondeat se sollicitum esse, & fieri circa salutem eius; & si tibi uidebitur; interpone nouum aliquod solatiofum; vt infra ultimo capitulo; quo infirmus aliquantulum gaudium aut solatium capiat; & ut astantes tui magnam benignitatem prædicent: sed horum omnium moderationem tuæ prudentiæ maxime reliquo. ultimo in recessu infirmo dicat, vt omnipotentem Iesum, in cuius manibus sumus nos omnes; & à quo sanitas ipsa dependet, suppliciter exoret, vt ei gratiam concedat, vt in sui nomine, atque auxilio ualeat per ipsum à præsentis morbo liberari. cum quibus uerbis, aut similibus ab ægro, vel astantibus licentiam capiat . & , quia mos est astantium parentum, vel amicorum statim post exitum medicum de salute, aut morte interrogare; ideo te præuisum facio; vt in prognosticis tardus sis, & menti habeas, quod scribitur à Galeno in suo passionario de symptomatibus febrium: Non mediocriter laborat, neque periclitatur, qui febribus, & symptomate aliquo affligitur, siue consumitur; cum vna res ex his tantum per se sic assidua sufficiat extinguere hominem. promptitudo autem ad prognosticandum est signum ignorantis, & temerarij . Caue igitur, ne prognosticum tuum incaute, & præsumptuose deponas; sed semper rationibus pluribus motus; vt in capitulo de prognosticationibus dicetur . parentibus autem semper grauem, atque grauiorem facies ex duobus: primo; vt ex hoc maior honor accidat. secundo; vt astantes ægro solliciti magis fiant: nam studium, seu astantium sollicitudo non parum ad ægri salutem conferre arbitror: sed omnia moderatè; vt infamiam non acquiras; quia omnes casus, mortales aut periculosos facias. Scito tamen, quòd difficile est tenere medium; & ideo prudentem natura oportet esse medicum; in proemio septimo aphor. cum ab eis discesserit, colligat medicus signa, quæ audiuit, & notauit; & ex eis primò quantum ad morbum communem; quia de particulari post: & inueniet morbi communis, seu vniuersalis causas fore, primo materiam calidam, sanguineam, vel cholericam: secundo frigidam phlegmaticam, vel melancholicam: tertio ad speciem ægritudinis descendens ipsam esse tertianam, quartanam, vel quotidianam, & huiusmodi . & sic in fine habebit, exempli gratia, quòd hæc est febris tertiana, cuius materia est calida cholericæ. sed, cum cholera sit pura, vel non pura, cuius impuritatem ostendit prolixitas spatij eius ultra .12. horas multum, vt dictum est: & tunc oportet, vt attentus sit circa signa dicta supra: nam, si cum signis cholera comprehendet signa phlegmatis; tunc arguet choleram esse vitellinam. si signa melancholia, eam esse adustam, &c. & suo modo dicatur de complicatione aliorum signorum adinuicem, de alijs speciebus ipsorum humorum: propter quod, vt dictum est, mandetur memoriæ capitulum de humoribus . ex quibus patet, quòd hac via veniemus in notitiam essentia, & esse ægritudinum vniuersalium, & loci saltem in generali, quantum ad hoc, quòd est esse ad intra, vel extra venas, & per consimilia in notitiam particulari; vt statim exemplificabitur . sed statim diceres: nonne ante recessum à domo infirmi debet medicus diætam ordinare? pro isto dicendum, quòd sic: hoc autem non feci; vt non ponerem capitulum in capitulo: unde totum quod dicetur in sequenti capitulo, erit de ordinatione diætæ, quam debet astantibus, aut ipsi infirmo ante eius recessum ordinare. verum, si dubitaret sic prima fronte de essentia ægritudinis,

aut eius causa, quod frequenter medicis, & bene famosis occurrit; debet ordinare diætam quasi temperatam, aut consuetam, si non sit omnino contraria, aut nocua . deinde, cum recedit, ipsam astantibus, aut infirmo narret studiosè.

DESCENDENDO autem ad inuestigationem causæ, & essentia morborum particularium eundem ordinem quem supra posui, obseruari arbitratus sum. Sed, vt res ipsa facilior, & efficacior reddatur, inscribetur modus, quo dispositionis particularis communiter occurrentis maxime ex dispositionibus stomachi causæ, & essentia inuestigari habeant; cum breue, & efficax sit iter per exempla; Seneca epistolarum sexta. Incipiamus itaque inuestigare causas malæ dispositionis stomachi, & dicamus, quòd cuiuslibet talis causa est, aut mala complexio, aut mala compositio, aut solutio continuitatis, aut quædam harum, aut omnia simul. si mala complexio, aut est cum materia, aut sine. si sine materia; aut est calida, frigida, humida, vel sicca: & hoc inuestigari poterit per signa, quæ dicentur de mala complexione tali cum materia. vt ergo breuiloquus efficiar; patieris vsque quo illa signa describam . accedit itaque medicus ad Sortem infirmum de mala dispositione stomachi se conquerentem: cuius dispositionis causam inuenire cupiens ordine procedat, vt dictum est. & , quia stomachus est sicut receptaculum phlegmatis, vt supra, arbitrandum est ipsam ab eo magis pendere. sed ad hoc certius cognoscendum discurrat per signa ipsa, quæ causam phlegmaticam ostendunt. & ideo per ordinem primò institui ponere signa significantia dominium phlegmatis in stomacho; deinde cholera; deinde melancholia, ultimo sanguinis . sed semper menti habeantur signa, quæ in generali supra posita sunt; & omnia illa generalia seruentur de complexione, regione, consuetudine & habitudine præcipue: quia inter cætera multum adiuuat .

Incipiam itaque à signis ipsum phlegma significantibus, & primò à signo vniuersali sumpto à nocentibus & iuuantibus, quod sane intelligi habet vt infra; nam, si cum alijs iungetur; non paruum fidem faciet . deinde ad signa magis specialia descendam . & primò ab exeuntibus mutatis; vt quia sputum phlegmaticum est, & tunc per species phlegmatis discurrat, aut quia salsum, acetosum, dulce, insipidum &c. & similiter ex modo substantiæ, vt, quia viscosum, tenue. similiter egestiones phlegmaticæ, quæ magis super dispositionem stomachi significant, quàm vrina . vrina phlegmatica cum ampullis magnis in eius circulo . vomitus phlegmaticus: eructatio phlegmatica; quia habes saporem phlegmatis; quia acetosa, insipida, acris . ventositas egrediens per inferius, & eius substantia si est grossa, aut subtilis, quod sonitu comprehendetur . à qualitate mutata; quia manifestam frigiditatem in stomacho sentit, & color linguæ ad aliquid albedinem vergit, & est leuis, & mollis. & , licet color faciei plumbeus sit communis omni stomacho; tamen in phlegmate debet ad albedinem remissam tedere: in cholera ad citrinitatem: & suo modo de melancholia, & sanguine dicendum. ab actione læsa; vt, quia eius principalis operatio læditur; vt digestio communis; licet istud sit signum valde commune: cum omnis immoderata discrasia deiciat actum proprie virtutis parte aphor. com. 2. item, cum ipsa digestio tribus perficiatur, attractiua, expulsiua, retentiua: debet considerare ex parte cuius læsus est stomachus; vt, si cibus tardius expellitur solito, aut velocius, &c. & consimiliter de alijs membris respectu omnium suarum virtutum; vt remedia conuenientius applicare sciat. Singultus, in quo non semper sentitur mordicatio, atque sitis . & sitis paucitas est signum per se phlegmatis, & maxime non falsi; phlegma autem falsum sitim facit, quæ potu aquæ calidæ sedatur: appetitus calidorum & exiccantium, item & incidentium, quia distemperantiæ in ventre ægritudinales contraria concupiscunt; secundo techni . intensio appetitus ad cibum dato, quòd à melancholia etiam contingere possit. item nausea perseuerans, cum qua non sentitur mordicatio: & est etiam signum, quòd phlegma est imbibitum. ite grauitas in stomacho absque mordicatione, vel acetositate percepta. & ex his signis percipiuntur, quæ à substantialiter

ver inhaerentibus, uel quasi substantialiter inhaerentibus sumi possunt. et, si menti habes, quae dicta sunt in primo capitulo de signis phlegmatis, & aliorum humorum cum positis & ponendis; inuenies causam cuiuslibet aegritudinis stomachi materialis, & immaterialis. et, si similem processum in dispositionibus aliorum membrorum suo modo seruabis; omnium aegritudinum suarum causas inuenies; intelligendo semper sub actione laesa laesionem in uirtutibus & operationibus. praeterea scias, quod, sicut uirtutes stomachi quibusdam qualitatibus iuuantur, ut dicitur; ita quibusdam nocentur; & sic de uirtutibus aliorum membrorum contingit. ex quibus patet, quod, si diligenter obseruabuntur, quae dicta sunt, & dicentur; facile in causam cuiuslibet dispositionis particularis membri deueniemus. pro quo menti habeas, quod omnibus uirtutibus stomachi caliditas iuuamentum praestat: unde digestiua perficitur calido & sicco; & sic suo modo expulsiua, & retentiua; ut prima primi de uirtutibus tertio capitulo, & proportiona liter omnium membrorum uirtutes considerare debes.

Signa significantia materia cholericam eius, praemisso semper signo generali sumpto a iuuantibus, & nocentibus, sunt. ab exeuntibus sputum citrinum amarum; & per species cholerae discurrendum est; ut de phlegmate dicebatur; egestionem cholericam, urina cholericam; ut supra: uomitus cholericus, cuius color maxime considerandus est; ut cholerae species magis innotescant; quod de phlegmate, & alijs humoribus etiam subaudiendum est: eructatio fumosa, & maxime quando non comeditur cibus uelocis conuersionis in fumum; ut uitelli ouorum frixi in patella, raphanus, & huiusmodi priuatio uentositatis. a qualitate mutata; quia sentit caliditatem, seu ardorem in stomacho, inflammatio cum mordicatione percepta, & si est cum leuitate; tunc materia est subtilis, pauca, & si est cum grauitate; materia est grossa multa: color linguae ad citrinum tendens, & est sicca, ut supra: color faciei plumbinus ad citrinitatem tamen uergens, oris amaricatio: & sic de alijs; ut supra in primo capitulo. ab actione laesa; quia eius principalis actio laeditur: unde scias, quod cholerae non inest proprietas prohibendi digestionem, sicut phlegmati, nec facit cruditatem, sicut phlegma; sed aliquando eam bene corrumpit: singultus, in quo sentitur mordicatio: multitudo sitis, & maxime, quando cum ea est nausea; augmentum ex potu aquae calidae, & extinctio ex potu frigida, appetitus infriigidantium, & humectantium, diminutio ipsius, nausea perseuerans, cum qua sentitur mordicatio, tremor labij: dato, quod hoc est signum uomitus absolute; sed Auer. ipsum ponit pro proprio quarto col. capitulo de aegritudinibus, quae stomacho accidunt. et, si, cum stomachus est uacuus; superuenit tremor cordis, syncopis. aestuatio, aut soda est signum, quod in stomacho est cholera ueniens ad os stomachi; licet ex melancholia ad ipsum profluxa idem contingere possit: sed tu reliqua signa considera.

Signa significantia melancholiam in stomacho sunt ab exeuntibus sputum nigrum, fuscum, brunum, seu obscurum; egestionem melancholicam, urina melancholiam significantem, ut supra, uomitus melancholicus, eructatio acida. a qualitate mutata; quia frigiditatem sentit in eo, color linguae niger, siue fuscus, aut huiusmodi; sapor in ore acris perceptus, siue acidus, & interdum acetosus, lingua sicca, & arida, color faciei plumbinus ad fuscum tendens, & sic de alijs; ut in primo capitulo. ab actione laesa; laesio in uirtute principali, & materiae melancholicae proprium est prohibendi digestionem, & corrumpendi simul; ideoque appetitum mutat: etiam multiplicatur in eo inflatio, & rugitus, acetosatio ciborum cum grauitate percepta in ore stomachi est signum praesentiae melancholiae in stomacho, maxime quando a splene ad stomachum transmittitur.

De signis sanguinis tantum dicendum quod cum sanguis extra uenas effunditur; statim corrumpitur, & ad naturam alterius humoris, uel saniei transmutatur; aph. sexta aphor. secundo. ideoque, si eius signa ab auctoribus non ponuntur; sicut ceterorum humorum; per ordinem tamen signa poni possunt, quae simul cum his, quae posita sunt de sanguine in primo capitulo copulari debent; sicut de signis cetero-

A rum humorum intelligendum est. ab exeuntibus; ut, quia sputum, urina, egestionem, uomitus, sanguinea sint. a qualitate mutata; caliditas in stomacho percepta non mordicans, neque multum aestuosa. similiter ex tactu linguae uehementis rubedinis, & asperitatis & etiam est signum apotematis eius saniei sapor dulcis in ore perceptus, color plumbinus ad rubedinem tendens, & sic de alijs in primo capitulo. ab actione laesa; quia laesio in principali uirtute, non tamen tanta, quanta in alijs ceteris semper paribus. de signis a substantialiter inhaerentibus, uel quasi substantialiter pro his, & alijs dicatur, quod illa, quae dicta sunt in primo capitulo de unoquoque humore, his locis afferenda sunt. et finem de signis malae dispositionis stomachi faciens de ipsis signis memoriae commendanda annotabo, quae uniuersalia sunt in signis dispositionum quorumcunque membrorum. primum, ne error accidat, quod signum a iuuantibus, & nocentibus sumptum debet sane intelligi: unde pro hoc ad hunc locum affero dictum Auicennae. tertia tertij de significationibus dispositionis stomachi: ubi inquit. Saepem enim accidit error causa dimissionis eius, cum non attenditur; & est, quod res in frigidantes multoties frangunt ebullitiones humoris subtilis, aquosi, humidi, aut fuscum humoris phlegmatici: & aestimatur; quia cum eis iam peruenit iuuamentum, quod illic fit caliditas; & res calefacientes multoties expellunt humorem calidum, & resoluunt eum: & aestimatur, quia cum eis iam accidit iuuamentum, quod illic fit frigiditas. unde oportet, quod cum his considerentur reliquae significationes, secundum quod quodlibet signum reperiatur in signis cholerae, & phlegmatis &c. & ex hoc habeatur commune multum. tamen, si cum alijs partibus, & proprijs coniungitur; efficitur proprium uerum, & efficax. ex quibus omnibus habetur, a qua causa materiali, etiam saltem simplici ipsa mala stomachi dispositio pendeat. de compositis autem modis habes; ut supra in fine primi capitulo.

C Si autem in hoc causa fuerit mala compositio praeternaturalis; debes hac uia procedere. malae compositionis aegritudines quatuor comprehenduntur generibus; quaedam sunt creaturae, quaedam quantitatis, quaedam numeri, quaedam situs; ut tertio technij, & secunda primi tertio capitulo. sub genere creaturae comprehenduntur aegritudo figurae: & hoc facili sensu percipitur; ut, cum figura membri a suo cursu naturali mutatur: & ex hoc in suo motu, & operatione nocumentum prouenit; ut, si quod est rectum; fiet curuum: & si aliquod in sui figura nimium dilataretur, sicut pupilla: & sic de alijs modis figurae. quod si causa fuerit primitiua, nota erit ex narratione infirmi uel astantium. si autem causa fuerit corporea, uel antecedens; ex signis etiam comprehendens, si in eis speculaberis. secundo sub hoc comprehenditur aegritudo uiae, quae ponitur tripliciter contingere; quia aut membrum multum dilatatur; sicut uena, quando uaricatur: aut nimis constringitur; ut cum constringitur uia attrahendi aerem; quia trachea arteria: aut quia oppilatur; ut, cum intestina opinantur in colica, uel iliaca, uel meseraica. tertio comprehenditur aegritudo receptaculorum, quae quadrupliciter contingere potest; quia receptacula fiunt maiora; ut, cum dilatatur testiculorum folliculus, aut constringitur; sicut uentriculi cerebri in epilepsia, aut implentur; ut in apoplexia: aut euacuantur & deseruntur, sicut accidit ex magno gaudio euacuatio sanguinis, & spirituum uentriculorum cordis: & est pnciosum. quarto continetur aegritudo superficiei; ut, quod lenesse debet, efficitur asperum; sicut accidit tracheae arteriae ex descensu humiditatis a cerebro. ex parte quantitatis; quia membrum minuitur; ut corpus ex phthisi, & hectica, & huiusmodi; aut magnificatur; ut in elephantia. ex parte numeri; quia additur numerus maior, quam esse debet; ut in sex digitis; aut lapis uesicae. aut minuitur, cum deficit numerus; ut, cum aliquis digitus abscinditur. ex parte situs accipiendi situm pro colligantia & loco primo; quia membrum est extra situm, & locum suum; sicut in dislocatione membri: secundo; quia membrum prohibetur a debita operatione propter colligantiam, quam habet cum alio; ut uidere ab oculo propter mollificationem, & laxationem palpebrae. haec generalia de mala compositione cuius-

iuslibet membri addidi; quia dato, quod exemplificatum fit de stomacho; uolo tamen per hoc exemplum, ut de mala compositione cuiuslibet alterius membri quomodo procedendum sit, intelligas; nam alicui membro possunt quandoque omnes species contingere, quandoque non; ut ex teipso facile quandoque comprehendes. sed modo ad propositum huiusmodi malae compositionis stomachi causam per signa facile comprehendes; nam, quae est primitiua ex parte figurae, habetur relatu patientis, aut astantium: sed antecedens ex signis positis supra.

Consimiliter dicendum de ea, quae ex parte uiae: unde hoc modo procedendum est; si stomachus patitur aegritudinem in uia, quod potest esse tripliciter: aut quia multum dilaturatur, aut constringitur, aut oppilatur. duo prima membra relinquatur tanquam rarissimè contingentia, & stemus in tertio quod frequentissimè euenit: & considerabimus loca omnia, in quibus possit oppilatio contingere; & tunc, cum uia sit inter hepar, & stomachum; inter ipsum, & intestina; inter ipsum, & splenem; inter ipsum, & cerebrum patet; quia quadrupliciter potest sibi oppilatio contingere. unde nota dictum Auic. secunda primi capitulo de accidentibus, & significationibus, ubi inquit. oportet illum qui aegritudines uult cognoscere occultas, puta anatomiae, notitiam adeptus sit. et infra. scias praeterea, quod medico, qui uult aegritudines regere, quae in membris existunt occultis, necessaria est anatomia. et secunda primi de differentia inter aegritudines proprias; & cum communitate: semita uero se obseruandi ab errore est; ut medicus membrorum noscat communitatem: quod quidem erit ex scientia sua in anatomia. et ideo Auic. in tertio praemittebat anatomiam membrorum particularium. quare, si causas aegritudinum membrorum occultorum cognoscere uolueris; oportet, ut in anatomia non parum studeas. quod si feceris; spero ex his, quae dicta sunt, & tuo optimo ingenio, quod signa per te sine libro inuenies. sequendo propositum has oppilationes, quae sunt causa malae dispositionis stomachi, uolo per signa inuestigare: hoc modo procedam. nam, si clausa est uia inter stomachum, & hepar; tunc parua pars chyli debet transire ad hepar; & ex consequenti magis cum faecibus: unde faeces debet esse multum humidam, & chylosam, & multam in quantitate respectu cibi; quia pauciores esse deberent, si hepar debitam quantitatem chyli ad se traheret; quia multa humiditas in stomacho remanet; non debet sitire, item, quia paucus inde generatur sanguis; debet color corporis alterari; cum ex sanguine non uiuificetur; & quasi corpus sit cacochymum: & ratio omnium istorum promptissima est. similiter, si fuerit clausa inter stomachum, & intestina; tunc retinebuntur faeces, & alij humores, & ex consequenti causabitur colica, iliaca, uel eorum accidentia, & sic de alijs, quae possunt ex retentione talium corpori contingere: & hoc modo discurrendo alias oppilationes per signa sua inuenies; ut, scito, quod stomachus sensum a cerebro recipit: cum ergo inter ipsum, & cerebrum cadit oppilatio, stomachus sensum appetitus amittit; ut patet in algoratis; & si modum huic proportionalem seruaueris; in dispositionibus aliorum membrorum suarum aegritudinum causas utique inuenies. de aegritudine receptaculorum, & superficiei non procedo; quoniam ex his, quae posita sunt; ex te quidem agendum cognoscere: adde, cum breuiloquus semper esse intendam. quid autem ex parte quantitatis numeri situs dicendum sit; facile patet; nam haec sensu comprehenduntur: sed de colligantia pro nunc dicatur, quod sub aegritudine uiae semper comprehendi potest.

Si a solutione continuitatis; tunc, si causa est extrinseca & primitiua; nota est: si intrinseca; cum talis non potuerit esse, nisi humor acutus corrosiuus; ut phlegma falsum a capite ad stomachum, uel aliud ueniens, uel humor cholericus &c. tunc habebis inuestigare hanc causam per signa, quae comprehendes; ut, si abundauerit phlegma falsum a capite, si cholera &c. unde, si ulcus, aut uulnus in stomacho erit statim ex potu aceti; aut a sumptione alicuius alterius rei acrae, uel acutae; ut synapi, & huiusmodi, sentiet & dolorem, & mordicationem; sicut, si projicitur acetum super ulcera, aut plagas exterioris membri, & intensius

Et cum interior tunica stomachi sit neruosa, & maximè sensibilis: nam de interioribus per exteriora iudicandum.

Si ab his omnibus simul; tunc causabitur apostema: & signum apostematis stomachi, & aliorum commune est; quod in loco continuè sentitur dolor, & prolongatus est, & potius augmentatur, quam diminuat: item durities, & tumefactio loci propter humorum aggregationem. et forma apostematis stomachi sequitur formam ipsius; maximè quando est in parte inferiori. item per colligantiam dolor in medio spathularum, seu humerorum circa. xj, uel xij. spondyles: & hoc quando est in parte superiori; & quando in inferiori inferius magis: & a qua causa pendeat apostema illud an a phlegmatica, an a sanguinea ex signis supra positis comprehendes. et hunc ordinem seruare debes in inuestigando causas cuiusque dispositionis membrorum particularium; ut supra.

Et, ut huius capituli epilogum habeas; dico, quod ad inuestigandum causam, & essentiam malae dispositionis cuiuslibet membri hoc ordine procedendum est: quia aut talis pendet a mala complexione, uel mala qualitate, aut mala compositione, aut a solutione continuitatis, aut ab his simul. si a mala complexione, uel qualitate; aut est sine materia, aut cum materia. si sine; cognoscetur per ea, quae dicuntur de mala complexione sine materia. si cum materia; aut a mala complexione calida cholericam simplicem; aut frigidam simplicem &c. si primum signa habuisti; & tu per illa discurre; & similiter de frigida &c. si a composita adinuicem signa compositione; & potentioribus da uictoriam. si a mala compositione; tunc considerandae sunt species malae compositionis; & per eas discurre, in quas tale membrum cadere potest; non enim quodlibet in quodlibet &c. ut patet & signa habes, & modum ut supra. si a solutione continuitatis; modum habes procedendi &c. et similiter, si ab omnibus simul. haec tamen omnia maximè dicta sunt de dispositione per essentiam. sed quia etiam stomachus; sicut & caetera membra pati potest per colligantiam; subiungenda est alternatiua alia; ut, cum dicitur, patitur a mala complexione, similiter compositione &c. et hoc dupliciter, aut per essentiam, aut per communitatem: tunc, ut dictum est, oportet, ut medicus bene in anatomia peritus menti habeat membrorum colligantiam; ut in proposito de stomacho; quia colligantiam habet cum corde, cerebro, hepate, splene, intestinis &c. & tunc, cum a cerebro catarrhum recipiat; ab hepate cholera secundum plurimum, a splene melancholia, ab intestinis fumos putridos stomacho uehementer nocentes, & per compassionem, & colligantiam ab eis laedat; ut in tremore cordis; oportet, ut talium membrorum dispositionem cognoscat, & ipsam sollicitè inuestiget.

Sed, ut te scientiorem faciam; ponam aliqua signa in generali per quae cognosci habet aegritudinem per communitatem causari. primum, quod mala dispositio si est per colligantiam; prius facta est in alio membro; ut uerbi gratia, prius passum est cerebrum. secundum quod mala dispositio non est mansua & permanens, & uidetur mutari ex mutatione facta in alio membro; sicut patet in dolore capitis a stomacho per colligantiam pendente. unde, cum dispositio mansua permanet; arguendum est illam per essentiam, & non per colligantiam: sed notandum, quod medicus debet subtiliter inuestigare de dispositionibus membrorum, quae possunt aliud membrum per colligantiam ledere. Unde dicunt quandoque aegrotantes se in alijs laesionem non sensisse, neque sentire, qui tamen, cum diligenter examinantur, aliud constentur, & suae dispositionis causam magis, & melius exprimunt. tertium, si infirmus in duobus laesionem sentit, & una recedit, & altera remanet; illa, quae remanet, dicenda est principalis; uerbi gratia, ut si quis patitur dolorem capitis, & malam stomachi dispositionem; tunc, si dolor capitis recesserit mala stomachi dispositione remanente; dolor est talis per communitatem.

Ultimo pro complemento capituli studiosè memoriae commendes hunc canonem. Cum deuenis ad inuestigationem alicuius dispositionis membri principalis; debes per orta ab eo discurre, quoniam laesio ipsius in illis nobis magis manifestatur: nam orta sunt nobis principaliter magis manifesta; & ideo, cum in eis comprehendimus laesionem,

læsionem, signum erit, quòd læsio in principali est: & facili-
ter dispositionis ortorum causam inuestigabimus per si-
gna dicta, ex quibus patebit etiam causa in principali; ut
verbi gratia, cum læsionem ortorum à cerebro, vt oculo-
rum, nuchæ, nasi, & huiusmodi non à causa primitiua ve-
nientem cognouimus; arguendum in cerebro læsionem fo-
re, & ex eadem causa quam signa dispositionū ortorū no-
bis manifestant. & suo modo procede etiam per membra
colligata membro, in quo est læsio principalis, vt infra. &
hæc de inuestigatione causarum morborum tam uniuersa-
lium, quam particularium sic in generali tibi sufficiant:
nam ex his cum tuo studio ad singularia, Iesu concedente,
peruenies, ex quibus omnibus patebit tibi locus ægritu-
dinis. Et sic per ea, quæ dicta sunt, comprehendisti causam,
& locum ægritudinis.

ARGUMENTVM IN CAP. III.

TRIA requiruntur, vt vult Auic. ad rem medicam
complendam; regimen scilicet, potio, chirurgia. re-
gimen autem est debita administratio sex rerum nō
naturalium humano corpori applicandarum; quæ sunt vi-
tus, aer, motus, quies, somnus & uigilia, inanitio & re-
pletio, & accidentia animæ. sed de uictu alij conones sunt
attendendi ex parte qualitatis, alij ex parte quantitatis,
alij ex parte substantiæ, alij ex parte ordinis, & alij ex par-
te temporis. sed prius est uirtus consideranda, quæ ex for-
titudine, & debilitate uitalis, & naturalis comprehendi-
tur. debilitas, qua de est agendum, est naturalis, & acci-
dentalis. naturalis agnoscitur per res præcedentes inani-
entes; ut superflua abstinentia, per inanitionem uenarum,
ac per demacrationem corporis. deinde ad canones prædi-
ctos deueniemus. nam ex parte qualitatis alij sumuntur,
quorum quidam ex parte qualitatis primæ; ut quia cali-
da, uel frigida: quidam cibi; quòd cibi qualitas est pen-
denda: quidam cibi facilis, uel difficilis penetrationis; qui-
dam difficilis penetrationis; ut, si cibi in sumum per cor-
pus conuertantur; debemus exhibere, quæ sunt difficilis
resolutionis. ex parte quantitatis expromuntur, quando
augere, uel minuere oportet. ex parte substantiæ; quando
grossi aut subtiles cibi considerantur. ex parte ordinis; vt
cibus digestibilis sequitur contrarium. ex parte temporis
uniuersalis (nam duo sunt tempora; uniuersale; ut tempus
vnum ex quatuor; particulare; vt illud paroxismi) plu-
res sunt canones. signa uerò longitudinis, & breuitatis
morbi ex quinque sumuntur rebus; ab extrinseco; ut aere:
ab existentibus mutatis, ac operationibus sumptis; ut pul-
su, & urina: à paroxismo; ut multitudine paroxysmorum;
ex specie morbi; ut apoplexia: & ultimo ab horis pronos-
tlicis. iudicatur quoque ex fortitudine, uel debilitate uirtu-
tis in die iudicatiua, atque ex debilitate motus, uel fortitu-
dine naturæ in die iudicatiua. hæc in regimine aduertamus.
antequam ad exhibendam potionem uenias nonnulla sunt
consideranda, quæ aut habent rationem corporis, aut me-
dicamenti, aut morbi, aut earum rerum, quæ consentiunt
potioni, uel dissentiunt, aut membri, aut nature, aut situs
membra, aut loci, & compositionis. postea uidendum est, an
morbus sit longinquus; quoniam duo sunt aduertenda,
id est, quòd in medicamento fiat augmentum, & quòd fa-
ciat penetrare. sed illius substantiam speciem, qualitatem, &
quantitatem notabimus. de quibus rebus abunde dicitur
in cap. atq; de casu, qui dicitur in terminis.

De modo processus in curandis ægritudinibus quo
ad diætam & medicinas exhibendas.

POST inuestigationem causæ, & essentiæ ægritudinis
agendum est de eius cura, quam plurimi faciliè enun-
ciant, habita, atque cognita causa, quos empiricos

A magis, quàm scientificos nominari arbitror: mihi nanq; sem-
per difficillimum cognoui adhuc cognita causa; eorum
nanq; alterum dicere, alterum facere mihi uisum est. quan-
tum uerò inter hoc interfit, facile est iudicare. sed spero ex
dicendis rem ipsam à legentibus ita difficilem, ita diluci-
dari; vt non superuacua uisa sit ista sententia. Precor itaq;
& ut æquum est; oro omnium gratiarum largitorem bo-
num Iesum; vt mei facilis ingenioli minimam fauillam sic
accendat, ut mihi, tibi, aliisque in maximum ignem con-
uertat; nobisque ad timorofum medendi modum uia am-
plissimè pateat. ueni igitur sancte spiritus, & tuo sanctis-
simo igne cor meum tua maxima bonitate illumina. Res
enim medicationis ex tribus compleri uidetur: ut quarta
primi in principio; regimine scilicet, potione, & chirurgia.
sed hoc loco chirurgiam non amplectimur; nisi pro quan-
to causæ uniuersales etiam eidem conferre uidentur sum-
ptæ ex parte regiminis, & potionis.

DICAMVS itaque incipientes à diætâ, siue regimine,
quòd in cura ægritudinis maximè est attendendū regimen
in sex rebus non naturalibus, quia ex sola regiminis boni-
tate interdum curantur ægritudines; ut quarta primi pri-
mo ca. in fine, ubi inquit. Amplius scire debes, quòd non
omnis repletio, neque omnis complexionis malitia suo me-
dicatur contrario ex euacuatione & oppositione: immo
multoties sufficit regiminis bonitas: & hæc cura est omni-
bus aliis melior, dicente Damasceno aph. suorū. 98. Si po-
terit medicus medicari cum diætâ sine potione, prosperam
inueniet. quantam autem utilitatem afferat debitum regi-
men in curandis ægritudinibus, declarant periodi ægri-
tudinum; quales sunt podagra, asthma, uertigo, hemicra-
nea, & huiusmodi: nam ex debito regimine alleuiantur, &
tardantur: ex indebito uerò contraria. hoc idem declarat
periodi, atque paroxysmi febrium; ut patet per experien-
tiam. unde in summa omnes medicinæ authores conue-
niunt; quòd plus nocet error in cibo, & potu, & aliis sex
rebus non naturalibus, quàm sit iuuamentū medicinarum:
& est sententia Serapionis quinto practicæ secundo cap.
& potest esse ratio talis, quia comesta, & bibita &c. corpo-
ri omni die applicantur, & sumuntur, & sic continue agunt
distemperando, si sunt indebita: medicinæ autem non sic
semper assumuntur, seu applicantur; & si adhuc assu-
mentur; non est tamen in eis tantum de uirtute iuuatiua,
quæ stet cum operatione regiminis nociui. regimen itaq;
non est negligendum; sed infirmus etiam hoc modo iuuan-
dum. regimen autem, siue diætâ est debita administratio sex
rerum non naturalium corpori humano applicandarum
in debitis, quantitate, qualitate, tempore, & ordine.

Vbi aduertendum; & est canon generalis, quòd regimen
in his omnibus debet tendere ad contrarium ægritudinis; cū
omnis ægritudo suo medicetur contrario; vt Aui. allegato
cap. & tertio techni; vt, uerbi gratia, aer in phlegmatica
debet tendere ad calidum, & siccum plus, & minus secun-
dum exigentiam causæ: & consimiliter de aliis dicendum.
& iste canon sufficiat in præsentem de his, quæ intelligi habet
circa illas quinque res non naturales.

Et, quia alia quinque res à cibo, & potu uocantur magis
communes, magisq; necessariae; hinc debet medicus, quā-
tum ad quinque; diætâ prius ordinare; & ultimo de cibo,
& potu. ex quo inferri potest, quòd in conficiendis con-
siliis prius agendum est de illis; ultimo de cibo, & potu.
circa quem cibum, & potum canones quidem attendendi
sunt. & horum alij ex parte qualitatis, alij ex parte quanti-
tatis, alij ex parte substantiæ, alij ex parte ordinis, similtter
cætera ex parte tēporis uniuersalis, & particularis. antea
nota, quòd, antequam ad hos canones deuenias; in memo-
ria hunc canonem uniuersalem semper habeas: & est, quòd
in omnibus prius consideranda est; uirtus; vt. 10. therapeu-
tica, & quarto de ingenio primo ca. & quarta primi, &
prima quarti; omnium enim natura operatrix tertio tech-
ni. & hic est canon currens dominarum: unde medicos
hos spernentes, aut postponentes ignaros publice enūtia,
quorum infamiam fugere studeas.

Fortitudo autem uirtutis comprehenditur, ut infra de
pronosticis ex fortitudine uitalis, & naturalis, operationi-
bus

bus non multum mutatis ab eo, quod consueti sunt.

Debilitas verò, quæ est duplex; naturalis, scilicet & accidentalis comprehenditur. & primò naturalis per res præcedentes inanientes; vt superflua abstinencia, superflua euacuatio, & huiusmodi, quæ sanguinem, & spiritus habent minuere, consumere, & resolueres; nam, sicut sanguis, & spiritus alias, sanguinis, & spiritus quantitas conueniens ad fortitudinem virtutis faciunt; ita eorum diminutio ad debilitatem, secundum signum est venarum inanitio. tertium demacratio corporis. accidentalis verò comprehenditur ex repletionem humorum, quantitate, qualitate; aut vtroq; modo peccantium, cuius repletionis signa iam posita sunt in capi. primo. & valet notitia fortitudinis, aut debilitatis virtutis mediæ ad tria principaliter; primò ad debite. sordindam dietam; secundò ad euacuandam aut per phlebotomiã aut per solutiua. vnde Aui. decima tertij de cura pleurefis, debilitas virtutis non est illa, quæ possit tolerare phlebotomiam, aut solutionem ventris.

Et secundo propositum ex parte qualitatis plures sumuntur canones; primus est sumptus ex parte qualitatis primæ; vt, quia calida, frigida, &c. nam ægritudini ex causa calida conueniunt cibi frigidi. ex parte qualitatis secundæ; vt resolutiuus, aperitiuus, oppilatiuus, &c. nam, si cum ægritudine ex causa calida fuerit oppilatio; sicut in icteritia citrina, non debet dari cibus frigidus oppilatiuus, sicut panis mileacius; sed debet dari talis aperitiuus; & si non inueniretur, corrigatur eius malitia; vt docebitur infra de compositione medicinarum per suum contrarium; vt per deoppilatiuum. quare oportet medicum semper discurrere per areolas simplicium; similiter, & propter tertiam qualitatem: vt dato, quod cibus sit frigidus de oppilatiuus; tamen per qualitatem materia fortasse nocebit hepati. eodem modo de virtute quarta; quia aliquando aliquis cibus habet à forma specifica, siue per quartam virtutem aliquod determinatum nocuum, per quod plus nocebit, quam iuuabit ex parte aliorum trium simul. ista igitur oportet medicum considerare, quæ, si diligenter inspiciuntur; non parua sunt. secundus canon sumptus ex parte qualitatis cibi; vt nutritibilitas dicatur cibi qualitas, est, quod cibi qualitas est mensuranda hoc modo; quia aliquando augenda, aliquando diminueda; vt verbi gratia, aliquando oportet dare cibus multa nutritibilitatis; sicut virtute existente multum debili, oua sorbilia, testiculi gallorum nondum coeuntium; aliquando cibus pauca virtutis; vt cum appetitus fuerit intensus, & membra repleta fuerint. tertius canon, vt penetrabilitas se tenet ex parte qualitatis, quod eius penetrabilitas facilis, aut difficilis consideranda est; verbi gratia, cum volumus citò succurrere virtuti per cibus, aut potum facilis penetrationis; dabimus cibus, aut vinum multum liquidum. quartus est facilis resolutio, aut difficilis, considerandum est, quod etiam resolutio se tenet ex parte qualitatis; nam, cum volumus corpus forti exercitio exponere; debemus eum nutrire cibus difficilis resolutionis; vt carnibus bouinis, pane mileacio, & huiusmodi. similiter si corpus habet dispositionem; vt cibaria in fumum couertat; debemus ei exhibere, quæ difficilis sunt resolutionis.

Ex parte quantitatis similiter attendendum est, quod, si debita quantitatis, quam aliquando augere, aliquando minuere oportet secundum debilitatem, aut fortitudinem virtutis totius stomachi, similiter secundum varietatem contingentiarum, quæ occurrere possunt, quæ quasi infinitæ sunt. alius canon est communis qualitatis, & quantitatis; quia aliquando oportet augere quantitatem, & minuire qualitatem simpliciter appetitu existente intenso, & stante repletionem totius debemus augere quantitatem, & minuire qualitatem; stante autem fortitudine virtutis in principio febris acutæ debemus minuire vtrunque.

Ex parte substantiæ canon circa grossitiem & subtilitatem; nam qui faciliter incurrunt oppilationes, se à grossis cibus abstineant. item, si in præsentem oppilationem patiuntur; vt à carne porcina, vaccina & huiusmodi. & oppilati vtantur subtiliantibus, & aperitiuis; vt foeniculo, petrosillino, &c. hæc tamen cum cautela.

Ex parte ordinis canon; quia cibus grossus, & tardæ digestionis

debet sequi cibum subtilē, & facilem digestionē. Sed antequam ponantur canones de tempore, sciendum quod duplex est tempus; vt secunda primi. particulare, & vniuersale. particulare; vt tempus particularis paroxismi. vniuersale; vt tempus vnum ex quatuor totius ægritudinis nam quælibet ægritudo quatuor habet tempora; vt prima aph. & secunda primi, & prima quarti tertio cap. principiū augmentum, statum, & declinationem, & pro tempore particulari ponitur huiusmodi canon, quod secundum plurimum, & rarò in paucioribus debet infirmus cibari in tempore minoris afflictionis; quia tunc virtus minus à morbo occupata melius cibum comprehendit. & dicitur secundum plurimum & rarò in paucioribus; quoniam aliquando maiori existente afflictione debet cibus exhiberi; vt cum status est cum tanta uehementia accidentium, vt virtutē prosternant; nam accidentibus prosternentibus virtutem illi cibus dandus; vt prima aph. com. 9. & quarta primi primo cap. in fine. & cum illi, qui habet complexionem calidam, & siccam, accidit fames; adueniunt cum ea vigiliæ, & labor animalis, & labor corporeus, & festinat ad ipsum febris ephimera cum oppilationem quadam, quod, si non succurratur, & cibetur; statim festinabit ad ipsum febris putrida. item stante forti mordicatione in ore stomachi à cholera, vel eius vaporibus statim debet exhiberi cibus illius, vel illorum repressiuus; vt multus potus aquæ frigidæ, aut buccellæ panis in vino granatorum infusæ.

Ex parte temporis vniuersalis plures canones ponendi sunt; sed ante eorum perscrutationem debet inuestigari, si ægritudo est acuta, chronica, vel media siue tropica; quoniam in chronicis minus respectu sanitatis, & magis, quam in acutis; in mediis verò medio modo. item si est simplex, vel composita; quoniam simplici simplex, composita composita debetur medicina.

Signa autem longitudinis, & breuitatis morbi ex quinque sumuntur; primum sumitur ab extrinseco; vt aere, regione, regimine, infirmi habitudine, & huiusmodi, vt verbi gratia, in aere calido, in regione calida, & regimine calido quia humorum calidorum multiplicatio, & huiusmodi, ægritudo breuis. si in contrarijs, quia humorum grossorum multiplicatio regimine, aere frigido, longa; iuxta illud senis nostri Hipp. Aestas omnes morbos abbreviat, hyems verò prolongat. secundum sumitur ex parte signorum talium ab exeuntibus mutatis, ac operationibus sumptis; vt in qua ægritudine pulsus velox erit, & in vrina citò signa apparuerint digestionis, ægritudo erit breuis; quod, si pulsus erit tardus, & in vrina tardè apparuerint signa digestionis; erit longa, & hoc præcipue, quando signa sic perseverauerint.

Tertium sumitur paroxismo; quoniam, si ægritudo habuerit paroxismos plures, & plures incipiant affligere patientem; in eadem hora ægritudo erit longa; significant. u. grossitiem, & inobediētiam materiæ; vt quarta aph. com. illius, quibuscunque ægritudinibus exacerbatione fiunt.

Quartum sumitur ex specie ægritudinis; vt verbi gratia, squinantia, apoplexia, & huiusmodi ex natura sunt breues, quartana, & huiusmodi sunt morbi longi.

Quintum sumitur ab horis pronosticis; vt verbi gratia, inceptio apparitionis digestionis, vel contrarij. digestionis in quarta die; vt, si apparuerit nubes alba, aut rubea in vrina; significabit statum in septima esse bonum; quod si fuerit nigra, vel viridis; significabit statum in septima esse malum; vt quarta aph. com. illius; si à febre habito.

Secundo idem iudicatur ex parte fortitudinis, vel debilitatis virtutis in die indicatiua, vt verbi gratia, si virtus in quarta incipit fortificari supra morbum; significat, quod in septima terminabitur ad bonum; si debilitati ad malum, sic que de alijs diebus respectu suorum indicatorum dicendū.

Tertio ex parte debilitatis motus, vel fortitudinis naturæ supra materiam morbi in die indicatiua; vt, si in quarta apparuerit modicus sudor, vel modicus fluxus ventris, & huiusmodi apparuerint signa digestionis; erit in septima status bonus; quod, si non præcesserint signa digestionis, aut talis fluxus fiet non in die cretica; erit ad malum. & pro complemento horum recurre infra ad ea, quæ de his scripta sunt

sunt in .5. cap. huius tracta.

Quo viso ponitur hic primus canon; quòd diætã in omni tali ægritudine debet ordinari in ordine ad statum, siue crìsim, quæ in statu est, siue sit; quoniam, cum status, siue crìsis longinquus fuerit, sicut in chronicis accidit; debemus diætã ingrossare, vt virtus sufficiat vsque ad statum. si vero status, siue crìsis propinquus fuerit, debemus minuere, & tanto plus, quanto propinquior: medijs verò medio modo. & est canon Aui. quarta primi, & Halvab. 3. pract. de regimine febricitantium, vbi comparat medicum peregrinantem; virtutem expensæ suæ bursæ; & ægritudinem viæ. & licet iste canon sit positiuè scriptus; habet tamen in se scropulositatem, quam hic adducere superuacuum iudicauimus; cum totus positiuus in tractatu isto esse intelligam: hoc tamen per sequentes canones magis declarabimus.

Secundus, quòd in principio ægritudinum chronicarum debemus grossius diætã, cum morbus sit debilis, & quietus, & virtus adhuc satis fortis; & sic debet fortificari ex cibo: nam superueniente augmento oportet cibum minuere cum ægritudo augetur, & virtus sit facta fortis ex ea, quòd exhibitum est ei in principio. unde minorationem cibi in augmento morbi melius tolerabit, in quo tempore poterit virtus magis, & melius circa morbum occupari. sed, cum status venerit; debemus amplius minuere, seu attenuare, & hoc secundum plurimum, vt supra.

Tertius in acutis in principio debemus subtiliare multum, & tanto plus, quanto status, seu crìsis propinquior expectatur; & continuè plus, aut minus subtiliare secundum propinquitatem, vel distantiam status, siue crìsis: in medijs verò medio modo. quæ omnia, vt dictum est, intelligi debent constanti virtute. vltimus canon pro nunc & vniuersalis est, quòd iudicia sumpta ex parte regiminis sunt proportionalia iudicijs sumptis ex parte medicinarum. vnde ex his, quæ de medicinis dicentur, poterit canon de diætã fabricari. satis hæc pauca, & vniuersalia tibi sufficiant de his, quæ circa diætã; nam ex tuo studio aforistico; & alibi factò ad plurius amplissimam notitiam facile peruenies.

SEQUENDO secundum, quo .i. ægritudines curantur, aduertendum per potionem in proposito debemus intelligere omne illud, quòd ingreditur corpus, est eius alteratiuum, siue dispositionis præter naturam in eo existentis remotionem. vnde notandum, quòd quidam canones, qui ponuntur de huiusmodi potione, etiam audiendi sunt à domino chirurgico: nam & ei magnam vtilitatem afferent; quædam, quæ dicentur de alteratiuis intrinsecis, de extrinsecis etiam intelligi debent. & antequam ad exhibitionem potionis peruenias post notitiam virtutis essentia causa & loci ægritudinis; scire debes, quòd quædam consideranda sunt, quorum quædam se tenent ex parte corporis, quædam ex parte medicina, quædam ex parte ægritudinis, quædam ex parte earum, quæ consentiunt, vel dissentiunt ipsi potioni. ex parte corporis; vt virtus totius, aut membri patientis; similiter natura totius, vel membri patientis situs membri; & locus, & compositio. ex parte medicina, substantia, qualitas, species, & quantitas. ex parte ægritudinis, locus, quantitas, tempus, & accidentia. ex parte eorum, quæ consentiunt vel dissentiunt: vt ætas, sexus, conditio, de his autem, & de iam dictis tales dantur versus.

Ars, ætas, regio, virtus, complexio, forma, Mors, & symptoma, repletio, tempus, & aer: Et iuxta hæc ponantur canones sibi deseruientes.

Primus igitur cano ex parte virtutis est, quod virtus totius & membri à medico maximè consideranda est: quoniam, si corpus debile fuerit, aut ipsum membrum, non debet regulariter operans exhibere fortes medicinas absolute, siue alteratiuas, siue euacuativas, cum tales virtutem extinguant.

Secundus loquendo de virtute membrorum particularium incipiendo à principalibus, quæ membra principalia non sunt regulariter medicanda medicinis fortibus, in quibus est aliquid timorofum: nam, cum nocumentum principali communicatum statim toti communicetur, & maximè si cordi toti statim nocumentum sequeretur; dicitur regulariter; quia aliquando coacte membro principali medicamentum forte, & timorofum applicamus; vt secunda tertij de

A cura tremoris calidi prouenientis à caliditate propter dubietatem futuri apostematis; docet enim Auic. applicare opium, & mandragoræ semen.

Tertius, & est sicut correlarium præcedentis, quòd totum euacuandum à membro principali saltem notabili quantitate non debet regulariter operando in vna vice euacuari, & similiter ipsum alterans, vel indisponens non debet per vnum alterans forte contrarium; vt infrigidans, aut calefaciens in vnica applicatione remoueri. & dicitur regulariter, &c. quia materia existente multa, de cuius multitudine dubitaremus, aut furiosa debemus in vna vice euacuare: & suo modo de alterantibus dicatur. dicitur notabilis quantitas; quia posset esse ita pauca: ut per debile medicamentum; & absque multa spirituum resolutione tota materia euacuaretur.

Quartus si applicamus membro principali aliquid, vel aliqua, quæ habent virtutem debilitare eius; cum vt hepatis applicamus emplastra resoluentia materiam in ipso contentam, quæ rarefaciendo ipsius substantiam ipsum debilitant cum his debemus commiscere styptica boni odoris hepatis conferentia; vt spicam, spodium, & huiusmodi: & debent styptica poni in parua quantitate; ne resoluentium, & rarificantium virtutem, seu operationem impediunt. quòd de alijs membris etiam non principalibus est intelligendum. quintus, quòd non solum oportet considerare virtutem patientis membri; sed etiam sui colligati; vt verbi gratia, stante febre intensa, & adhuc ex materia cholericâ, stomacho, qui est membrum cordi alligatum, existente valde debili alijs non contrariantibus; nõ debet exhiberi aqua vehementis frigoris. sextus sub virtute comprehendendo acuitatem sensus membri, vel hebetudinem eius, quòd membro acuti sensus non debet medicina acuta exhiberi; vt habenti intestina sensibilia valde; quia fortè à natura multum discooperata; vt mezereon, tithymallus, & elleborus, & huiusmodi: itè in enematibus non multum salis ponere. habenti verò intestina hebetata multum pinguis, in quibus virtus sensitiva est submersa, & sopita, quæ acuta sunt, exhiberi possunt alijs non contradicentibus.

Ex parte naturæ, & primò complexionalis, primus cano quòd medicus debet omnino notitiam habere complexionis naturalis totius, aut membri patientis; nam hoc multum aperit mentem medici in actu practico: verbi gratia, scito, quòd Sor. cuius complexio naturalis sit frigida, patitur morbum calidum: arguit statim medicus morbum disproportionalem ex consequenti factum ex forti causa, & ipsum à complexione naturali multum elongatum. vnde concludit egere forti infrigidatiuo: & per forte in proposito intelligo potens effectiuè. & quia non paruus speculator existis; & vt tuum ingenium exerceam; de hac materia ponam casum in terminis. Ponatur, quòd Sor. phlegmaticus acquirat vnum gradum caloris præter naturam supra complexionem eius naturalem, & Plato cholericus medium, &c. tunc dico, quod intensiora frigida competunt Platoni, quàm Sorti; quia latitudo cholericitatis resistens infrigidatibus in Platone est maior; vt patet, quàm in Sor. secundo dico, quod potentiora infrigidantia competunt Sorti, eò quod illa, quæ induxerunt gradum caliditatis, in eo potentiora fuerunt, quàm illa, quæ induxerunt medium in Platone. cum ergo causa fuerit potentior, & ex consequenti agens debet esse potentius. item quia plus de caliditate est abijciendum à Sorte, vt ad suam naturalem complexionem redeat, quàm à Platone: consimiliter dicendum foret; si ad eundem gradum, vel similem secundum tactum ambo perducerentur. si verò æquè proportionaliter distarent à suis naturalibus complexionibus per calidum æquè proportionaliter; frigida effectiuè competenterent. quæ omnia intelligi habent indicatione sumpta, & dispositione præter naturam; quia indicatione sumpta virtute secus est; vt patet in iuvene, & sene caufonizantibus. sed pro ampliori canonis notitia sciendum, quòd remissiora frigida quadoque efficiuntur intensioribus potentiora effectiuè, & hoc per frequentationem applicationis remissioris; vt verbi gratia, in casu nostro dabo Platoni cholericò, quæ erunt calida in secundo, aut tertio; vt portulaca, camphora, papauer, & huiusmodi: Sorti phlegmatico, endiuia, & huiusmodi.

di. sed Platoni magis in magna quantitate, & unica approximatione, vel duabus; Sorti autē in parua, & continuabō ipsa per hebdomadam. vnde illum, vel consimilem effectū inducent, talia in primo in una hebdomada quem, uel qualem, talis in secundo, uel tertio, in uno, uel duobus diebus, ut dictum fuit. sed Platoni in magna quantitate; quia aliis paribus non debent in tanta quantitate alterantia frigida exhiberi phlegmatico, sicut cholericō; quoniam uirtus phlegmatici debilior est ualde: nec eius calor pateretur tantam frigidorum approximationem; sicut calor cholericī: nam ex hoc forte extingueretur.

Ex his inferitur, quōd iuuenē, & sene caufonizātibus potentiora frigida effectiue competunt seni, quā iuueni. & huiusmodi canon totius intelligi habet de medicinis, aut de rebus alterantibus; vt sic: nam de euacuantibus non intelligitur; cum euacuantiā agant à forma, quæ non est ex primis. quantum uerō eleuari debent in gradu alterantia &c. consistit in æstimatiua artificialis medici, qui æstimat quantum complexio elongata est &c. unde exercitatum, & natura prudentem oportet esse medicum. 8. practicæ.

De natura uerō compositionali, & unitate nihil pro præfenti; nisi quod scriptum fuit supra secundo capitulo.

Ex parte situs membri ponatur huiusmodi canon. Medicus situm membri maxime attendere debet; nam ex situ cognoscet, per quam uiam materia erit euacuanda; uerbi gratia, si erit in gibbo hepatis per uias urinae: si in concauo per intestina; quoniam concauum situm suum habet propinquum intestinis, quæ sunt uia expulsiōis. unde prima apho. Vndecunque natura reperit, inde ducere per conuenientia loca: & uerificatur exemplum materia non existente multum grossa inepta per uias urinae euacuari, & similiter non existente læsione in intestinis &c. unde Gal. tertio therapeu. docet materiam à parte gibbi hepatis per secessum euacuari.

Ex parte loci membri ponuntur canones, quōd locus membri in curatione attendendus est, vt longinquitas; aut eius propinquitas; nam ex hoc, quōd scio ipsum esse propinquum, arguo ex hoc, quōd medicinae membro propinquo proportionatæ non debent commisceri aliquid, quod eam ad ipsum perducatur, seu dirigatur; vt uerbi gratia, cum stomachus sit membrum propinquum medicinae sibi conuenienti; non debet &c. cum medicina statim ex re ad ipsa ueniat.

Ex quo inferri potest in practica, quōd, dum intendimus euacuare stomachum; non debemus commiscere directiuum medicinae ad ipsum; sicut, cum à capite euacuamus directiuum solutiui ad caput; vt stœchados, & huiusmodi commiscemus.

Inferitur secundo, quōd non ita digestiuis, & tot indigemus in euacuando materiam stomachi, sicut aliorum membrorum.

Si uerō fuerit longinquum; duo sunt tunc canones attendendi. primus, vt in medicina fiat augmentum, quod non fieret ipso existente propinquo; & causa; quoniam medicina ad ipsum membrum non potest peruenire, nisi per plures transmutationes, & plurima interualla, in quo tempore medio de uirtute medicinae non parum resoluitur; ut uerbi gratia, in fractura uenæ pulmonis dabo trochiscos de carabe cum aqua plantaginis, aut portulacæ; ista tamen prius in stomacho actuabuntur, deinde trāsibunt ad hepar, deinde ab hepate per uenas, & alia loca sensui nō benè manifesta ad pulmonem; unde in his locis multum de uirtute resoluitur: quare oportet augere; quod non fieret, si esset propinquum.

Secundus, quōd cum tali medicina debet admisceri, quod est dirigens, aut faciens penetrare ipsam ad illud membrum longinquum; Vt uerbi gratia, crocū cum medicinis cordialibus; acetum in emplastris, quorum uirtutem quærimus profundari; sicut in sciatica &c. hic canon quasi continuè in practica currit.

Ex parte compositionis canon, quōd in membro compacto fortior potest medicina administrari; quia uirtus fortior propter unionem maiorem partium: unde Mes. primo uniuersalium. cap. 2. In membro raro, & molli conuenit

mollis medicina; quia in eo uirtus de facili resoluitur.

Ex parte uerō medicinae consideranda sunt substantia, species, qualitas, & quantitas. ex parte substantiæ primo, quia loquendo ad intentionem medicorum raritas, & densitas se tenent ex parte substantiæ; nam densa est aliis paribus; rara potentior; cum potentia rei penes multitudinem formæ attendi habeat, & ideo plus de rara, quā de densa alijs paribus exhibendum est, de his specialibus infra.

Ex parte speciei ponitur canon, quōd medicinae calidæ uehementer resoluentes similiter uehementer infrigidantes; vt medicinae opiatae uenenosæ sunt à prudenti medico multum fugiendæ; patet, quoniam tales sunt uirtutū omnium multum prostratiuæ, aut ipsas resoluendo; ut tales in quarto, aut ipsarum spiritus congelando; ut opiatae, de quibus Mes. de consolatione medicinarum distinctione tertia. 3. cap. Compingere, aut stupefacere est ultimum, ad quod intendis, & maxime, quando omnia alia non contulerunt: & tunc quoque super narcoticum est præsumendū, aut aliter spiritus corrumpendo, seu extinguendo; ut uenenosæ, ex quibus inferitur, quōd à medicinis scamoneatis debet se medicus, in quantum potest, abstinere, de quo infra. 4. cap. inferitur secundo, quōd non rectè operantur medici, qui cum una pilula euacuare intendunt materias quas-

cunque; quia, cum quinque, aut septem euacuare debet; quoniam illud facere non possunt, nisi illa pilula sit tota scamonea, sal gemma, aut huiusmodi, quæ sunt uenenoſa &c. vnde à ueteribus nostris non inuenies dosim pilularū, quibus utendum est, minorem. 3. 5. qui modernioribus in actu practico meo facili iudicio perspicaciores fuere: immo communis dosis est. 3. i. robustiora fuerunt suo tempore corpora humana, & non ita delicata.

Ex parte qualitatis prior canon, quōd medicina eligenda est, quæ sua qualitate contrarietur qualitati ægritudinis; omnis enim ægritudo suo medicatur contrario; ut supra. & per qualitatem in proposito nō solum intelligo primam qualitatem, sed secundam, tertiam, & quartam; ut uerbi gratia, ex parte qualitatis primæ, quia, si ægritudo calida fuerit; eligantur frigida ex parte qualitatis secundæ; vt, si fuerit oppilatiua, uel ex oppilatione; eligatur de oppilatiua, ex parte tertiæ, si in pectore eligatur agaricus, aut alia medicina pectoralis sibi cōtraria; ut hyssopus liquiritiæ &c. ex parte quartæ; ut, si fuerit phlegmatica, eligatur turbiti; si cholericæ, rhabarbarum, & de his qualitibus, seu uirtutibus infra.

Ex parte quantitatis notandum, quōd eius quantitas est duplex; vna gradualis, alia ponderalis. exemplum primi, vt talis in primo, secundo, tertio, uel quarto. exemplū secundi, vt vnus uncia vel. 3. Canon. q. in eligendo quantitatem gradualē medicinae debet medicus habere respectum ad quantitatem gradualē morbi, & ad naturam totius, & membri patientis, & ad ea, quæ huic consentiunt, vel dissentiunt; vt ætas, complexio, regio &c. vt supra; uerbi gratia, debet medicus artificiosa cōiecturatione cognoscere, quanta est mensura gradualis ægritudinis; vt, si coniecturabit, quōd sit, vt duo, debet eligere medicinam sibi contrariam; vt duo, & forti fortem, debili debilem: & hoc, si uirtus totius, & membri tolerat, ætas &c. nam aliquando ætas, & uirtus non consentiunt; vt supra de sene caufonizante. sis tamen memor canonis Auic. quarta primi. 2. cap. quōd caliditas alijs paribus est acutior in sui actione, quā frigiditas: ideo oportet augere quantitatem frigiditatis, si cætera consentiunt, cum uolumus per ipsam caliditati resistere. de quantitate ponderali tantum pro nūc dicatur, quōd etiam ipsa consideranda est in relatione eorum, quæ dicta sunt; nam de tali particularius infra. 4. cap.

Ex parte ægritudinis primò de loco canon est, quōd ex notitia loci ægritudinis eligit medicus medicinas directiuas medicinarum, quibus indiget; uerbi gratia, scito, quōd ægritudo est in uis urinae, eliget diureticas; quōd, si est in pulmone; pectorales, & consimiliter de alijs.

Secundus, ex notitia loci scitur, per quam uiam debet transire medicina; vt, si ægritudo fuerit in intestinis inferioribus, debet medicina imponi per inferius imponendo clysterem, sicut in colica; si in superioribus, per superiora:

vt per os; vt in iliaca. ex parte quantitatis; vt iam dictum est; quia forti fortem &c. vbi notandum, quod ex proportionis, & disproportionis ægritudinibus sciet medicus se debere eligere medicinam fortem, aut debilem; nam, cū ægritudo fuerit proportionalis; eliget medicinam debiliorem respectu eius, quàm si foret disproportionalis; quoniam proportionalis alijs paribus est debilior; cum à debiliori causa fiat, secunda primi de signis complexionum.

Ex parte temporis canon. quod ægritudinum tempora, & maximè vniuersalia sunt à medico multum consideranda; quoniam alia debentur in principio, alia in augmento, alia in statu, alia in declinatione. & huic canonis magis obediunt domini chirurgici, quàm phisici; & benè docti frequenter non bene aduertunt, vt non mirandum, si eis non succedit, iuxta quem ponuntur alij. Primus, quod in principio vniuersalis morbi materia existente furiosa, aut multa, de cuius multitudine timeamus, aut cuius digestio non expectatur; vt in synocha; debet medicus non expectata digestionem euacuare. secundus, quod constante virtute debet materia existente furiosa, aut cuius digestionem non expectamus à principio eradicatiue euacuare. tertius existente materia multa de cuius multitudine timemus, debet in principio minoratiue euacuare. quartus, his non obstantibus casibus debet medicus ante euacuationem propriam digestionem materiei facere; & dicit notanter propriam; quia euacuationem materierum communium cum clystere, aut medicina lenitiua semper potest præmittere, & meo iudicio debet: vt prima quarti de cura putri. in generali satis ad principium.

Ex parte accidentium dicendum, quod, sicut vmbra sequitur corpus; ita accidentia ægritudinem: & Gal. tertio de accidenti, hinc curata ægritudine curantur facile accidentia, & curæ ipsorum deseruiunt etiam iam dicti canones: vnde aliquando oportet prius accidentibus instare, quàm morbo: sed hoc est coacte & non regulariter. 7. col. de cura synocharum. ex parte eorum, quæ consentiunt, & dissentiunt ponatur canon, quod in exhibitione medicinarum debet medicus ad illa, quæ dicta sunt diligenter attendere; vt ad aerem, ætatem &c. Verbi gratia, si ægritudo est calida, & indiget medicina frigida, vt dictum est, cum autem aer sit calidus fouens ægritudinem; hinc frigidiori medicina indiget, quàm si frigidus foret; similiter econtrà. item quia aer factus saltem valde calidus trahit materiam de centro ad circumferentiam, & medicina solutiua oppositum agit, propter quod, in eius operatione multum debilitatur, & virtus prosternitur ex hoc inordinato & contrario motu; hinc ipsa dari non debet, dicente Hip. quarta aphor. quinto aphor. sub cane &c. & si opus est dare, detur aere existente minus calido, vt de nocte; aut aliter alteretur ex arte. consimiliter ex parte ætatis &c. quia ætas pueritiæ, similiter senectutis fortem non patitur medicinam; iuuentus verò fortius. ex parte consuetudinis; quia consuetus debilis fortiorem tolerabit medicinam, quàm fortis insuetus; & per alia hoc modo discurras.

Et notes, quod inter hæc omnia dignior est consideratio aeris, primò quia aer sic in nostra non habetur potestate, vt cætera. 9. therapeu. 2. cap. Secundò, quia sine aere ægritudo solui non potest; vt allegato ca. vnde videmus plurimos in aere vno existentes non potentes ex ægritudine conualescere; qui, cum ad alium se transferunt, statim liberantur, vnde plurimi medici, qui ægros suos ad alium aerem transferre præceperunt, maximum honorem ex hoc consecuti sunt; & similiter, qui de aere non curarunt, in verecundia inciderunt: nam nobilitatè aeris in cura ægritudinū extollit Gal. allegato loco; & Auic. quarta primi primo cap. & sicut dicimus de mutatione aeris; ita de mutatione terrarum, & formæ; nam præcipitur patienti torturam, vt speculum chalybeum intueatur; vt laboret in rectificatione eius ex mutatione facta de forma in formam: & æstimo, quod cum ægrotantes non obediunt medicis in his, quæ ponuntur ex parte aeris, & aliarum sex rerum non naturalium; ipsi sanitatem non æquè citò attingunt; vt ex dictis patere potest: & fortassis ob harum rerum negligentiam non rarò commoriuntur. studeas ergo, vt in his ægrotantes tui tibi

A pareant. alios canon. generales suscipe. primus ex toto ignorato morbo non debet medicus cum forti medicamine operari; sed ipsum magis naturæ dimittere: nam probabile est, quod hoc contingat ex debilitate morbi, quem in paucis natura manifestabit; natura nanq; non eget auxilio medici, nisi cum magnificato morbo nequit dominari, interiorum primo. secundus, quod regulariter operando semper à facili ad fortius est procedendum; vt primò dentur digestiua leuia, secundò fortiora: similiter de alteratiuis alijs euacuariis intelligendum. & dicitur regulariter; quia coacte aliquando oportet à fortiori medicina incipere; vt verbi gratia, quando morbus non daret inducias; vt, quado timeremus materiam fieri furiosam, aut vehemètes febres, aut dolores; expediremus ex indicijs, aut per inducias timeremus de casu virtutis. tertius, si ex recta operatione comprehēderis non sequi iuuamentū; debes ad illam medicinam consimilis virtutis te transferre; vt verbi gratia, vbi ponas chamæmillā; & rectè operaberis; pone melilotū; quia aut ppter assuefactionem, aut forte à forma specifica iuuamentum non sequitur. ex quo soluitur questio; vt infra. quare plures medicinæ eiusdē gradus virtutis quantitatis ponuntur in eadem recepta, quartus, quod in fortibus temporibus regulariter non debent fieri fortes euacuationes; vt solutio ventris, vomitus, operatio venæ; vt in hyeme, ætate &c. & huiusmodi canonis causa, & intellectus ex dictis patet. quintus, & vltimus, & de hoc magis infra, quod summo studio attendendum est, quando in eadem ægritudine coniunguntur duo, quæ requirunt contraria remedia adhiberi; vt verbi gratia, in forti dolore colico ex materia frigida; nam ratione materię debentur calida; sed ratione accidentis frigida stupefacientia. vnde in hoc casu debet attendi ad id, quod magis suspectū est; altero tamen non neglecto. vnde prima quarti de cura putridarum in generali. & oportet, vt obseruetur res magis timorosa de vna duarum rerum &c.

Sequitur de casu in terminis.

C Ex quibus omnibus patet speculati modus ponendi casum medicinalem in terminis suis; & vt inueniant facilliter hoc iuuenes, quod est primum, & maximè considerandum in omni cura; ponam ipsius casus descriptionem cum sua declaratione vsq; ad exemplorū additionem, subiungens ad ingeniorum apertionem modum exemplarem in consilijs prosequendum. casus in terminis secundū medicū est manifestatio dispositionis non naturalis corporis humani, quo ad essentiā, & causas eius cū apertione earum rerum, quarum notitia medico ante actualē medicationem est necessaria. nemo quippe in re medicationis rectè progredietur, nisi essentiā ægritudinis, eiusq; causas primum apertè cognouerit: nā & princeps noster sua singulari doctrina sic admonuit, vt non nisi cognita ægritudine ad eum medicationis actū festinemus: inquit. Cum ignoras ægritudinem; subtilia regimè; vt ex hoc ægritudo ipsa manifestet. quis. n. non nisi mentis insanæ aduersus ignotā hominis dispositionem antidotabit, casu quidē à fortuna non operabitur? Expectatur fortassis in tanto, timorosoq; opere fortuita, ac casualis operatio. Quid. n. inter terrena homine dignius? si in operandis, recuperandisq; domibus, alijsq; artificialibus cōe ingenium singulareq; studiū adhibemus; vt certa ac recta operatione procedamus, quid in recuperandā hominū sanitate faciemus in qua felicitatē humanā non pauci philosophi posuere? intelligatur quantū ocij dedit Euclides; vt artificialia ipso non dico coniecturatiua, ac vera, seu firma demonstratione perficerentur: non potest. n. vera dispositionis homini haberi notitia, neque rei alterius, nisi vt suarum causarū cognitio prius habeatur. quod apertè summus Arist. suarū physicorū proœmio declarauit. conantur veri authores ex multiplici signo & positione, & essentiæ dispositionis in verā notitiam prius discipulos ducere; post quod & causas multiplices immediate demonstrat: sicq; essentiæ ægritudinis, & eius causarum notitiam ante actualem medicationem est necessaria. ex quibus casus principaliter constituitur. cūq; processu naturali res medicationis canonibus euacuetur; non parua recipientibus varietatē ex ægritudinibus ipsius, rerumq; naturalium; pluriumq;

eis annexarum, cæterorumq; dispositione diuersa ob quam in aliis aliter, in cæterisq; suo ordine congruenti procedere oportet, non immerito ergo dixi in casu ipso eas res aperiri debere esse; iuris etenim consulti ex facti narratione, circumstantiarumq; necessariorum ipsum in terminis figurant, neque medico arbitrari fore necessarium in casus sui positione dispositionis essentiam, & eius causas circumstantes, & necessarias res, de quibus post manifestè aperire intendimus: nam eorum necessitatem ex his, quæ dicuntur quisque peritus facillè intelliget.

Sunt enim res ab ægritudine sumptæ, qualitas, quantitas, locus, tempus, accidentia. ex parte rerum naturalium complexio, virtus totius, & particulæ patientis, his verò necessariò annectitur ætas, ars, sexus, regio, & forma, siue habitudo, consuetudo, repletio, tempus & aer.

Qualitatem autè ægritudinis necessariò cognosci oportet: cum calidis frigida, frigidis calida annullentur; & acuta in canonibus suis à chronica quàm maximè diuersificatur.

Quantitasq; non minus cognosci habet; nam forti fortes, debili debiles medicinae dentur. addo gradualem mensuram, quam hoc loco sub quantitate collocaui: etenim gradualem eius recessum corporis humani respectu scire oportet regulariter, quoniam talibus in secundo debentur talia in secundo, & ultra, sicq; de aliis, amplius, quàm proportionalitate, & disproportionalitate fortis, aut debilis debet eligi medicina. quantumq; loci notitia ad curam faciat; quisque naturæ scit operator; quis enim ambigit materiæ uis ductuum propinquæ faciliorem deberi medicinam, quàm ei, quæ in uis remotis iacet, item & persæpe medicina uniuersalis particulari eget, quæ eam ad particulam patientem dirigat. alia quoq; debentur in statu, aliæq; in declinatione, cæterisq; temporibus suo modo iudicandum, accidentia quoque ignorare non oportet; cum persæpe curam de seipsis prius uocent; ut Auic. 7. ca. Complexio nanq; prius notari debet in huius rei testimonium præter authorum sententiam uulgatam; & non immerito nostram adduco.

Quid de uirtute dicemus, quæ in omnibus prius est consideranda? est etenim omnium operatrix natura: quam non tantum totius; sed & particulæ patientis, dico quam maximè colendam esse, propter quod etiam sensibilitatem particulæ, ut intestinorum, aut eorū obtusitatem propter phar-
G maca ipsa considerare oportet. quis. n. hesitat non eandem, eodemq; modo omni posse ætati competere?

Artemq; considerare uelis; cum à laboriosa, & à forti medicina abstinere nos maneat.

Regionem verò iam annotabis necessario; nam meridionalis debiliorem, & septentrionalis fortiorem petit medicinam. habitudo quoque necessario consideretur; debilis nanque in membris phar-
H maticis graciles: spiritibusq; suis facillimè resolutibiles non eam pati possunt alterationem, siue euacuationem, quam carne compacti membris robusti, & spiritibus, non nisi difficulter resolutibiles.

Possunt nanq; & assueti medicaminibus inassuetis aliis paribus fortiora pati medicamina, & repleta corpora uacuis plura sustinere posse. & nemo dubitat alia in æstate, alia in hyeme deberi medicamina, nã: & quando in æstate abstinere præcipit Hip. cum canicula nominat, sicq; cū aeris fuerit distemperantia maior, aut minor aliter in exhibendis alterantibus. his omnibus sextum addere iudico, qui se per in principio casus expressè ponendus est. & ut hoc facilius memoriæ commendetur; hos addidi uersus.

Aetas post sexum, uirtus, complexio, forma, Ars, mos, repletio, sic regio, tempus & aer. Esse absint causæ, qualis, quantusq; locusq; Tempus, symptomata morbi, hæc casumq; figurant.

His itaq; facillè inducitur, quòd essentia, & causæ dispositionis nò naturalis in casus manifestatione necessariò aperitur: ex quibus omnibus casus ipse perfectè integratur.

ET, VI FACILE, atque efficacius, quæ posita sunt, apud iuuenes intelligantur ex duobus exemplis aperiam.

Primum quidem de ægritudine cõi faciam; alterum de particulari membro casum in terminis figurabo.

Exemplum de primo, seu de ægritudine cõi. Accedit comes ad principem dicens, domine princeps Auic. Ego co-

mes. xxv. annorum uirtute totius fortis, quo. scilicet ad mēbra uitalia naturalia, & aīalia cordis calidi, & non multum; & cõsimiliter cerebri, stomachi frigidi, & hepatis calidi ultra naturale principium; & amplius calefacti præter naturaliter ex causis, quæ dicuntur cum intestinorum sensibilitate obtusa, habitudine carnosâ, ac in spermaticis mediocris: complexione cholericus, cum participatione aliquali phlegmatis, venationibus quotidianis, & equestribus deditus. dubito satis regimine rectus, quo ad horas cibi, & potus; licet in qualitate, & quantitate horum excessiue multis humoribus repletus; medicaminum assumptionibus consuetus ob uentris stypticitatem naturalem, urina grossa tendente ad rubeum, regione meridionalis, iam in tempore ueris, & aeris in moderata caliditate, patior febrē, quæ est tertiana nò pura; non tamē à pura multum distans: etenim durat horis x. & sex; tamen uehementis existit inflammationis, cuius fortitudinem, siue acuitatē non uerā, non multum pertimesco cum sit talis in secundo mei respectu, & eius materia coniuncta in locis, quæ sunt ante hepar extra uenas continetur, & nunc est principium augmenti eius. est enim cum dolore capitis siti intensa; & nauſea cum hepatis inflammatione, ut dictum est. cuius causa ex signis comprehēsa, & maximè coniuncta est materia putrida extra uenas mista cum cholera naturali, & phlegmate modicum viscoso, siue putrida fuligo ab eo eleuata. antecedens uerò materia non putrida, apta transire in putridam; in uenis, aut stomacho collocata. primitiua uerò inordinatum regimen, quod feci ex usu rerum calidarum calefacientium, & desiccantiū ex parte quasi omnium sex rerum non naturalium, modò super his salubre peto consilium uerum, &c.

Ex his colligantur primò essentia ægritudinis; cum dicitur febris, & causa eius formalis; cum dicitur tertiana non pura: materialis: cum dicitur materia mista: efficiens, & propinqua; cum dicitur coniuncta: remota; cum dicitur primitiua, &c. de finali non se intromittit medicus; nisi pro quanto conatur remouere eam; cum finis eius sit dispositionis præter naturam consumptio, &c.

Et sic apparet notitia dispositionis, quantum ad eius essentiam, & ad causas physicas, & medicinales: patet secundo principaliter eius notitia, quantum ad alias res, quæ per ea completa habenda sunt necessaria.

Exemplum de particulari morbo. accedit Iustinus ad principem dicens. Domine princeps Aui. ego Iustinus 40. annorum uirtute totius satis fortis. scilicet quò ad uitalem, animalem, & naturalem: cordis parumper calidi, cerebri humidum, & parum hepatis calidi, in primo rerum calidarum in principio secundi. & debilitatorum accidentaliter ob debilitatem expulsiuam, coitus superfluitate, & artis exercitio uehementi, necnon ex eorum caliditate superflua attractiua multum uigoratur, cum satis remissa intestinorum sensibilitate, habitudine carnosus, & in spermaticis robustus, complexione sanguineus, cum participatione phlegmatis arte fabrili, multum repletus, medicaminibus non consuetus; sed benè huic morbo ventre naturaliter satis lubricus, societatibus, & bibitionibus deditus, regione septentrionalis; iam in tempore autumnis aeris immoderata frigiditate. patior dolorem, qui est renalis, cum punctura acuta, quæ sentitur descendere uersus pectinem; dolorem etiam in eodem loco communicato cum frequenti vomitu materiæ mistæ ex phlegmate viscoso, multaque cholera vitellina pauca, & est dolor intensus, valdè uersus quartum se extendens gradum mei respectu: cuius acuitate, & magnitudine lapidem pertimesco per poros uitides descendentes dubitans, ne inde sequatur uiarum, aut vesicæ exco-
H riatio; & est cum frequenti, & pauco mictu; siue dysuria vrina tenui valdè. cuius causa coniuncta est arenula: vel lapis iam factus: remota uerò, & primitiua inordinatum regimen ex parte sex rerum non naturalium, propter quod multiplicata sunt materiæ grossæ, viscosæ, quæ per affationem in lapidem sunt conuersæ à caliditate renum excessiua. antecedens uerò, siue materialis est phlegma ipsum crudum, uel mucilago à stomacho, vel ab hepate ad renes transmissum ex inordinato regimine gentium. modo super his

his peto uestrum salubre consilium.

A **D** **Q** **V** **A** **E** respondet princeps, primò ponendo canones curationis; deinde antidota, quibus ipsi canones complentur. tertio subiungit canones compositiuos, siue magistrales; quarto ad latus inscribendo ex opposito canonum cõpositiuorum, siue magistralium ponit canones usuales.

Ex quibus apparet primò, quòd actus medicationis ex tribus tantum consistit. scilicet ex casus ipsius positione, notitia canonum, & antidotum canonibus deseruientiũ. & hoc est quòd pater noster Cermisonus sæpe inquebat; dum asserere bat tria ante actualem medicationem noscere oportere.

Patet secundò quis modus, & ordo rationalis ualde tenendus est in scribendis consiliis. quem Cermisonus ipse suo mathematico, atque phisico ingenio Italos medicos illuminando adinuenit.

Et, ut facilius iuuenes comprehendant, quæ dicta sunt; satis tamen meo iudicio aperta; unicum exemplar describã consilium iuxta casum primum positum eis deseruiens: & hoc; si primum istud ordinauero, quòd maius secretum artis medicinæ est scire casum medicinale in suis terminis ponere: ex quo canones, ut patuit, facilius eliciuntur. unde cum libri authorum antidotis ipsis simplicibus, & compositis morbis omnibus appropriatis pleni sint; facillè ægritudines ipse sic notæ curabuntur.

Ex quibus inferendum est, quòd deridèdi sunt hi, qui appropriata tantum sequuntur tãquam artis strictiora ipsum scilicet casum negligentes. primus, ordinetur diætã sex rerum iã dictarum in oppositum causæ morbi ipsius in qualitate, quantitate, tempore, & hora: secundus. euacuentur materiæ cõmunes in membris naturalibus contentæ, & aliquantulum propriè propter propinquitatem earum uis ductus, & repletionem, quam ex inordinato regimine incursum est. tertius, leniatur uenter continuè cum clysteribus lenitiuis, in frigidatiuis, absterfuiis, & materiæ phlegmatis aliquantulum eductiuis. quartus, fiat phlebotomia, ex uena hepatica cum abstractione sex, ÷. sanguinis, uel circa. quintus, digerantur materiæ propriæ primo digestiuis leuibus ad hoc appropriatis. sextus, euacuentur dictæ materiæ cum euacuatuiis leuibus, pharmaciis appropriatis aut uomitus; si is facile fieri potuerit; quoniam est ex rebus magis iuuantibus inter euacuationes, & maximè post cibum statim: & hoc in casu nostro. septimus, confortetur hepar cum frigidis, & aliquantulum stypticis à proprietate, & à qualitate manifesta hepatis huic conferentibus. octauus, defendatur cerebrum, ne uapores eleuatos recipiat, & ab eis offendatur; ut inde dolor mitigetur, aut tollatur. nonus, exhibeantur sitim mitigantia, ac extinguentia. decimus, digerantur secundò materiæ cum digestiuis fortioribus. undecimus, euacuentur dictæ materiæ cum pharmaciis fortioribus aliquantulum mordicatiuis propter suorum intestinorum obtusitatem: nam cum febris ipsa transeat ex sui natura terminum tertie puræ, & ingrediatur spacium operis tropicarum; non est uerisimile ipsam materiam eradicari posse in una euacuatione minoratiua, at tãta ex casu repletionem, quam asserit se incursum. duodecimus, exhibeantur postremo ad intra, & ad extra confortantia hepar; & deoppilantia, & resoluentia residuũ materiæ in eo, aut locis propinquis derelictarum. iam restat dicere, quomodo complentur dicti canones, & primò, quomodo completur primus. declinet diætã primò ad frigidum, & humidum: cum qua ponitur odor rei calefacientis: nam, cum sit cholericus, & exercitio multum deditus, indicatione etiam sumpta à febre ipsa; & à causa: cum cholera ipsa in casu non commisceatur multum phlegmatis, at tãta ætate competunt frigida, & humida, cum quibus propter phlegma addatur odor rei calidæ. & quoniam ægritudo est talis, in secundo competunt frigida, & humida in eo in mansione tamen altiori; ut uerbi gratia, ægritudo est in prima secundi, frigida erunt in secunda secundi. & nota huiusmodi, quòd usque modo ab aliquo; auctore non inueni rem cibalem frigidam trãsire secundum gradum, de calida autem sic usque ad quartum: quòd credo contigisse ex amicitate caliditatis humanæ complexionis maiori ipsa frigiditate. exemplum, & procedam eo ordine, quo procedi debet; non tamen multiplicando; sed de singulo singulum

A ponã exẽplũ: ne ipsius exẽpli naturam excedere uidear.

De aere. aer declinet ad frigidum, & humidum, & satis notabiliter propter eius immoderatam caliditatem, quam actu habet; ipse nanque plus operatur in corpus humanum aliis paribus, quàm cibus ipse propter cõtinuam eius actionem in ipsum. sternantur itaque frondes frigidæ per cameram, aqua cum aceto spargatur, & huiusmodi. de cibo. licet panis hordei sua manifesta qualitate uideatur maximè conferre; tamen, quia difficilius pane frumenti digeritur, nec est naturæ ita familiaris specialiter apud nos; non ita uidetur conferre, sicut panis de simila frumenti, qui temperatæ existit complexionis, si benè consideretur; & est naturæ humanæ magis conformis tum propter usum eius; tum propter occultam proprietatem ab authoribus in eo inuentã. de ferculis dentur blites, lactuca cum pauco saluiæ, & decoquantur in brodio pulli macri; nam & brodium carnis non uidetur competere; ipsum tamen sic alteratum cõfert; quia natura nostra carni esui est consueta.

B De carnibus. carnes sunt complexionis temperatæ, aut ad calidum declinant; licet aliqui carnem gruis frigidã posuerunt, ideo eligantur temperatæ, & in earum decoctione alteretur cum blite, uiola, lactuca, & huiusmodi: tamen credo ex frigiditate aquæ sola ipsas multum remitti in decoctione; & sunt pullus, perdix, fasanus, uitulus. item gelaticia, &c. ex carnibus facta. de piscibus pisces competunt petrosi, trutæ, temali, iazaroli, &c. & elixi sunt assis hoc in casu cõuenientiore. de ouis. qua altera possunt conferre maximè tempore necessitatis cõfortationis uirtutis. alterentur hoc modo. frangantur oua in aqua endiuia, & in ea dimittantur quatuor horis; deinde in aqua feruenti subito proiciantur, & subito extrahantur, ne durescat. de caseo. competit caseus recenter factus sine sale, in modica tamen quantitate. de fructibus. competunt granata, pruna damascena, arancia, & huiusmodi.

De saporibus, ex lactuca & endiuia, & petroselino cum aceto, competit aqua hordei cum pauco zuchari duarum coctarum, aut aqua simplex cocta cum syrupo acetoso. non dixi aquam hordei: quoniam aggregare eam cum syrupo acetoso est illaudabile. Aui. prima quarti de aqua hordei.

C De somno, & uigilia. somnus sit æqualis uigilia, uerbi gratia, dormiat à prima hora noctis usque ad unam horam diei, & in die non dormiat, quoniam somnus diurnus inducit febres, sitim, & dolorẽ capitis. de motu, & quiete, quies proportinaliter sit motu longior, nec forti exercitio exponatur, sed leui, & horis debitis. item fiant frictions extremorum, nam ipse tenent locum exercitij.

H De inanitione, & repletionem. non repletur; sed omni die habeat uẽtris beneficium natura, uel arte, & utatur enematis, siue clysteribus de quibus infra. hæc sunt in proposito multum utilia; & Aui. gratissima. & quia coitus sub inanitione continetur, ab eo absteineat. de accidentibus animæ, non irascatur, neq; turbetur, sed pro posse lætetur, & in his moderetur; nam multum animi accidentia faciunt ad curam impediendam, & expediendam iuxta illud Hipp. secunda apho. Confortari mente &c. continue enim corpori assistent; non tamen tantum faciunt, quantum aer, ipsa. n. spiritualiter tantum: aer uerò spiritualiter, & materialiter. post positionem rerum, quo ad qualitatem, quibus in diætã uti debet, conuenit, ut de eis, quo ad quantitatem, tempus, & horam aliquid dicatur. de quantitate, & tempore diætã. in hac ægritudine consideretur longinquitas status, quemadmodum in aliis conuenit ægritudinibus, & cum satis longinquus uideatur, licet nõ multũ, qm̄ expectatur in .i. 8. uel .20. die. hinc in principio, & augmento procedatur cum satis grossa diætã respectu eius, quod fieret in tertiana pura; unde si in pura dabis lib. in hac dabis lib. & .5. & hoc in discretione medici sit derelictum. cum autem appropinquat status subtilia modicum. in declinatione uerò iterũ ingrossa respectu eius, quod in statu. ex quibus patet quò se debet habere in temporibus huiusmodi febris.

De hora detur cibus saltem quinque horis ante aduentũ paroxyfmi. ex quibus patet complementum primi canonis exemplare. pro secundo canone, lenitiuum, & aliquantulum minoratiuum materiæ communium, & propriarum.

R. casia fistu. nouiter extracta, & electa. $\bar{3}$. i. \bar{f} . electarij de succo rosarum descriptione Mesue. $\bar{3}$. i. extrahatur casia cū aqua absinthij, & endiuia ana partibus æqualibus. hoc lenitium præcedens assumat in mane per unam horam ante diem calidum, & non tepidum; vt communiter exhibent astantes in die quietis. post eius assumptionem stet dormiens, si potest, in lecto per horam, vel circa. deinde surgat, & aliquando cameram aliquo modo perambulet vsq; ad horas quatuor post assumptionem clausis fenestris, & tunc prandeat, & ea die se à somno absteineat, nisi se multum debilitatum senserit ex euacuatione: quod futurum non credo.

Pro tertio cano. clyster lenitiuus, infrigidatiuus, absterfius & materia phlegmatis aliquo modo eductiuus. **R.** blitis, matrum viol. malua. ana. \bar{M} . i. furfurum frumenti quartam partem. \bar{M} . i. carthami. $\bar{3}$. \bar{f} . olei viol. $\bar{3}$. iij. salis communis siue panis drach. \bar{f} . carthamus prius contundatur, & cū cæteris ponatur ad bulliendum in aqua sufficientis quantitatis, & bulliant vsque ad consumptionem tertiae partis; deinde colentur, & fiat expressio ex eis, & de dicta colatura accipiatur metreta; siue lib. i. deinde addatur sal, & oleū; & calidum imponatur: semper est bonum, vt in clysteri aliquid remaneat ad euitandum ingressum aeris. hoc clysteri vtatur, alternis diebus in die quietis mane. post cuius assumptionem stet supra lectum iacens super uentrem, & cū sic steterit per quartam horam, emittat ipsum, & cū pannis leuiter calidis fricentur venter, & ilia suauiter. & post eius emissionem stet per mediam horam, anteq̄ assumat cibum vt vapores omnes sint sedati, & virtus ex euacuatione aliquo modo debilitata restauretur.

Pro quarto canone fiat phlebotomia vsq; ad extractionem sex. $\bar{3}$. sanguinis ex vena hepatica facta euacuatione lenitiua in die quietis sequentis præposito enemate per tres horas, vel circa fiat talis phlebotomia quia, si timetur, de syncopis stet iacens supinè, & fiat præuisio cum arantij, granatis, & huiusmodi, vt communiter fit. & post sanguinis extractionem stet sic supinus per mediam horam; quoniam syncopis accidit magis post uenæ clausuram.

Pro 5. canone. digestiui leue materiae cholericae naturalis cum aliquo modo admixtione phlegmatis. **R.** syrui acetosi simpl. $\bar{3}$. \bar{f} . viol. $\bar{3}$. i. aquarum endiuia. $\bar{3}$. ii. feniculi. $\bar{3}$. i. misce. istud digestiui assumat. v. diebus continuatiuis calidū, & non tepidum hora vna, vel duabus ante diem saltem post coenam per horas. s. & dormiat ad libitum &c.

Pro sexto can. minoratiuum facile appropriatum materiae dictae. **R.** casia fistulae nouiter extracta. $\bar{3}$. i. electuarij de succo ro. descriptione Nicolai. $\bar{3}$. ii. extrahatur casia cum aqua endiuia, & absinthij ana quantum sufficit, vt sit potabilis. & scito, quod aliquo modo aucta, est dosis electuarij propter intestinorum obtusionem. post assumptionem digestiui accipiat hoc solutiuum calidum; vt supra de lenitio. & cum eduxerit bis, vel ter; hoc est, per tres horas post eius assumptionem; bibat vnum cyathum aquae hordei non zucharatae, calidum, deinde per horam post assumat prandium. possit dari manna, rheubarbarum, electuarium de psillio, & huiusmodi; sed hæc sunt posita gratia exempli.

Pro septimo confortatiuum hepatis, & suae caliditatis remissiuum. **R.** aquarum endiuia. $\bar{3}$. iij. rosata. $\bar{3}$. ij. specierum sandalini, ceroti. $\bar{3}$. ii. misce: accipiatur petia linea duplicata lata, & longa secundum semissem, & infundatur in dictis aquis, deinde exprimatur; & tepesiat, vel sic frigida hepati apponatur, & renouetur pluries ante assumptionem cibi mane, & sero. potest similiter fieri vnguentum, emplastrum, vel cerotum &c.

Pro octauo defensiuū ne cerebrū recipiat vapores &c. **R.** succi solathri. $\bar{3}$. iij. albumina ouorum numero quatuor, aquae ro. $\bar{3}$. sex. aceti. $\bar{3}$. ii. \bar{f} . misce, & agitentur albumina fortiter, deinde simul cum reliquis misceantur forti commixtione. post istas euacuationes, &c. fiat cum petia linea circa frontem, & tempora, vt de petia ponenda super hepar dictum est: & hoc infestante dolore. & licet frictions ad diuersum in hoc casu conferrent; tamen de eis satis sit dictum de exercitio.

Pro nono canone communiter mitigant sitim zuchari Candia retentum in ore, pruna, arancia &c. valent semina citronio, marasca sicca posita in aqua &c. sed vt dictum est sic sunt gratia exempli posita.

Pro decimo canone digestiui fortius materiae iam dictae. **R.** syrui de nenufere. $\bar{3}$. ii. oxyzacha. $\bar{3}$. \bar{f} . aquarum acetosa, uiolata, betonica ana. $\bar{3}$. i. misce. & licet iulepizatum sit delectabilius vsui; tamen non iulepizatum est potētius, vbi tamen requiritur penetratio per eum, conuenit, vt iulepizetur: quod non est in casu nostro &c. assumat hoc digestiui his modis, quibus dictum est de digestiui leui superius posito ita, quod post assumptum minoratiuum stent tribus diebus absque assumptione alicuius medicinae; sed post in quarto, die incipiat assumere hoc digestiui, & continuet quinq; diebus, vt supra.

Pro vndecimo canone euacuationum eradicatiuum materiae dictae. **R.** mannae electa. unc. \bar{f} . rhabar. $\bar{3}$. ij. aliter electarij. succi ro. ny. $\bar{3}$. \bar{f} . spice. gra. sex. infundatur rhabar. & spica prius in vino aromatico lymphato cum modico aquae endiuia, & stent in infusione per horas sex ad minus: deinde fiat eorum expressio fortis, cum qua expressione dissoluatur manna, & totum coletur. deinde calefiat, & propinetur. post assumptionem digestiui, superius positi, assumat hoc solutiuum calidum; vt supra cum ordinibus & aliis requisitis, vt supra de aliis dictum est.

Pro duodecimo, & vltimo confortatiuum hepatis deopilatiuum, & caliditatis remissiuum &c. **R.** trochiscorum de rhabarbaro, de diarhodon. ana. onc. i. ex his fiant pilulae cum syrupo de endiuia. de his pilulis accipiat omni die post assumptionem dictarum medicinarum quinque pro vice mane; cum surgit. post quas stet horis duabus antequam comedat, & continuet vsque ad finem ægritudinis. quod, si ægritudo non recederet, vt speratur; oportet redire ad digestiua euacuatione &c. secundum ordinem datum, sicut dictum est in principio. non multiplicauit exempla; nam de digestiuis euacuatione confortatiuis &c. plurima poni deberent ex parte confectio, vnctionum &c. sed solū sic ieiune transui tantum exemplis intendens satisfacere.

Postremò notandum, quod, quia morbus, & virtus non raro varietatem recipiunt non solum gradualem, sed & formalem tum ex influxu temporum, tum ex parte virtutum, tum ex parte temporum medicinalium in fine cuiuslibet consilij, quod de foris mittitur: addi debet, dicta in consilio tractentur, & moderentur consilio dominorum medicorum astantium; vt conscientia primò, deinde honori eorum satisfaciatur.

Et ex his omnibus patet, quis modus seruandus in cura cuiuslibet ægritudinis, & ex consequenti in consiliis scribendis, &c. pro quibus omnibus Deo semper gratias ago.

A R G V M E N T V M.

Medicamentorum virtutes dicuntur quatuor, quas ad medicum cognoscere pertinet, & postea morbi rationem habere: quod fit, si quantitatem morbi in se, materiam, locum, tempus, membri naturam, & colligantia ac deniq; ea, quae consentiunt, vel dissentiunt, respiciamus. verum componuntur medicamenta, vt omnes intentiones compleantur, vt adiuuent, vt malitia eorum corrigatur, efficiant contrarios effectus, indifferenter multa expellant uenena, ne desiderentur, per multas digestiones pertranscant, vt conseruentur, & similia. hæc compositio fiat cadente inter simplicia proportione. sed proportio est duplex; quaedam formae absolutae; quaedam specificae. in compositione verò plus insit medicamento morbo apti, quàm alius, atq; minus solutiui violentis, plus rari, quàm densi, parum eiusdem facultatis, multum adiuuantis, pauca quantitas adiuuantis, nocentisque eodem tempore. & sicut de alteratiuis, ita de solutiuis est intelligendum, idè medicus commensuret quantitatem morbi, qualitatem, substantiam, locum, tempus, naturam membrum

membris colligata, & similia. præterea consideret res de-
cem, id est, basim, ad quam cætera medicamenta attribu-
tionem habere debent, ordinem, ut per ordinem scribas cõ-
positionem daturi medicamenti, numerum simplicium, vir-
tutem, gradum, quantitatem debitam, proportionem, no-
cumenta simplicium, iuuamētum, remouentia nocumentū:
uerum simplicia coniungere difficile est; tamen in fine cap.
leges.

De compositione medicinarum.

SED, ANTE QVAM ponatur modus rei medicatio-
nis per potionem; præmittendum, vt tactum est, quòd vir-
tutes medicinarum in quibusdam ponuntur tres, à quibus-
dam quatuor. & primi de tertia, & quarta vnā faciunt, vt
Auer. 5. col. ul. ca.

Sed ad clariorem doctrinam alios sequendo dicendum,
quòd virtutes, seu qualitates medicinarum sunt quatuor:
nam hic virtutem accipio, ut est de prædicamento qualita-
tis, & est naturalis potentia, qua ipsa medicina corpori hu-
mano iterius, uel exterius applicata ipsum habet imutare.

Dicitur itaque uirtus prima medicinæ naturalis poten-
tia, qua habet ob aliquam qualitatem ex primis corpus hu-
manum immutare; vt calefacere, infrigidare, humectare, &
exiccare.

Secunda uirtus est naturalis potentia, qua habet in cor-
pus humanum inducere effectum, à quo denominatur; licet
sit in uigore qualitatum primarum, ut sunt effectus ad pri-
mos primarum consequentes; vt resolueret, aperire, attrahe-
re, constringere, oppilare, ulcerare, cõsolidare, huiusmodi.

Tertia uirtus est potētia naturalis, qua medicina magis
unum membrum, quàm aliud, aut unū locum magis, quàm
aliud respicit: & in eo aliud, quàm in alio operatur; vt da-
ctylus respicit pulmonem magis, quàm hepar. similiter aga-
ricus magis respicit pectus, & colocyntis caput magis,
quàm aliud membrum: & consimilis de pluribus aliis.

Quarta uirtus est potentia naturalis, qua effectum per
formam occultam, siue specificam in toto producit; vt vir-
tus, qua medicina est solutiua, & humorum aliter reducti-
ua, aut ueneni quomodocunq; expulsua; vt uirtus, qua me-
dicina est solutiua uentris, uomitua, prouocatiua urinae, su-
doris, & ueneni bezoar.

Uterius notandum, quòd medicinæ ex parte qualitatu
primarum reperiuntur in quadruplici differentia: quædam
enim dicuntur tales in primo: quædam dicuntur tales in se-
cundo: quædam in tertio: quædam in quarto; vt calidum in
primo, secundo, tertio, uel quarto: frigidum in primo, secun-
do, tertio, uel quarto: consimiliter de humidis, & ficcis di-
cendum. & causa omnium horum est; quia omnis medici-
na talis corpori humano occurrens in debita quantitate:
aut ipsum non alterat sic, quòd nec ipsum calefacit, aut in-
frigidat, &c. sed ipsum conseruat in sua complexionem, aut
ipsum alterat. si primum; medicina est temperata; ut capil-
lus ueneris, citrum, & huiusmodi. si alterat; aut alterat oc-
culte; quia non manifeste absque ratiocinio, uel manifeste.
si primum; est primus gradus. & dicitur non manifestè &c.
quia dato, quòd caliditas primi gradus trahat hominem ex-
tra latitudinem sanitatis: vt tenuit Gentilis; non tamen sic
trahit, ut illa caliditas, uel frigiditas absque discursu perci-
piatur: ut quia uideo ex calore inducto urinam tinctiorem
pulsam uelociorem, ipsum siticulosum: & in hoc gradu ca-
liditatis reponuntur absynthium, chamomilla, & huiusmo-
di. si manifestè alterat; hoc tripliciter; uel cum tendentia ad
corruptionem, uel non, uel medio modo. si primum, est
quartus gradus caliditatis, in quo gradu ponitur scamo-
nea, euphorbium. si uerò non; cum tendentia &c. sic est se-
cundus gradus, in quo gradu caliditatis reponitur cinna-
momum: si medio modo. sic est tertius gradus, in quo repo-
nitur gariophylus. de quibus dari solent hi uersus.

Primus dicatur, in quo sensus non dominatur.
Sensibus æquato gaudet natura secundo.
Tertius excedit; sed cum tolerantia lædit.
Destructor sensus nescit procedere quartus.

A - Circa quos notandum primò, quòd effectus tertij tripli-
catur super effectum primi, & ita quartus quadruplicatur
cæteris semper paribus

Secundò, quòd medicina talis in secundo in debita quan-
titate talem effectum producit; quæ, si administraretur; in
maiori quantitate intensiorem effectum produceret, ut in-
frà de quantitate dicitur. ex quo inferri potest, quòd talis
in primo per augmentum in quantitate posset producere
effectum talis in secundo; & sic de hoc infrà.

Tertio; quòd authores nostri his in gradibus assignaue-
runt mansiones ita, quòd cuilibet eorum correspondent tres
mansiones; prima, secunda, tertia, quas Gal. tertio techni p
numeros declarauit. unde dicimus: hæc medicina est calida
in prima mansionem primi, in secunda, aut in tertia, & consi-
militer de aliis.

Quartò, quòd aliquando repetitur diuersitas in gradua-
tione medicinarum inter authores nostros; quia aliquando
unus ponet; exempli gratia, cepe calidum in tertio; vt Aui-
cen. in tertio canon. Gal. uerò in quarto, ut infra de simpli-
ci medicina. unde hoc casu debet hoc modo conciliari per
mansiones; quia Auic. posuit ipsum in fine tertiæ mansionis
tertij gradus. Gal. in principio primæ mansionis quarti: &
ista abinuicem modicum distant; famosiori tamen semper
adhæreas. esto igitur sollicitus ad sciendum medicinarum
gradus, & mansiones graduum; quoniam aliter recta medi-
cinarum compositio fieri non potest; vt ex sequentibus ap-
parebit magis; scias enim, quòd dicta discordia facit ad no-
titiā mansionis simplicis.

QVIBVS habitis cum his, quæ dicta sunt in præsentī ca-
pitulo; cum ad compositionem medicinæ uenire cõpiet; in-
cipiens ab alteratiuis debet medicus in mente sua recolligere
intentiones omnes, quæ sibi uidentur necessario con-
siderandæ in remotione talis, uel talis ægritudinis; habito
tamen primo respectu ad uirtutem, cuius substantiam nunc
supponamus constantem. & prima sumitur à quantitate ægri-
tudinis in se: secunda à materia ægritudinis; ut qualitate,
quantitate, substantia: tertia à loco: quarta à tempore: quin-
ta à natura membri, & ipsius colligantia: sexta ab his, quæ
consentiunt, uel dissentiunt.

C - Et propter primam intentionem debet medicus in men-
te sua cum artificiosa coniecturatione, ut supra, sibi hoc
primum statuere, quòd medicina tota cõficienda debet ele-
uari in gradu tatum, secundum quòd præternaturalis dispo-
sitiō supra naturalem eleuetur; ut, si præternaturalis eleua-
tur per duos gradus; & medicina per duos gradus. item si
ægritudo est fortis: & medicina debet esse fortis; si debilis;
debilis, & semper proportionabiliter, & de hoc infrà. & hoc
aduerte, quòd, sicut huiusmodi assignantur gradus in medi-
cinis alteratiuis, & solutiuis, ut infrà; ita ægritudinibus gra-
dus assignantur; ut dicatur, quòd illa ægritudo est in primo
gradu; quando inducit mala accidentia non notabiliter per-
ceptibilia, siue notabiliter lædentia; ut est ephemera, aut ter-
tiana pura leuis. illa uerò in secundo gradu, quæ inducit ac-
cidentia mala notabiliter lædentia; ut est tertiana duplex.
illa autem in tertio, quæ inducit accidentia mala multum
notabiliter lædentia; ut tertiana cõtina. illa uero in 4. quæ
inducit accidentia mala uehementer, & notabiliter ualdè
lædentia, apta in breui corpus corrumpere; ut est causon
forte. & consimiliter possunt assignari mansiones, &c. ut
de alteratiuis dictum est. considera.

D - Propter secundam intentionem eligit medicinam con-
trariæ qualitatis, quantum ad primam qualitatem; primò,
quia calidam frigidam &c. secundo propter quantitatem
eligit ipsam talem, quantum ad qualitatem, & uirtutem
secundam; ut quia resolutiuam &c. similiter propter sub-
stantiam eligit medicinam talem secundæ uirtutis; ut subti-
liatiuam incisiuam; ut si est grossa, subtiliantem; si uiscosa,
incidentem, & similiter magis, & minus subtiliatiuam, &
sic de aliis secundum multitudinem, & grossitiem maiorem,
& minorem ipsius materie; nam materia existente mul-
ta, & grossa in principio non debent exhiberi fortia subti-
liatiua, & aperitiua: nam sic partes calidæ subtiles euacua-
rentur, siue resolerentur, & remanentes ineptiores fierēt
euacuationi, siue resolutioni, quia ptes calidæ resolutæ &c.

Alias be-
zahar & e
proprie la-
pis qui uul-
go dicitur
lachryma
cerui, ta-
men quan-
do; ut &
etiam hic
pro quo-
cūq; quod
resistit ue-
nens acci-
pitur.

iuuabant etiam resolutioni grossarum, seu earum euacuationi, vnde Auicen, prima quarti de cura putridarum in generali prohibet in principio nimium aperitiua exhiberi, oportet ergo in recte operando medicum de facilioribus ad faciliora transire; vt Cermosinus noster, & Mesue de appropriatis ca. de soda frigida. sed homines nostri temporis non patiuntur; & totum in eorum caput reuertitur; sed in hoc conscientia non spernatur.

Propter tertiam eligit medicinam talem, quantum ad tertiam virtutem; vt quia egritudo est in pulmone, aut in stomacho, aut alio loco; elegit medicinam pectoralem, vel stomachalem. item ex hoc comprehendit, per quam viam medicina exhiberi debet; vt in praecedenti cap.

Propter quartam moderat medicinam electam propter intentionem sumptam a qualitate materiae morbi; vt quia in principio non debet esse ita calida, & frigida commiscendo eam cum alia, quae eius caliditatem, aut eius frigiditatem remittat.

Propter quintam eligit medicinam; vt verbi gratia quia membrum, cui debet applicari est rarae substantiae, & dissolubilis, quae prohibet eius dissolutionem ex applicatione medicinae vehementer calidae; vt commiscendo styptica. nam, cum hepatis volumus applicare calida resoluentia materiam in eo contentam; debemus cum his commiscere styptica ipsum confortantia, & eius resolutionem prohibentia; vt spicam, spodium, & huiusmodi. item, cum membrum est debile, aut frigidum; non debemus applicare vehementia calida, aut frigida; quoniam virtutes exterminantur.

Propter membrum colligatum despiciat medicus quandoque medicinam, quae conueniens esset multum illi morbo; vt verbi gratia, in febre tertiana pura ratione caumatis cordis competeret potus plurimae aquae frigidae; qui prohibetur propter debilitatem multam stomachi cordi alligati.

Propter vltimam intentionem eligit medicus dosim medicinae aliam, & aliam; vt maiorem in iuuentute, similiter fortiolem; minore in pueritia, similiter & debiliolem. similiter respectu regiminis temporis &c. vt in hyeme fortiolem debiliolem in aestate, & suo modo de alijs dicendum.

Et, sicut dictum est de alteratiuis; ita de solutiuis dicendum. vnde primo debet esse medicus commensurans quantitatem aegritudinis, quod, si fortis fuerit; cum forti medicina solutiua est aggredienda; vt verbi gratia, quia est furiosa; statim debet cum eradicatione procedere. non enim intelligo medicinam fortem solutiua; quia etiam furiosa; sed quia materiam subito extirpat, aut apta est extirpare, seu vincere; sicut Platonem dicimus Sorte fortiolem; immo in materia venenosa debemus cauere a medicinis venenosis. sed de hoc infra magis. debet secundo considerari qualitas, quantitas, substantia. qualitas, si est calida, cholericam; eligit medicinam euacuationem, vel euacuantem cholerae, si phlegmatica; euacuantem phlegma, & huiusmodi.

Quantitas; quoniam, si fuerit multa, de cuius multitudine timeamus; statim a principio fortiter euacuamus; si non multa &c. digerimus prius; deinde euacuamus.

Substantia; vt, quia si grossa; viscosa &c. eligit, quae materiam educit grossam; vt pilulas de sarcocolla &c.

Similiter locum; vt in capite, & fuerit phlegma; eligit colocyntida, quae a proprietate a capite euacuat.

Tempus; vt, cum aegritudo fuerit in principio, non competunt fortia tantum, sicut in statu, aut declinatione; quando. materia est bene digesta.

Natura membri; vt, si fuerit principale; non debemus euacuare in vna vice, &c. vt supra.

Similiter si in stomacho, primo; quia stomachus est membrum debile. secundo; quia statim medicina attingit materiam; non debet dari fortis; immo nec a proprietate eligentem, ut per talem eligatur talis laboriose soluens; & est cano Aui. decimatertia tertij de cura apostematis stomachi.

Similiter a colligato; quia, cum comprehendit materiam euacuandam esse in gibbo hepatis, & gibbus colligatus est vijs vrinae, quae sunt loca euacuationis; exhibet diuretica; & si in concauo educuntur per intestina; vt supra.

Similiter ex parte eorum, quae consentiunt, &c. quia in

E tate pueritiae datur minor quantitas, &c. & similiter de alijs dicendum.

ANT EQVAM autem tractetur modus compositionis medicinarum adinuicem; ponenda sunt causa, quare medicinae adinuicem componi habeant: ex quibus patebit, quare haec, vel illa medicina compositionem ingrediatur.

Prima causa est; quoniam in vna medicina simplici oes intentiones, quae in mente medici consurgunt per eam simplicem compleri non possunt: quandoque enim intentiones sunt contrariae; vt quia aegritudines sunt contrariae; aut quia accidens vertens ad se curam contrariatur morbo, aut causa eius, exemplum primi; vt si quis pateretur aegritudinem frigidam stomachi, & calidam hepatis, exemplum secundi, sicut in colica fortissima supra. sed, si cum simplici compleri possent, non eligat super illam medicinam compositam, vt. 2. can. & 5. primo capitu. ex quo inferitur, quod alijs paribus quanto compositae medicinae sunt ex paucioribus simplicibus, tanto commodiores, & iuuantiores; nam, quando tot adinuicem componuntur; indigent quandoque fermentatione; & eis fortasse acquiritur contraria operatio ei, quod intenditur, sicut in theriaca est videre: nam primo stupefacit, & cum fermentatione receperit; calefacit. deinde post talem fermentationem inuenitur in ea forma vna, quae non resultat merito liquorum miscibilium, hoc est, quantum ex parte formarum manifestarum ipsorum simplicium; vt de uiribus cordis. cap. de medicinis cordialibus compositis. nec huiusmodi causa inueniri potest alia, quam quod facit experientia. unde Auic. 5. can. capi. 1. propter quod melior est experta non experta. vnde iuxta hoc habet, quod, quando eandem medicinam in eadem dispositione a pluribus authoribus collaudatam inuenies; illam summè colere debes, & pro experta habeatur, & sit sicut regula. ex quibus inferitur, quod verisimile existit, quod inartificiose componunt, qui in omnia sua recepta multa, & multa simplicia semper ad inuicem aggregant, & magis veritas correlarij ex sequentibus apparebit. inferitur tertio, quod multo eligibilius est receptis patrum nostrorum adherere; quia eas experti sunt; quam ipsas de nouo condere. vnde te, vt in confectione receptarum minime glorieris, hortor, vt moderni, sed de antiquis magis, quam de te confidere.

Fortasse acquiritur contraria operatio ei, quod intenditur, sicut in theriaca est videre: nam primo stupefacit, & cum fermentatione receperit; calefacit. deinde post talem fermentationem inuenitur in ea forma vna, quae non resultat merito liquorum miscibilium, hoc est, quantum ex parte formarum manifestarum ipsorum simplicium; vt de uiribus cordis. cap. de medicinis cordialibus compositis. nec huiusmodi causa inueniri potest alia, quam quod facit experientia. unde Auic. 5. can. capi. 1. propter quod melior est experta non experta. vnde iuxta hoc habet, quod, quando eandem medicinam in eadem dispositione a pluribus authoribus collaudatam inuenies; illam summè colere debes, & pro experta habeatur, & sit sicut regula. ex quibus inferitur, quod verisimile existit, quod inartificiose componunt, qui in omnia sua recepta multa, & multa simplicia semper ad inuicem aggregant, & magis veritas correlarij ex sequentibus apparebit. inferitur tertio, quod multo eligibilius est receptis patrum nostrorum adherere; quia eas experti sunt; quam ipsas de nouo condere. vnde te, vt in confectione receptarum minime glorieris, hortor, vt moderni, sed de antiquis magis, quam de te confidere.

G Secunda causa, quoniam aliquando egemus aliqua medicina, quam uolumus membro adherere, aut ad interiora penetrare; & talis per se non est sufficiens, vt, cum sit sicca, dura; vt corallus; eam cum cera, quae facit ipsam adherere, commiscemus. Item cum ea acetum; vt cum eo ad profundiora penetret. similiter cum emplastris factis ex radicibus, vt distendantur melius radices, & adherant, & ad profunda penetrent; ponimus pinguedines, oleum, acetum.

Tertia causa; quia aliquando egemus aliqua medicina violenta; ut scamonea, & ea sola uti non possumus. unde ad miscemus ei, quae malitiam suam tollant, & corrigant. uide Mesue de scamonea, & alijs medicinis laboriose soluentibus, ubi clara, & pulchra exempla inuenies. & sicut de uiolentis dictum est; ita de opiatibus intelligendum: nam cum opio castoreum, cum hyoscyamo allium, cepe, semen raphani, cum corticibus mandragorae, absinthium sinapi, &c.

Quarta causa; quia aliquando uolumus, ut medicina operetur effectus contrarios; ut, quod resoluat, & stypticet, siue repercutiat: sic admiscemus calida resoluentia, & frigida styptica; ut in augmento apostematum ponimus chamomillam, absinthium; ut resoluant: rosas, & sandalos; vt stypticet, & repercutiant.

Quinta; quando per medicinam intendimus expellere uenena multa indifferenter calida, frigida, &c. & eis indifferenter resistat: unde eam cum diuersis medicinis componimus; & haec fuit causa compositionis theriacae.

Sexta, quia aliquando egemus medicina calida in tertio & ad propositum nostrum eam non inuenimus. unde commiscemus calida in primo cum calidis in quarto: & sic habetur talis in tertio. sed de hoc infra magis in speciali.

Septima, quia aliquando intendimus, ut medicina tardet in loco, aut prohibeatur eius resolutio, cum per multas digestiones transire debeat. unde ei commiscemus, quae faciant eam tardare, & prohibeant eius citam resolutionem,

Medicine cur inuicem miscantur.

nem; uerbi gratia, cum medicina, quam uolo tardare in hepate commiscemus semen raphani; quoniam semen trahit ad contrarium medicinam hepatis; quia raphanus respicit stomachum uel os eius. unde in hac diuersione titubatur medicina, & moram in membro contrahit. exemplum secundi; quia, cum per multas digestiones medicina transire habeat, & ex hoc de eius resolutione dubitem; pono cum ea, quæ eius resolutionem prohibeant: propter quæ causam opium ponitur in theriaca quinto canone, primo capitulo.

Octaua fuit medicinarum conseruatio; nam quædam humida sunt, quæ ratione suæ humiditatis citò putrescunt, nisi cum alijs commisceantur; uerbi gratia, zinziber, myrabolani, chebuli uirides, & huiusmodi, quæ conseruari non possunt, nisi cum syrups, & alijs commisceantur: et similiter plurima alia cum melle componuntur; ut diutius conseruari possint.

Nona; quia aliquando una medicina indiget confortante, aut aciente, aut dirigente ad membrum à quo uolumus euacuare, uel quod intendimus alterare, seu confortare. propter primum cum turbiti commiscemus zinziber: & dicitur eius calcar: similiter sal gemma cum agarico, propter secundum stœcadas commiscemus cum his, cum quibus quærimus à capite euacuare, & proportionabiliter de alijs habentibus respectum ad alia membra.

Vbi tamen notandum, quod huiusmodi compositio non potest conuenienter fieri nisi a proportione cadente inter simplicia: quæ proportio est duplex; quædam formæ absolutæ; cum dicimus, scamonea nocet cordi, flammatur, aperit orificia uenarum &c. & tunc opponitur ei ambra, quæ confortat; crystallus, qui infrigidat; gallæ, quæ constringunt. alia est formæ specificæ; unde propter primum ponimus cum ea spicam; propter secundum, camphoram; propter tertium, dragaganthum, uel mastichen. et hæc secunda proportio inuenta est experientia, & philosophorum reuelatione; & de hac non oportet prolixare; stare enim debemus authorum authoritati soli, et istam proportionem possumus per areolas Auiceni, & aliorum uenari; & hæc est uera, & opportuna compositio, ad quam pauci respiciunt. ideoque compositiones nouæ non sunt antiquis adæquandæ. fac ergo, ut probatos, & ueteres sequaris. Tertia est proportio quantitatis, de qua infra suo loco dicetur. ex quibus infertur; quod oportet bonum compositorem bonum esse simplicistam, & non paruam habere de secunda proportione notitiam; & tu ad hoc considera.

Sed statim dices: habeo ex dictis causis compositiones; quare & simplicia compositum ingrediuntur; sed, cur de uno plusquàm de alio ponatur; dic obsecro huius causam.

Secundo; quare aliquando plures medicinas calidas, aut frigidas eiusdem gradus, & quantitatis in eodem composito ponimus; cum uideatur una sufficere; ut uerbi gratia, R. cinnamomi, galangæ, ana. 3. v. similiter chamomillæ, meliloti. ana. M. j.

Ad primum dicendum, quod assignare causam, quare præcisè tantum de una medicina ponitur in composito, & non plus est impossibile; nam, cum medicus non possit habere punctualem notitiam de ægritudine, quantum ad eius mensuram præcisam; sic nec causam assignare poterit, quare tantum præcisè &c. sed, sicut coniectura artificiali de mensura ægritudinis notitiam habet; sic coniectura artificiali causam reddet, quare plus de uno &c. & secundum hunc modum plures causæ assignari possunt.

Prima sumitur ex parte indigentie maioris, aut minoris ipsius medicinæ; nam de illa plus in composito ponendum; cuius indigentia est maior: & hæc est, quæ principali intentioni medici secundum plurimum correspondet. et à medicis basis dici consueuit. unde basis non est aliud, quàm medicina simplex, uel composita, per quam primò & principaliter, & magis perficitur intentio compositoris; unde, sicut linea, siue costa, super quam erigitur figura; dicitur basis; ita & medicina quæ primò cadit in mente medici, cum qua primò complet intentionem suam; dicitur basis, super quam erigitur totum; quia medicina composita, & sicut deficiente basi deficit figura; ita & deficiente medicina, quæ

A est basis, deficit medicina composita totaliter, & effectu suo.

Ex quibus infertur primò, quod alijs paribus plus de medicina, quæ est basis, debet poni in recepta, quàm de aliqua alia; & maxime, quado basis non est multi nocumeti, uel periculi; quare oportet eo casu, ut adiuuans basim sit maioris quantitatis; ut patet in compositione theriacæ: nam basis in ea est trochisci de uiperis, qui sunt alicuius, & satis magni periculi; quia non sunt bene securi; sicut sunt trochisci de squilla: quare de trochiscis de uiperis ponitur quantitas 24. aureorum, & de trochiscis de squilla. 48. et similiter, ubi scamonea est basis propter eius nocumenta, & periculum de adiuuantibus ponitur plus &c.

Infertur secundò, quod non debeamus confidere de theriaca, quæ apud nos, fit propter defectum bonæ basis.

Infertur tertio, cum solutiua saltem laboriosa sunt multorum nocumentorum; & periculosa, quæ ingrediuntur pro basi, de ipsis debet poni minor quantitas, quam de adiuuantibus &c.

Infertur quarto, quod de alteratiuis tantum, & solutiuis benedictis est e contra; & tu considera. et consimiliter, ubi minor indigentia, minus &c. proportionabiliter. unde pro regula tenendum, quod, sicut intentiones in mente medici ad inuicem proportionantur, siue comparantur; sic & medicinæ eis deseruiens in quantitate, & uirtutibus, ac alijs, proportionari, siue comparari debent.

Secunda causa sumitur à fortitudine, siue debilitate medicinæ: unde, quia est debilis uirtutis, augemus eius quantitatem; ut quantitate suppleat loco debilitatis; & de hoc infra. unde, quia rosa debilis est uirtutis; eius quantitatem in compositis multiplicamus.

Tertia sumitur à substantia medicinæ; ut quia densior, rarior; nam minus de densa alijs paribus, & plus de rara apponendum est: & causa patet ex dictis.

Quarta sumitur à furiositate, uehementia, benignitate, remissione medicinæ: unde de furiosa minus; ut de scamonea: de uehementi minus; ut de euphorbio: de benigna plus; ut de manna: de remissiori plus; ut de chamomilla, rosæ &c. et hæc causa quarta aliquantulum sub secunda comprehendere potest.

Quinta propter similitudinem plurium in forma, quam plures participationem uocant; ut quia plura calida ponuntur; uerbi gratia, in una recepta stomachali ponent absinthium, metha, gariophyli, mastiche, lignum aloes &c. tunc in hoc casu debet poni modicum de unoquoque; quoniam ista multum multiplicata calefaciunt multum; & si fuerint notabilis quantitatis, calefacient ultra secundum; quoniam, ut dictum est, augmentum quantitatis facit ad augmentum, & intensiorem effectum, unde iterum, si patieris, admoneo; ut in multiplicatione tot simplicium non delecteris. & audi obsecro Auiceni in principio, 2. & 5. can. primo capitulo circa finem, ubi inquit. Et parum medicinarum melius est plurimum earum in intentione una; & dixit in intentione una; quia, ut dictum est, propter diuersitatem intentionum, quæ per unam solum compleri non possunt. sed tamē ex his colliges; quia paucitas sibi placet; quantum enim in pluribus, & quare in omnibus intentionibus simplicem syrupum acetosum Auiceni collaudat: quantum uero aquam hordei: quantumque magister Hippo, suo de regimine acutorum, ptisanam hordeaceam: quantum Gal. melicratum: quantum uero confectionem de manna; ut infra. paucis ergo, si potes, contentus sis obsecro. unde imaginor latitudinem perfectionis medicinarum tam simplicium, quàm compositarum esse uniformiter difformem; & quod medicina simplex obtineat extremum perfectionis; cum Auiceni dicat altero loco. et non eliges aliquam super eam, & consequenter sicut in latitudine entium, illud est perfectius, quod magis participat similitudinem primæ causæ, sic illa medicina supple alijs paribus est perfectior, quæ magis appropinquat medicinæ simplici &c. & hæc talis est, quæ est minus composita semper alijs paribus. exempla patent, ut infra, quato magis simplicitate participat, tanto melius: & tu ad hoc considera.

Sexta causa; quod propter multa iuuamenta multiplicatur medicinæ quantitas in composito; uerbi gratia, agaricus est multorum iuuamentorum; propter quod Democritus uocauit eum medicinam familiaris: ideo eius quantitas

Practica. Sau. B 4 tas

Medicamentum præcipuum quæ.

Agaricus familiaris medicina

tas in composito multiplicatur . similiter e contra , propter paucitatem iuuamentorum minoratur medicinae quantitas . & hoc totum intelligi habet respectu eius , quod est esse multorum ; aut paucorum iuuamentorum , paucum de ea in medicinae compositis ponitur , nisi ea principaliter deseruiet intentioni principali , ut supra .

Septima causa , & fuit canon positus supra ; quia per situm , & distantiam membri oportet medicinas in quantitate augere , ut supra exemplificabitur de medicinae pulmonis , quae ad ipsum per uiam stomachi transeunt . & dicitur per uiam stomachi ; quia non sic oportet multiplicare medicinas , quae ad ipsum per tracheam arteriam transeunt ; quoniam tales per hanc uiam non tot transmutationes , & alterationes recipiunt .

Octaua causa augmenti quantitatis medicinae in composito est sublimitas , & notabilitas effectus : sicut absinthium in passionibus stomachi ; & stoechas in passionibus cerebri : e contra minuuntur &c.

Nona causa ; quia , quando in una medicina est aliquod iuuamentum ; & illud idem reperitur in alia , quae ponitur in eodem composito , & illa alia propter aliam causam ponit ; tunc quantitas diminui debet ; ut uerbi gratia , in eodem composito ponitur galanga , & cinnamomum ; cum sint in iuuamento uno conuenientes stomacho ; licet non sint eiusdem uirtutis , hinc earum quantitas non debet multiplicari ; sed minui , nam galanga ponitur ; ut reaggreget partes stomachi : cinnamomum ; ut subtiliet , & aperiat .

Decima causa ; quia , quando in medicina eadem reperitur nocumentum mistum cum iuuamento ; tunc poni debet de ea parua quantitas ; uerbi gratia , semen raphani nocet stomacho , & intendimus per ipsum inducere uomitum , de eo debemus dare modicam quantitatem .

Vndecima causa ; quando in medicina composita sunt aliae medicinae , quae deseruiunt uirtuti aliarum , & ipsa medicina , de qua sermo est , utilior operationi , & correctiua malitiarum multarum aliarum medicinarum in composito positarum : debet eius quantitas multiplicari & augeri . nam uidemus , quod in confectioe pilularum confectarum ab auctoribus nostris raro ponuntur correctiua aliorum solutorum ; sed in fine dicunt aloe ad pondus omnium ; & causa ; quoniam aloe est omnium aliarum medicinarum corrector bonus ; ut Mesue capitulo de aloe , & haec correctio non potest fieri solum per remittentia , & debilitantia ; sed oportet , ut sit prohibentia nocumenta ; quae prohibitio non uidetur posse fieri , nisi ab aequali in uirtute : quare oportet , ut additio fiat secundum eandem quantitatem ; ideo dicebatur ad pondus omnium ; sed de hoc infra in quarto capitulo . et pro isto uide etiam correlaria , quae posita sunt infra in fine tractatus quarti .

Ex quo patet responsio ad primum , quare scilicet plus , quare minus ; & consimiliter patere potest responsio , quare aequaliter ; quia sicut ex maiori &c. plus , ex minori minus , sic ex aequali aequaliter .

Ad secundum patet ex dictis , quid dicendum ; nam dato , quod aliqua medicinae sint aequalis uirtutis , quo ad aliquas qualitates ; ut quo ad primas , uel secundas , non tamen , quo ad tertias , aut quartas , siue occultas similes sunt . uisum est enim interdum chamomillam in membrum operari , & non melilotum ; quandoque e contra , & ideo medicus hoc ignoras ; ut consequatur effectum quem intendit , ponit utrunque . scilicet chamomillam , & melilotum . et consimiliter de alijs dicendum ; licet quandoque causa ; quare chamomilla in membrum non agit , melilotum autem sic , sit alia , quam , quae dicta est a uirtute oculta , & est consuetudo applicationis chamomillae , & non meliloti . unde ab eo , quod consuetum est natura non patitur . propter quod Auic. quarta primi , primo capitulo . docet huiusmodi medicinas ; ut chamomillam , & melilotum ; & sic alternatim supra membrum poni debere .

Ex quibus sic adinuicem collectis habetur primum , quare fuit compositio medicinarum inuicem necessaria : secundum , quare simplicia in compositis ponuntur : tertio , quare plus de una , quam de alia , quare minus , quare aequaliter .

Ex quo patere potest modus compositionis aliquo modo receptarum , qui , quanquam difficilis sit , a sapientibus facile comprehenditur potest .

Ex quibus non uereor inferre , quod receptae in apothecis ordinatae sunt secundum plurimum casuales , & ut proprius loquar , fortunales ; quoniam aegris non raro fortunam praebent .

Inferitur secundum , quod non debent iuuenes medici uerecundari studere receptas in eorum studijs , & eas sic confectas in apotheca portare : debent enim dominorum legistarum grauissimos mores sequi , qui in qualibet minima petitione prius libros consulti , & non aliter respondet , & clientulis in scriptis , ut collegerunt consilia exhibent , magisque cum de pretiosiori re se interponant .

Et pro complemento eorum , quae dicta sunt , & dicentur , notandum pro regula , & facit ad declarationem Galen. de causis componendis , quod aliquando una medicina per aliam remittitur in gradu suo , & consimiliter intenditur : quae remissio , & intentio potest dupliciter contingere : uno modo per admistionem sui contrarij in forma ; sicut cum componimus calidum cum frigido . secundo per admistionem sibi similis in forma ; ut cum calidum remissius additur calido intensius ; sicut cum aqua tepida cum feruenti miscetur , & eodem modo de intensione dicendum . unde hic non disputatiue procedens ; sed mere positiue , tibi inscribam , quae ueriores credo ; nam in hac parte illi uenerandae opinioni , quam approbat maximus medicinae illuminator Petrus Paduanensis noster , adhaere , quae dictis auctorum magis consona uidetur praesertim Gal. 10. therapeu. et ex principijs philosophiae suppono , & ex Auic. quinto canone , primo capitulo , & ex Auer. quinto colliget , quod cum medicina minus calida additur medicinae magis calidae ; magis calida remittatur , & secundum quod maior est distantia ; secundum hoc maior est remissio ; nam minus tale dicitur participatione contrarij , & experientia etiam ad hoc facit , ut de aqua tepida &c.

Nota tamen , quod haec commistio , siue societas debet fieri , & intelligi cum debita quantitate utriusque ; nam , si uinum debile in media , uel aequali quantitate cum forti , uel potenti commiscetur ; ipsum remittit : si uero in minima quantitate , uel debili addatur forti , ipsum non permutabit a sua fortitudine ; quoniam propter paruitatem suae quantitatis non habet proportionem actionis respectu illius , tamen , si commiscemus piper , & crocum in aequali quantitate ; remittitur caliditas piperis ; ut uerbi gratia , ad secundum ; & croci caliditas ad secundum eleuatur . similiter , si quantitas croci superabit quantitatem piperis ; tunc trahet notabiliter croci caliditas piper fortasse ad finem primi ; sicut , si quantitas piperis superaret quantitatem croci &c. absque proportione ; tunc trahet uirtutem croci ad tertium . quantitas autem per praeticos considerata est aequalis ponderis , aut modicum excedentis , aut duplici , aut medians . in istis enim stat proportio actionis , & passionis ; sed de hac quantitate magis in sequenti capitulo .

Sed quares , si calida in primo additur calidae in secundo , aut tertio , aut quarto supposita debita quantitate ; usque ad quantum fiet haec remissio ?

Pro isto dicendum , quod , etsi in hoc uariae opiniones inueniantur ; tamen adhaereas , ut supra memorando , quod dictum est , quod quilibet gradus tres habet mansiones . unde estimo , quod , si calidum in prima mansionem primi addatur calido , in prima mansionem secundi ; trahet ipsum ad primum , & usque ad secundam mansionem primi ; si tamen idem addatur calido in tertia mansionem secundi ; non trahet ipsum precise ad primam ; sed ipsum remittet infra suam latitudinem , & usque ad primam mansionem secundi . similiter , si talis adderetur tali in secunda mansionem secundi ; trahet ipsam ad finem tertiae mansionis primi . consimiliter dicendum , si talis in primo additur tali in tertio ; quia aut trahet ad secundum , aut remittit infra latitudinem tertij ; ut de tali in primo respectu talis in secundo dictum est . similiter , si talis in primo addatur tali in quarto ; trahet ad tertium , aut remittet &c. ut de alijs dictum est .

Sed statim dicet aliquis contra , tunc sequitur , quod patenti causonidem conueniret mel ; quoniam est tale in secundo , & causon tale in quarto ; sed tale in secundo additum tali in quarto ipsum remittit : ex dictis ergo consequens falsum ; quoniam tale ex exhibitione mellis multum laederetur .

Secundum

Aloe omnium medicamentorum corrector.

Natura a consuetis non patitur.

Secundò sequeretur, quòd medicina calida in primo, & frigida in primo erunt eiusdem cõplexionis, probatur cõsequencia; quoniam calida in primo remittit calidam in tertio ad secundum; & frigida in primo etiam præcisè ad secundum remittit, vt ex dictis sequitur. igitur &c.

Pro his dicendum ad primum, quòd licet aliqua ægritudi opponantur gradualiter, & ex hoc ægritudi essent conuenientia; tamen propter aliud eis annexum, vel adiũctum prohibentur, sicut de fructibus patet, qui, licet sint frigidi & humidi; tamen propter, velocitatem suæ putrefactionis, vel corruptionis in febribus putridis prohibentur; vt prima quarti de cura putridarũ in generali. ad propositum, licet mel esset remissiuum feruoris caufonis ratione mensuræ gradualis; tamen, quia ei coniuncta est dulcedo, ratione cuius est inflammatiuum, in choleram conuersiuum, oppilatiuum &c. hinc prohibetur. vnde ex eadẽ causa prohibentur dulcia frigida; nam cum melli occurrerit; ita exuberans calor statim ille remitteretur; sed postmodũ inflammaretur inflammatione nocente, & est proportionale; sicut de lignis viridibus igni uehementi expositis.

Pro secundò dicendum negando sequelam, & consequenter dico, quòd, si caliditas primi gradus remittit caliditatem in tertio usque ad secundum; hoc erit in tertia mansione secundis; quia semper plus.

Sed statim fortius arguitur: danda est ex dictis aliqua caliditas primi quæ potest remittere caliditatem secundis vsq; ad primum primi; sed plus non potest remittere frigiditas primi caliditatem secundis: ergo &c.

Pro isto credo dicendum, quòd, vbi cætera forent paria; hoc non contingit; quia caliditas primi hoc non posset facere nisi haberet quantitatem incomparabiliter excedentem quantitatem secundis. quòd, si etiam poneretur de frigida; tunc illa trahet calidam in secundo vsq; ad tertiã, vel secundã mansiõnem frigiditatis primi; & tu considera.

Hæc ergo sint tibi pro regula, quòd minus calidum remittit &c. vt dictum est. & sicut de his dictum est, quantum ad virtutes primas ipsarum, ita intelligendum est pariformiter de ipsis, quantum ad virtutes secundas, tertias, quartas; vt, cum medicina minus aperitiua additur magis aperitiuæ, ipsam remittit, & magis talis addita minus tali ipsam intendit. similiter, si medicina minus solutiua, ut; quæ in secundo gradu additur magis solutiua; vt quæ in quarto ipsam minus solutiua reddit; vt in sequenti capitulo apparebit. & posset regulæ causa talis assignari. vna medicinarum, quæ sunt contrariarum virtutum, non remittit alteram nisi secundum, quòd habet de qualitate contraria; quia frigida non remittit calidam, nisi per frigiditatem. similiter vna medicinarum, quæ sunt in uno gradu, non remittit alteram, nisi quia in ea inuenitur qualitas contraria, & secundum quòd maior, & minor, secundum hoc magis & minus remittit. vnde calida in primo remittit calidam in tertio per frigiditatem, quæ est in ea, & plus, quàm calida in secundo, quia in ea, quæ est calida in primo maior est frigiditas. & consimiliter de alijs virtutibus suo modo dicendum. sed contra fundamentum regulæ arguitur: sumatur vnum corpus, cuius caliditas sit in tertio, & frigiditas in primo, & sit exempli gratia gariophylus. sumatur aliquid, cuius caliditas, & frigiditas sint æquales ita, quòd habeat duos gradus caliditatis, & duos frigiditatis, & sit exempli gratia zuccharum. & tunc arguitur: magis est proportio actionis calidi in duobus gradibus ad frigidum in vno, quàm sit calidi in tertio ad frigidum in duobus; sed in gariophylo est frigiditas unius gradus, quæ contra operatur caliditati zucchari duorum graduum; & in eodẽ est caliditas trium graduum, quæ contra operatur frigiditati zucchari duorum graduum: ergo debite approximatis gariophylo, & zuccharo caliditas zucchari remittet frigiditatem gariophyli propter maiorem proportionem; & sic remisse calidum intendet intensius calidum, & non remittet. & tu considera ad hoc, qui in speculationibus subtilibus te gloriaris. sed obsecro te, vt in his aereis nugis æregium tuum studium non dispenses.

HABITA itaque causa necessitatis compositionis medicinarum, & cognito, quare diuersæ medicinæ compositi-

tionem ingrediuntur, & quare plus de una, quàm de alia consequens est, vt ponatur modus, quomodo complere medicus sciat ipsas adinuicem artificiose coniungere; vt habeatur integer modus componendi receptas.

Pro quo dicendum, quòd, sicut medicinæ dicuntur tales in primo, secundo &c. sic & naturales complexionones dicuntur tales in primo secundo &c. vt verbi gratia, phlegmaticus in primo, cholericus in secundo, tertio &c. & sicut naturales dicuntur tales; ita præternaturales; vt verbi gratia, in medicina dicitur potentialiter, quòd Sortes acquirat gradum, vt vnum, seu gradum in primo caliditatis præter naturam super complexionem suam naturalem, vel gradum; vt duo, siue in secundo. vnde oportet compositor primo medicinas, quas eligit, secundum intentiones sumptas à qualitate, & quantitate morbi, ab ipsisque medicinis, vt dictum est, per ordinem scribere, vt vnam sub alia; vt primo caliditas; secundò frigiditas, tertio humiditas, quarto siccitas. similiter radices cum radicibus, flores cum floribus, herbas cum herbis, & consimiliter de alijs hoc modo similibus. quo facto debet in mente disponere, vt totum compositum sic in sua complexionem eleuetur, vt qualitati, & quantitati gradualiter ægritudinis contrarietur; vt verbi gratia, morbus est calidus, vt duo: compositum debet esse frigidum; vt duo saltem effectiue, vt supra. sed hic opus est, vt diligenter studeas, an curatio fiat per æqualia in gradu. & complexionem naturalem semper in memoria tene, quæ te cogit ad eligendum, & magis, aut minus calida, aut frigida &c.

Et pro inueniendo hanc complexionem compositi est sciendum, quòd complexio compositi est duplex: vna occulta; sicut in theriaca consurgens merito mistionis, de qua debemus stare testimonio authorum, & de hac non est sermo ad præsens. alia, quæ ex miscibilibus consurgit; de qua sermo noster erit. hanc itaque sequendo dicendum, quòd medicinæ simplices compositum ingrediẽtes aut sunt eiusdem complexionis, aut diuersæ: si eiusdem; hoc dupliciter; quia vel eiusdem gradus, vel non: si eiusdem complexionis; tunc complexio est nota; quia compositum resultans ex his est eiusdem complexionis: si sint eiusdem complexionis, & gradus; & tunc totum similiter erit eiusdem complexionis, & gradus; vt, si confectio fieret ex cinnamomo, galanga, & mastiche, quæ sunt calida in secundo, totum erit tale in secundo.

Sed fortè quæreret aliquis, nunquid hoc tale compositum sit, tale in secundo. Recip. galange, cinnamomi, mastiches ana drach. i. & videtur quòd sic ex dictis, quæ tamen patet, quæ si hoc totum assumetur à Sorte, ipsum ultra secundum calefaceret.

Pro isto dicendum, quæ quantitas per accidens est causa intensioris effectus, vt & infra dicitur; & consequenter conceditur, quæ si totum illud daretur Sorti; ipsum calefaceret ultra secundum. sed, quòd dictum est, debet intelligi cū quantitate proportionata, vt infra. unde pro nunc dicemus, quòd quantitas proportionata medicinis talibus in secundo est drach. f. cum qua producunt actuatè effectum in secundo; & ideò de illo composito debet dari drach. f. & non plus. hoc tamen positum est gratia exempli; sed de hoc clarius infra.

Si autem sunt eiusdem complexionis, & non gradus; vt crocus, & piper; tunc oportet considerare resistentias, & actiones graduum adinuicem; nam medicina minus calida addita magis calidæ eam remittit. & quomodo fiat hæc remissio; habes ex regula posita supra, & vsq; ad quem gradum, & illam hic memora.

Si uerò sint contrariarum complexionum; tunc vel sunt æqualia, vel diuersa. & æqualitas, vel diuersitas attendit in proposito penes hæc quatuor; numerum; scilicet, quantitatem, substantiam, & gradum; tunc ex his resultat medicina inter illa. si uerò sunt æqualia in gradu, non in quantitate, vt sit compositum ex frigido in tertio. 3. ii. & ex calido in tertio. 3. i. tunc compositum declinabit ad calidum in maiori, quanto alijs paribus virtus actionis fortior est, & plus perdurat. si uerò sint diuersorum graduum, & una habeat excessum in gradu super aliam; tunc à prædominante

denomina-
tio à p̄do
mināte sic
ri.

nante debet fieri denominatio; ut, si sit calida in secundo; cum frigida in primo posita paritate in quātitate &c. ut supra; non tamen tale erit calidum in secundo; sed secundū resistētiā denominandum est, ut in regula posita, & est canon Auer. 5. col. penult. capit. similiter, si fuerint plures numero &c. à pr̄dominante &c. semper alijs paribus in quātitate &c. ut supra densitatem, raritatem substantiæ semper attendas; nam quandoque ad actiones faciunt, ut bene cognoscis. et pro his tenenda est hæc regula; quòd hæc mistio talium fiat secundum quātitatem proportionatam, non dico in pondere; sed proportione; uerbi gratia, chamomillæ. 3. j. minus calefacit, quàm piperis. 3. j. sumatur igitur quātitas, cum quibus saluentur operationes eorū, ut infra, & quòd dictū est de alteratiuis, intelligatur de solutiuis. ex quibus patet intelligenti, quæ sit misti medicinalis complexio manifesta. et de gradibus oppositorum statim dicetur.

Ex omnibus concludendo inuenio; q̄. 12. sunt à compositore receptarum consideranda. primum est basis, ad quam cæteræ attributionem habere debēt; ut contenta in aliqua scientia ad subiectum suum; quia scilicet debent esse aut adiuuantia, aut remouentia nocumentum, aut deportantia &c. ut dictum est. secundum est ordo; ut quòd cum uenis ad compositionem receptę debes omnia per ordinem scribere, & unumquodq; cum suo genere; uerbi gratia, primò scribendo calida ingredientia per se, similiter frigida per se. item flores sub floribus, herbas sub herbis, radices sub radicibus, & sic de alijs: nam ex ordine facilius ad inuentionem complexionis compositi deuenimus.

Tertium, numerus; quia numerētur simplicia; quia uerbi gratia sunt sex, decem &c.

Quartum, uirtus, & hoc quantum ad omnes uirtutes quatuor. ad primam; quia calida frigida &c. ad secundam; quia resolutiua aperitiua &c. ad tertiam; quia respicientia caput stomachum &c. ad quartam; quia eductiua cholera phlegmatis &c. quintum, gradus; ut quia in quo gradu, in qua mansione; nam secundū uarios gradus, uariasq; mansiones uariantur quātitates medicinarum; ut de ea, quæ in quarto gradu, & tertia mansione minus poni debet, quàm de ea, quæ in quarto, & prima mansione: & de hoc infra sub loco dicetur. sextum, quātitas debita, & proportionata; ut quātitas, cum qua seruatur operatio simplicis; uerbi gratia, plus calefacit. 3. j. piperis: quàm. 3. f. chamomillæ. et ad hanc quātitatem multum debet attendere medicus; ut infra clarè ostendetur. et sub hac includitur substantia medicinarum, ut patet intuenti; nā rarum, & densum sunt quātitatis species. septimū proportio, ut quia simplicia debent adinuicem proportionari, & quòd ad uirtutes omnes, quatuor; ut dictum est, & quòd etiam ad eorū quātitatem, & cū quibus saluantur earum operationes & ita, ut intentioni medici satisfiat; uerbi gratia, quia oportet, ut ita proportionentur, q̄ totum sit tale in secundo, uel tertio aperitiuum in eo, aut plus, aut minus, & ita per alias species discurrendo. octauum, nocumenta simplicium. nonum iuuamentū eorū, quæ duo cognoscuntur discurrendo per areolas Auic. Serapionem, & alios simplicistas.

Decimū, remouentia nocumentum; & hoc fit inueniendo medicinas consolantes, & bonificantes dicta simplicia discurrendo per authores, ut supra. ubi notandum, & memoriæ commendandū, quòd, sicut nocumēta, quæ exeunt à medicinis secundū uirtutem primā; remouentur per iuuamenta, quæ exeunt ab eis secundū uirtutem primā; ita nocumenta, quæ exeunt à medicinis per alias uirtutes; ut secundam, tertiam, quartam remouentur ab eis secundū uirtutes secunda, tertias, aut quartas; unde, ut dictum est, & dicetur in sequenti capitulo, & si scāmonea noceat nimium aperiendo; tale tamen nocumentum nō conuenienter remouebitur per galangam; sed per dragaganthum, aut mastichen. in hoc tamen oportet stare experientia authorū, ut supra; nam ponitur castoreum esse remissiuum stupefactionis opij, & non sic aliud calidum in quarto; propter quòd oportet semper compositorem per areolas simplicium discurrere. vndecimum, & si sub nono cōprehendi possit; est, quia aliquando medicina est tarda operationis, & ob-

tusa; unde oportet adhærere ei acuens; ut sal gemma, diagridium, & huiusmodi; ut agarico addimus sal gemma, turbit, zinzi. &c. duodecimum, & si sub quarto comprehendatur; est, quia oportet eligere medicinam deferentem totum medicamen ad locum ægritudinis; ut & clarius infra. & ut hæc duodecim memoriæ facilius commendes; hos uersus suscipe.

Bas, ordo, numerus, uirtus, gradusq; ; deinde Debite sit quanta, proportio, noceat, atque, Et iuuat, & quanta solathri sit acuentis. Et deferentis dosis quam iungere debes.

Nota deinde, q̄ tam alteratiua, quàm solutiua, quæ sunt inter s̄m gradum, & tertium, sunt quasi sicut temperamentū in medio extremorū; unde credo, q̄ s̄m plurimū medicinarum alteratiuæ ab authoribus nostris eleuantur usque ad illum gradum. aliquādo tamē, cum ægritudo sit fortior, oportet transire usque ad tertium, & ad quartum; sed illa non sunt absq; timore. similiter de solutiuis dicendū; propter quòd tales in secundo, & inter secundū & tertium dicuntur benedictæ, ut infra: cæteræ autem laboriosæ.

SED RESTAT hic declarare doses, & proportiones earum adinuicem de medicinis, quæ ponuntur cum basi; quoniam solum de eis in generali actum est.

Vbi nota, q̄ Ioannes de Sancto Amando posuit tres tales regulas; prima, q̄ iuuantium ad basim debet esse proportio subdupla; uerbi gratia, basis in una recepta est turbit, de quo ponitur 3. j. de zinzibere debet poni drach. s. dicit Rasim hoc uoluisse. oppositum facit Rasim. 10. Almasoris, capitulo de feb. phlegmatica; & tu ibi. item Auicē. de feb. phlegmatica, qui tantum posuit de uno, quātum de alio. et idem de cura scrophularum moderauit tamen seipsum; quia dixit hanc non habere ueritatem, nisi in medicinis mediocriter talibus in grauitate, & leuitate: quòd, si poneretur aloë pro basi, & colocyntis pro adiuuante, non debet poni subduplum de colocyntide. consimiliter, si colocyntis pro basi, & lapis lazuli pro adiuuante; non debet poni subduplum de lapide &c.

Secūda regula, quòd correctiuæ ad basim debet esse proportio æqualis: & hoc ubi basis non sit correctæ, nam alia quātitas correctiuæ debetur scamoneæ, & alia diagridio; ut patet. hæc etiam non est uera; quia, cum corrigimus scamoneam per myrabolanos; plus de myrabolanis ponitur, & patet per Met, & alios. item stat, quòd maiori quanto sit maior uirtus &c.

Tertia regula est deferentibus, quæ non habent limitatā proportionem &c. sed plus, & minus ponitur secundū loci propinquitatem, & remotionem, ut supra.

Sed propter hæc, & consimilia scito, quòd nullibi reperitur regula de his; eò q̄ impossibile est eam dare; nam oportet uariare in his dosibus secundum uarias contingētiās, & intentiones consurgentes in mente medici: quæ sumuntur ex regulis habitis de causis cōpositionis medicinarum &c. hæc enim proportio earum adinuicem est coniecturalis; quoniam certa qualitas rei nec scribi potest, nec lingua explicari, uel proferri; tertio de ingenio sanitatis. fundant igitur medici in compositione sua iudicia extimatiua super illas regulas, & super indicationes sumptas à cōplexione, ætate &c. de quibus supra actum est, ex quibus se determinant; uerbi gratia, dicunt de hac medicina, quæ est basis, uolo ponere tantum, de hac alia tantum, iuxta regulas, & indicationes habitas, & collectas, habito respectu ad uirtutem, ad posse medicinarum inter se, ad corporum dispositionem, & ad consimilia; ut tempus anni, consuetudinem, ætatem, & huiusmodi, quæ magnam possunt recipere, & de facto recipiunt uarietatem. hinc uaria faciunt iudicia, quæ tamen omnia uera esse possunt in diuersis dispositionibus; propter quòd reperimus authores nostros diuersificare pondera medicinarum nō solum in diuersis receptis; sed etiā in eadem; ut in descriptione theriacæ est uidere, & in summa nemo expectet unquam posse inuenire alicubi certam regulam, & scientiam de quātitate ponderum medicinarum, quæ compositionem ingrediuntur, nam de his, quæ contingunt uariari, & possibile est aliter se habere, non est scientia certa; ut primo posteriorum

dosis, & proportio nes medicamentorū cum Bas.

Pōdus medicamentorū compositionē ingrediētium certam nō scipit regulam.

quarto

quarto capitulo . patieris itaque, si pro nunc de quantitate medicinarum magis in particulari locutus non fuero; nam ad plenum scribam, quod sentio ultra dimidium sequentis cap. de quantitate medicinæ.

Et, ut tibi amplius satisfaciam, ut promissum est, de gradibus medicinarum sic compositarum aliqua utilia, & breuia tibi conscribam, quæ pro nunc ex doctrina Alchindi sic facile collegi. unde, cum peruenias ad uolendum scire, in quo gradu est medicina composita; debes primo ipsam in sua simplicia resolvere ponendo, ut dictum est, calida cum calidis, & frigida cum frigidis, humida cum humidis, sicca cum siccis, hoc modo tibi ponendo exemplum. ℞. liquiritiæ rasæ, & mundæ. 3. j. quæ est calida in primo, humida in primo: gariophyllorum electorum. 3. ij. qui sunt calidi in tertio, & sicci in tertio, semen lactucæ. 3. ij. quæ sunt frigida, & humida in secundo, opij. 3. j. quod est frigidum in quarto, & siccum in quarto.

Debes secundo statuere pro fundamento tibi, quod proportio talis in primo ad contrarium suum, quod est in eo, est proportio dupla ita, quod tale in primo; quia calidum habet duas partes caliditatis, & unam frigiditatis; ut uerbi gratia, caliditas in primo chamomillæ ad frigiditatem, quæ est in dicta chamomilla, est proportio dupla; eius uerò, quod est tale, in tertio octupla; & quod est tale in quarto decupla. ita, quod semper crescit proportio ad duplū. hoc fundamentum non aliter hic probō; quoniam magna indiget perscrutatione, quam uolo theoreticis nunc relinquere.

Quibus peractis talem statue figuram quadrangularem ponendo sex frigida in uno angulo, calida in alio, sicca in alio, humida in alio; ut uerbi gratia.

calida	frigida
liquiritia	semen lactucæ
gariophylli	opium
humida	sicca
liquiritia	gariophylli
semen lactucæ	opium

calida	frigida	humida	sicca
2	1	2	1
8	1	4	1
1	4	1	8
1	16	1	16
12	22	8	26

Hoc factō, quia iuxta doctrinā liquiritia est calida in primo; proportio caliditatis eius ad suam frigiditatem est dupla; & ideò propter liquiritiam pone in loco calidorum ij. & in loco frigidorum pone. j. similiter, quia gariophyllus est talis in tertio, eius caliditas est octupla ad suam frigiditatem; & ideò in loco calidorū propter gariophyllum pone. viij. & in loco calidorum pone. j. Deinde te ad frigida conuerte. semen lactucæ frigidum in secundo habet proportionem quadruplam ad suam caliditatem; & ideò pone in loco frigidorum quatuor, & in loco calidorum. i. similiter, quia opium est frigidum in quarto ad suam caliditatem; est proportio decima sextupla: ideò pone in loco calidorum propter opium. i. & frigidorum decem & sex. deinde aggrega, & summa, & uide in qua proportione se habent calida cum frigidis, & econtrā; nam frigida sunt. 22. & calida. 12. modò per regulam, quando aliqua se habent in proportione dupla ad alia; illa dicuntur talia in primo; & quando proportio nō est præcisè dupla; sed quasi circa, uel modicum distans ab ea; dicuntur talia circa finem primi. modò patet, quod cū frigida ad calida in dicta recepta sit proportio quasi dupla; quia modicum minus; tunc tota illa medicina erit frigida in primo circa finem primi. consimiliter dicatur de humidis, & siccis; nam liquiritia est humida in primo; & ideò in loco humidorum pone. ij. & in loco siccorum pone. i. semen lactucæ humidum in secundo; & ideò ad suam siccitatem proportio quadruplam; & ideò in loco humidorum pone quatuor, & siccorum. i. gariophy

lus siccus in tertio; & ideò ad suam humiditatem est proportio octupla secundum regulam datam; & ideò in loco siccorum pone octo, & humidorum. i. opium est siccum in quarto; est ergo proportio ad suam humiditatem decima sextupla; & ideò in illo siccorum pone decem & sex, & humidorum. i. et, si bene computabis; octo erunt partes humidæ, & sicca vigintifex, modò proportio uigintifex ad octo est plus, quàm tripla attinens aliquid de quadrupla; & ideò medicina dicta est sicca in primo secundi. erit itaque talis medicina frigida in fine primi, & sicca in primo secundi.

Et consimiliter dicendum, quod, si tales partes, ut calidæ ad frigidas habebunt se in proportione quadrupla, erit talis medicina in secundo gradu, quod, si non erit præcisè quadrupla; sed inter duplum, & quadruplum; erit talis medicina circa finem secundi; & si tales uincetes & uictæ se habent in proportione octupla; talis erit talis in tertio gradu; quod, si nō erit præcisè octupla, sed inter quadruplam, & octuplam talis est circa finem tertij. similiter, si se habebunt in proportione decima sextupla; erit in quarto gradu, quod, si inter decimam sextuplam, & octuplam; erit in fine tertij.

Inuestigare etiam in qua mansione ipsa sit, difficile est, & longum. uolo tamen tibi hæc modica sufficere, et utinam possis talem coniecturatiuam doctrinam de mansionibus tuarum receptarum habere, & bene tibi semper sufficiet. uide ergo, quomodo bene operantur, qui longas receptas componunt, quomodo bene examinant, ac examinare possunt; & ideò stude. et hæc sunt, quæ de compositione receptarum meo exiguo ingenio uenatus sum.

Ex quibus infertur, quod difficillimum est in actu pratico simplicia adinuicem artificiosè coniungere: quam sententiam spero non spernes, ut suprâ. taceant igitur begani, qui hanc sacratissimam, ac difficillimam scientiam facilem enuntiant; & qui cognita causa ægritudinis se posse faciliter mederi existimant.

ARGVMENTVM IN CAP. IIII.

D V o sunt ad medicamentorum exhibitionem uidentia; qualitas, siue forma, & quantitas, uel ponderalis quantitas, qualitas porro diuersimode consideratur secundum quod uel intra, uel infra corpus administrantur. illarū quæ per inferius quadam solutiua; ut electarium solutiuum; quadam digestiua; ut syrupus. syrupi uerò, uel quæ loco syruporum administrantur, calidi, & non tepidi exhibeantur: hora opportuna sit aurora; sed in dolore capitis propinetur post cœnam, in syrupo calefaciendo medicus intendat, si est stypticandum; calefactio syrupi fiat in aqua cisternæ calybeata, siue in decoctione styptica, æger stet quatuor, uel ad minimum tres ad cibi sumptionem. præterea solutiua sint gustui grata ita tamen, ut non minuant uirtutem medicamentorum, in materia phlegmatica, uel melancholica syrupi non iulepizent; aliquando autem in cholericâ conuenit, aliquando non. si uomitus accidat; colluat ægotas os cum aqua frigida, uel madesiat facies, uel uentosam super umbilicum ponatur, uel pyrum coctum comedat, siue aliud stypticum, frictiones tibiærum, pedumq; conferunt. sit medicamentum odoriferum. quo sumpto iaceat æger clausis fenestris. post assumptionem pharmaci tertij, uel quarti gradus exhibeatur lauatiuum calidum, & per horam mediam, uel circa comedat. lauatiuum sit aqua hordei non zuccheratū assumpta post quatuor horas, & medias, uel circa, lauatiuum non exhibeatur ullum, nisi cum composito non sit medicina in tertio, uel quarto ordine. si solutiuum sit forte; stet quinque horas, uel circa antequam comedat: si debile quatuor. clysteres solutiui imponantur mediocriter calidi, stomacho ieiuno, mane, uel sero. stet postea æger pedibus parum eleuatis, & si solutionem querat uniuersale; uertat se de latere in latus. horam post comedat. pilula sine custodia

custodia omni inglutuntur hora: sed aduertitas eas nunquam esse ad bibendum datas, quæ extra corpus applicantur, ieiuno stomacho, emissis excrementis apponentur, quantitas medicinae triplex est consideranda; prima digestiuorum per se, secunda solutiuum, tertia consolantium medicinas, & eas acuentium in componendo syrupo varij variae intendunt, ita de alijs digestiuis est dicendum. de quibus, ac de solutiuis, & confortantibus infra abunde tractabitur.

De exhibitione medicinarum & hora sua, & de dosibus medicinarum multa pulchra, & de modo eleuandi medicinam ipsam in gradu suo.

CONSEQUENS est, vt modum administrationis medicinarum, & horam suam aliquibus canonibus etiã ornemus.

Pro quo sciendum, quod in exhibitione medicinarum duo sunt maxime consideranda, primo qualitas, per qualitatem intelligendo formam in earum exhibitione, seu applicatione seruandam, secundum quantitas, per quantitatem intelligendo ponderalem quantitatem; nam de quantitate graduali dictum est. qualitas verò, in medicinis, similiter hora attenditur diuersimodè secundum earum diuersitatem; nam earum quædam administrantur per interius; quædam exterius corpori applicantur, item illarum, quæ per interius &c. quædam digestiue, quædam solutiue. Exemplum primi; vt syrups, decoctiones, aut alia huiusmodi loco syrupsorum exhibita. exemplum secundi; vt solutiua liquida, aut electaria solutiua, aut confectiones solutiua &c. & quod dicitur de digestiuis, potest etiam intelligi de omnibus alijs attractiuis, confortatiuis &c. licet de theriaca plures aliter, sentiant; vt dicitur.

Syrupsus nanque, aut quæ loco syrupsorum administrantur, debent exhiberi calidi, & non tepidi, dicente Gale. 8. therapeu. Tepida quoque exoluunt robur virtutis: tepida nanque laxando os stomachi nauseam, siue vomitum inducunt. & modus calefaciendi securus est in cacabo aquæ posito ad ignem. ponatur cyathus, in quo est syrupsus, sicut ponitur vinum in aqua veri frigoris tempore æstus, & dimittatur, quousque aqua est calefacta vltra tepiditatem notabiliter, & tunc extrahatur. deinde cum aliquo instrumẽto misceatur; vt grossum cum subtili permisceatur, ita vt habilis potetur. postremò patienti in nomine Iesu exhibeatur. quod si senserit odorem, aut saporem horridum; obturet nares, aut repleat bombace muscato, aut alio odorifero, & ista tibi auxiliabuntur, vt infra apparebit. mastice post eius assumptionem pirum, vel pomum, vuas, grana granati; aut huiusmodi, zuchari &c. Deinde in lecto quiescat, & dormiat: & si soluerit duabus, tribus, aut quatuor horis.

Hora autem consuetudinaria est talia assumere in auro-ra hora vna cum dimidia, aut duabus horis ante diem. causa huius est; quia tunc communiter, & de communi vsu celebratae sunt digestiones omnes. vnde natura circa digestionem non occupata est ex somno, ciboque fortificata, melius digestiuum comprehendit & actuat. at quod concurrat, quod ex somno postea facto magis inde natura fortificata facit; vt dictum est. item spiritus ex tenebris noctis stant interius debite conclusi, quod etiam ad fortificationem virtutis, & ad digestiui actuationem meliorem conferre sentitur. & dictum fuit consuetudinaria; quia aliquandò non inconuenit alijs horis huiusmodi syrupsus exhibere; nam oportet medicum considerare horas digestionis cibi post eius assumptionem, quidam non dubitant post assumptum cibum per horas sex digestiuum dare; quidam octauam horam post conuenientem enuntiant; sed coacte: aliquandò immediatè post septimam licet exhibere; aliquando transire secundum digestionum tarditatem, quorum sententiæ adhæreo. & pro ista opinione videtur sententia Mes. in suo de apostematibus hepatis, de ægritudinibus hepatis ad finem, vbi inquit. syrupsus ex inuentione nostra &c. & parum post subdit. detur de mane ante lucẽ,

E & emittat superfluitates primæ, & secundæ digestionis, si possibile est; vt inueniat naturam exoneratam, & excitatã. de digestiuis in dolore capitis exhibendo post coenam infra de cura doloris capitis, & sicut dictum est de hora digestiuorum; ita intelligas de hora aliorum alteratiuorum confortantium &c. per os assumptorum.

Sed notandum, quod medicus in sic calefaciando, vt dictum est, debet considerare intentionem, secundum quam exhibetur digestiuum, quoniam, si intentio fuerit ad stypticandum; sicut, cum exhibemus syrupsus myrtinum, & huiusmodi; tunc fiat eorum calefactio in aqua cisternæ, calybeata, aut decoctione rerum stypticantium; & consimiliter de alijs suo modo dicendum. post autem horum assumptionem debet assumens stare quatuor horis ante cibi assumptionem, vel tribus ad minus. & dictum fuit, licet de theriaca &c. nam placuit pluribus propter hominum ingluuiem accepta theriaca concedere cibum per quatuor horas, quibus non alludo saltem regulariter operando; nam, si rectè inspiciantur mirabiles effectus theriacæ; inter alios inuenimus, quo modo ipsa per omnia loca digestionis pertransit, quare oportuit addere opium; vt quinto canone primo capitulo, in quibus locis habet virtutes confortare, superflua resolvere, & exterminare. vnde, cum in tam paruo tempore per ista loca verisimiliter non pertransit, nec in eo suos, & tales effectus producat; congruum est tempus maius adhibere post eius assumptionem. vnde multis visum est, vt tale spatium sit octo horarum, vel circa, & hoc regulariter operando, ad quod confirmandum facit; quia natura hoc tempore a cibo non diuertitur, quo theriaca ducitur. omnium enim natura operatrix; medicus verò minister tertio technæ, & prima quarti de cura pu. in generali. & hæc tanquam magis verisimilem pace aliorum collaudo.

G Sed, antequam de solutiuis quicquam dicatur, præmittenda est regula vna, quæ colligitur quinto canone primo capitulo; quod medicus debet studere, quantum ei possibile sit; vt medicinae solutiuae sint gustui placidae, & delectabiles, & maxime hoc tempore propter nimiam hominum galositatem, nimiumque, & vehementer adauctam: propter quod authores nostri commiscet zucharium, mel, & huiusmodi, & si cum alijs possunt fieri delectabiliores; fiant; quoniam aliquandò dulcia displicent, & acetosa, & acria delectant; nam ex hoc accidit, vt melius actuentur; cum stomachus eas melius comprehendat. iuxta illud Hip. aph. secunda; Parum deterior potus, aut cibus &c. item, cum sunt horrida, statim a stomacho, vel natura extra pelluntur, nec medicus, nec infirmus inde effectum, quem quærebat, consequitur. & quo infertur detestabilis modus Empiricorum, qui succos amarissimos non aliter præparatos ægrotantibus exhibent.

H Nota tamen, quod in hoc medicus diligens esse debet; ne ex commistione rei medicinam gustui delectabilem facientis eius virtutem minuat notabiliter saltem; aut aliter præparando. ex quo infertur, quod male operantur medici, qui semper syrupsos faciunt iulepizare; vt visui & gustui magis delectent: nam, vbi materia sit subtilis, & facile digestibilis, potest syrupsus iulepizari; vbi verò sit grossa, difficulter digestibilis; non debet iulepizari; nam ex iulepizatione rarefit syrupsus, & de eius potentia, vel virtute multum amittitur; potentia enim rei habet attendi penes multitudinem formæ. item aliquando quæritur operatio syrupsus propter partes terreas, & stypticas; vt in fluxibus ventris, quæ in colatorio secundum magnam earum partem remanent.

Ex quo infertur, quod nunquam, vel rarissime in materia phlegmatica, vel melancholica syrupsus debent iulepizari.

Infertur secundo, quod in cholericis aliquandò possunt, aliquando non; vt in tertiana pura: sic in non pura, siue notha non. & ad regulam moderni scientifici aspicientes circa hanc medicinarum dulcorationem diligentiam maiorem habuerunt: ponunt in vna lib. mellis cocti, & dispu-mati unc. ij. specierum: vbi antiqui consueuerunt ponere. vnc. iij. in lib. verò zuchari ponunt drach. iij. vel ad plus sex: vbi patres nostri ponebant octo, vel plus.

Sed

Syrupsus calidi, & non tepidi exhibendi.

In Aurora cur medicameta potius exhibeatur.

Sed scias, quod, sicut minus ponitur de speciebus in composito; ita oportet dosim compositi plus augere, & e contra; ubi plus minorare. & ideo oportet medicum semper habere notitiam quantitatis specierum compositorum. unde, cum primum ad aliquam apothecam peruenit, in qua praticare sperat; debet excutere modos compositionis medicaminum; nam diuersi diuersa agunt, ad quod pauci respiciunt, quos non uelis imitari. &, quod dictum est de solutiuis, intelligatur etiam de alteratiuis &c. expedito de digestiuis, & alteratiuis sic satis in generali, de solutiuis consequenter agendum est. & dicitur primo, quod solutiua debent calefieri, & ea hora exhiberi, ut dictum est de digestiuis.

Sed hic cadit locus speculationis propter id, quod dictum fuit supra in fine primi &c. de horis humorum, & est, nunquid medicinae solutiuae debent exhiberi horis humoribus assignatis; uerbi gratia, nunquid solutiuum cholerae debeat exhiberi in tertiis; melancholiae in nonis, uel parum post; phlegmatis post uesperas, uel ante, & tu ad hoc considera, item praecipue seruetur regula in solutiuis: ut dictum est.

Item, quia propter horribilitatem solutiui frequenter accidit vomitus; ut supra iam debet medicus ordinare, ut astantes post assumptionem solutiui dent parum aquae frigidae, qua colluat eius os. item, quod de ea deglutiat circa duo, uel tria cochlearia ad remittendum sensationem oris stomachi; quodque si de vomitu inde dubitatur; faciem infirmi frequenter aqua frigida madefaciant, aut super umbilicum ventosam ponant; quam una hora, uel plus stare permittant. item datur pirus coctum, & huiusmodi stypticum delectabile; ut agresta, granatum, & huiusmodi. item frictiones tibiaram, pedum etiam conferunt. Item, quia ex odore solutiui frequenter cerebrum alteratur, & alterationem per neruos reuersiuos oris stomachi communicant; unde nausea, seu vomitus consurgit; hinc debet medicus ordinare solutiuum, ut sit odoriferum, aut tempore assumptionis rem odoriferam; ut bombace muscatam &c. ut supra. assumpto autem pharmaco debet patientes quietus in lecto iacere, & si fuerit debilis tam super pharmacum forte, quam debile debet dormire; sed minus super debile; quoniam citius actuabitur, quod, si fuerit fortis super debile; dormire non debet, aut parum: & super forte dormire debet, ut expediens fuerit plus scilicet, & minus secundum maiorem, aut minorem pharmaci fortitudinem. item notandum, quod post assumptionem debilis, debet patientes stare in camera fenestris clausis, usquequo compleatur operatio medicinae. & causa; quoniam medicina ex praesentia luminis in sua operatione impeditur, & debilitatur. unde, cum medicina sit debilis operationis, paruum impedimentum ei superueniens eius operationem satis notabiliter impedit, & diminuit. medicinae nanque proprium est trahere a circumferentia ad centrum; aeris autem luminosi e contra. ex quo patet error medicorum, qui permittunt, & consentiunt accipientes pharmaca solutiua domum egredi, & per ciuitatem, & aerem luminosum libere perambulare. ulterius pro regula habeatur aphorif. xv. sectionis. iij. Hippoc. Cum uolueris magis ducere elleborum; moue corpus. moueatur itaque infirmus per cameram molli, & habili passu ita, ut ex eo non debilitetur, aut alio modo alteretur. & hoc ueritatem continet praecipue in corporibus non multum debilibus; multum autem debilibus motus ueritatis nocet. unde intelligendum, quod ex motu aliqua materiae quiete agitantur, & mouentur ueritatis, & multo, & putrido fumo corpeunt, quare inde mors non raro consequitur. & uidi meo tempore dominas duas, quae erant ualde debiles, &, ut existimo, uixissent fortasse tribus, aut quatuor diebus, quae propter motum, & agitationem in syncopim ceciderunt, & in paucis horis post mortuae sunt. & hanc sententiam etiam collegi secunda quarti, de speciebus mortis, inquit. in declinatione totali non moritur aliquis, nisi propter laboriosas causas deforis, quae superuenient infirmo cum est debilis, sicut motus, aut eleuatio &c. & exponitur eleuatio ad fellam, unde hoc loco tibi narrabo, quid in egregia do-

A mina olim consorte Blasij de Meliaria ciuis nostri multis ciuibus existentibus aperte contingit. dum per duos ex solennibus nostris medicis uisitaretur; semel cum eorum altero famosiori ad eam uisitandam intraui cameram, eaque uisa, ac pulsu considerato per ipsum debilem; sed non ex toto desperatam enunciauit, eamque adhuc bene uicturam aperte satis pronuntiabat: sed, cum de urina uidentia instaret; subleuauerunt eam astantes, & ut mingeret, adhortabantur. quo facto, & urina uisa camerae ingrediebantur, & eam continuo hortabantur. ego autem his diebus a patre meo Iacobo Forliuensi de lachrymis inuoluntarijs lectionem Hipp. habueram: cumque ipsas ab oculis fluere percepissem memor eorum, quae audiueram, pluribus ex his ciuibus eam ea nocte morituram prognosticatus sum: sicque in quarta, uel quinta hora noctis in domino dormiuit. huius autem repentinae mortis causam existimo motum, & agitationem fuisse. fugias ergo corporum tam debiliu agitationem, & praecipias ascellam commodissimam fieri, aut saltem in pannis non se mouendo egerant: quod magis laudo. unde fortasse inaduertentia multorum facit quamplurimos hoc modo extingui, qui a morte euaderent: quod tibi probari ab his, quae dicta sunt, non existimo difficile. ulterius pro regula habeatur, quod post medicinam solutiua primam, aut secundam gradus, nisi cum ea misceatur, quae tercij, aut quarti nunquam est lauatiuum exhibendum. dicitur nisi &c. quia post earum assumptionem suo tempore exhibendum est; ut statim dicetur. & causa regulae est; quoniam lauatiuum facit medicinam citius lubricare a corpore. & sic eius operationem impedit, quae non nisi in multo tempore completur. post autem assumptionem medicinae tertij, aut quarti gradus debet lauatiuum exhiberi calidum, & non tepidum; ut supra ab .3. tribus usque ad octo. deinde per horam mediam, uel circa debet patientes comedere. & causa assumptionis lauatiui est; quoniam ipsum habet lauare, & mundare stomachum, & intestina a reliquiis humorum, quae in eis remanserunt. secundo habet remittere malam qualitatem, ut acutam caliditatem, similiter & siccitatem a pharmaco in eis derelictam. ex quibus inferitur, quod aqua hordei non zucharata est conueniens lauatiuum; cum a natura non ita retineatur, sicut brodium pulli. item magis infrigidatiuum magis humectatiuum. & debet fieri decoctio hordei usque ad crepaturam, & hoc, ut humiditas medullaris, per quam etiam agere debet, egrediatur; ne inflammationem inducat: unde, cum quæris eius fortem absterfionem; ipsum exortica usque ad excussionem tenuium corticum. cum uero humectationem magis usque ad excussionem corticum tam exteriorum quam interiorum, iuxta doctrinam Mes. de ptisana. ex quo apparet ipsum semper excorticari debere, quod multi non praecipunt. & colligitur haec sententia a Mes. capitulo de ptisana. placet tamen dominabus brodium pulli cum zucharo; quia uirtuti plus semper intendunt; ut supra; quibus, ut potes, semper complacere studeas, semper enim de tenore uirtutis cum medicinis contendunt: propter quod inoleuit magis usus dandi brodium pulli. hortor tamen, ut cum conscientia placeas, & ut earum uolatilem infamiam fugere, ut potes, curare uelis. sed tamen audi hoc loco Albuch. de turbith loquentem; ait. Dosis noui est a .3. usque ad .ij. cum magna custodia, & ex ueteri plus, & non detur solum; sed post ipsum sumatur brodium pingue ex pinguedinibus subtilibus; & tu considera. potes tamen, si tibi uidetur, hoc modo mediare; ut in brodio pulli hordeum decoquatur, & utriusque intentio habeatur. sed de zucharo tantum dico, quod, cum quæris lauatiuum fortem, & respectum non habes ad uirtutem, nec ad delectabilem, & gratuitam assumptionem; non debet in lauatiuo poni; quia ex ipso fit lauatiuum naturae multum anicum, & in retinetur in poris, & uenis, & non operatur, ut debet. & sis memor facere fieri sequenti die clysterem lauatiuum ex aqua hordei, praecipue, si medicina sit scamonea; nam in rugis intestini grossi remanent partes quaedam acutae, quae stimulant uirtutem expulsiuam, & inducunt tenasmonem. &, si quærat, quot horis debet patientes stare post assumptionem soluti-

Agitatio debiliu corporum fugienda.

Hordeio decoctio qualis.

ui, antequam lauatiuum accipiat; dicendum, q̄ tale tempus præfixum assignari firma ratione non potest; sed à medicis rationabiliter operantibus quadam artificiosa coniecturatione æstimatur quatuor horarum cum dimidia, uel circa; nam, cum pharmacum tale habeat à membris remotis ducere ad stomachum, & loca expulsionis materiam in eis peccantem; uidetur, quòd hæc operatio in pauciori tempore rationabiliter perfici non possit; & hoc experientia secundum plurimum nobis comprobatur: ex quibus infertur, q̄ post assumptionem medicinæ tertij, aut quarti gradus debet patiens stare quinque horis, uel circa, antequam comedat. notandum tamen, q̄ medicinæ tales aliquando dantur in substantia, aliquando dantur in infusione: & cum illæ, quæ dantur in infusione, citius compleat actiones suas his, quæ in substantia; citius etiam cibari debet infirmus, & secundum hæc, & similia uarietur tempus, similiter & hora. potest tamen quasi pro regula poni, quòd si contingat infirmum habere tres, uel quatuor ascillationes ante dictum tempus, quòd ante illud patiens &c. tu tamen considera in hoc quantitatem peccantis materiæ, & quantitatem materiæ emissæ, & tenoris uirtutis non sis oblitus. post uerò medicinas primi, aut secundi gradus; ut manna, casia, & huiusmodi debet ægrotans cibari per quatuor horas; & causa; quoniam huiusmodi medicinæ non habent ducere à locis remotis ualdè, sed solum materias, quæ sunt in uis ductuum, quibus sua substantia occurrunt. præterea, si longo tempore retinetur; cum aptæ sint in nutrimentum conuerti, in substantiam corporis conuertuntur earum multæ partes: propter quod earum operatio diminuitur ualdè: tale nanque tempus, & artificiosa, coniecturatione, & experientia inuentum est quatuor horarum post ipsam assumptionem, ut dictum est.

Clysterū forma.

Et, quia clysteres saltem solutiui quodammodo inter pharmaca nominari possunt; hinc de eorum forma consequenter agendum. debet enim clyster calidus imponi ieiuno stomacho de mane, aut sero, prout medico uidebitur expedire, cuius caliditas non sit acuta propter sensibilitatem intestinorum, & cognoscitur eius tempus ex ductu digiti per ipsum. post autem eius assumptionem, debet patiens stare pedibus eleuatis aequaliter, & paulatim se de latere in latus uertere ita, quòd cum steterit super uno per certum spatium temporis paulatim se ad aliud uoluat; & hoc maximè ubi queritur euacuatio communis, & similiter iuuamentum commune, & à partibus superioribus. in quo casu stet patiens supinus: & si passus fuerit in latere dextro longiori tempore; stet super illo. similiter, si in sinistro super sinistro, & hoc constante uirtute. unde notandum, quòd colligitur ex Auicena. sextadecima tertij de cura cholericæ, quòd, cum imponitur clyster, debet medicus considerare locum ægitudinis; ut quòd, si fuerit in renibus; stet patiens super renes, dum sibi imponitur; si in intestinis; stet patiens supinus: si in dextro; super dextrum; si in sinistro; super sinistrum, & horum uidetur causa, q̄ per talem decubitus liquor ad locum ægitudinis facilius peruenit: unde effectus melior consequitur. qui modus & si usitatus non sit; eo tamen utor cum maximè rationabilis, atque utilior uideatur. postea uerò, cū emissus est clyster; stet patiens mediam horam, uel circa ante cibi assumptionem: & si stabit per horam melius; nam, antequam sedati sint uapores sparsi per corpus, & uirtus uigorata ex exitu fæcum, & humorum cum quibus &c. aliqui spiritus, & humores boni egressi sunt; pertransit rationabiliter spatium tale; æstimatiuum tamen, non demonstratiuum.

Pilularum in exhibitione cōderatio.

De pilulis autem dicendum; quòd quædam nominantur cum custodia: & sunt illæ, quæ confectæ sunt ex medicinis laboriosè soluentibus, de quibus per ordinem dicendum, sicut de medicinis talibus, ut supra: quædam dicuntur tales sine custodia, quæ sunt ex medicinis benedictis confectæ, & tales possunt omni hora assumi, siue post, siue ante cibum per horam, uel duas. uel dimidiam, ut libet, unde pilulæ tales; ut de hiera simplici, in passionibus capitis post cœnam exhiberi possunt; unde Damascenus. 19. aphorif. Medicinarum quædam, quæ dantur, & maximè, quæ faciunt in summo capitis post cœnam, maximè, quando itur dor-

mitum; dandæ sunt; ut natura ad interiora intenta ab altissimis membris attrahendo sensus alleuiet, & aphorif. 59. cum quis uoluerit purgare caput, aut cerebrum, aut instrumenta sensuum, pilulis maioribus & post cœnam, & eundo dromitum datis faciendum est. nota tamen, quòd hic est locus speculationis; sed non possum hic tecum disputare; cum me solum posituum expresserim: nimium enim prolongaretur tractatus noster, quem ut abbreviem, maximè studeo; sed ages, ut alij prudenti discretionem multa corporibus accommodant. post hæc notes Auic. quarta primi capitulo de eo, quòd alibi inquirendum est, inquit. pilulæ præterea ad bibendum dandæ non sunt; postquam exiccata fuerunt, & factæ, ut lapides; neque etiam, cum sunt molles; ne penetrent, & retineantur; sed sint, quomodo exiccari inceperint, & quæ digitis cedant, si comprimantur. cum autem exiccata sunt; ab eis resoluta est uirtus secundum magnam partem: unde nihil, uel quasi nihil operatur: & similiter uirtus eas actuare non debite potest. unde neq; infirmi, neque medici consequuntur, quòd intendunt. et ita de alijs medicinis contingit, quæ in apothecis ueterascunt. quis enim ad hæc omnia aduertit. uix ex mille millibus unus. notandum tamen hac parte, quòd Damascenus scribit aphor. 62. Pilulæ ueteres sicca, priusquam dentur; humectandæ per noctem ex aqua calida sunt. ex quibus patet, quòd ætas medicinæ à medico maximè consideranda est; ad quam pauci respiciunt: & tu ipsam nō negligas. et hæc de his, quæ per os, aut inferius ad infra sumuntur tibi sic in generali sufficiant.

De his uerò, quæ ad extrâ applicantur; ut emplastra, unguenta, sacculi, epithemata, embrochæ, caputpurgia, & huiusmodi, dicendum est sic, ut regula, quòd omnia ista regulariter operando debent ieiuno stomacho, & emissis superfluitatibus communibus corpori exhiberi, & semper cum hoc consideretur tempus actionis eorum. et dixi regulariter; quia aliquando applicamus sacculos mitigatiuos, carminatiuos &c. post cibi assumptionem &c. & omni hora; ut in forti dolore. item talia calida secundum exigentiam, & non frigida applicari debent. et, licet, quæ dicta sunt, locum habeant quasi semper; quandoque tamen inunctiones, syrupicas assumptiones ordinamus post cibum fieri, quæ sunt somni prouocatiuæ &c. nam de omnibus particulariter scribere esset nimium prolixare tractatū, quòd quantum possum, fugio.

DE QUANTITATE autem medicinæ dicendum, quòd triplex est quantitas consideranda. prima alteratiuorum, seu digestiuorum per se: secunda solutiuorum. tertia consolantium medicinas solutiuas, & acuentium eas. ipsarūq; uirtutem ad membra alia, & alia perducentium.

Incipiendo à digestiuis; quia à syrupis magnam diuersitatem reperio inter practicantes Paduæ & Venetijs: nā Paduæ datur. ʒ. j. s. syrupi cum. ʒ. iij. aquæ: Venetijs uerò dantur. ʒ. iij. syrupi cum. ʒ. j. s. aquæ. variatur tamen hic modus; sed in hoc saltem defecerunt à Patavinis, q̄ plus de syrupo, quàm de aqua exhibent, & existimant fortasse Patavi, quòd, si syrupus solus dari posset; nō esset necessaria cōiunctio aquæ: sed, quia conuenienter potari non potest; hinc cum syrupis aquam cōmiserunt, & duplum aquæ: quia existimant propter raritatem aquæ ipsam duplicatam æquè potentem cum syrupo effici. amplius ut aquæ ducant syrupos ad loca ægitudinum; quia interdum syrupi non respiciunt loca, seu membra corporis, sicuti aqua; ut uerbi gratia, acetosus simplex, qui non respicit locum, seu membrum, & cum eo commiscetur aqua saluæ: ut ad caput uirtus eius dirigatur; & iterum, quia ex tali commistione penetrabiliore s fiunt. Veneti uerò dicunt, quòd ex cōiunctione tam pauca aquæ; quia ex subduplo ad syrupum potest syrupus conuenienter potari; & ex hoc fit habilis potus, & illa aqua in tanta dosi sufficit ad dirigendum syrupum ad locum ægitudinis. sed, licet ratione efficaci neutrum reprobari posset; pace tamen sua nulli harum in omnibus assentio. nec me præsumptio mouet, quòd auertat bonus Iesus; sed persuasionem quadam moueor, de qua aliquid supra. cum enim ex mistione dupla aquæ syrupus reddatur multum subtilis, rarus; hinc efficitur passibilior, & resolutibilior.

Syruporum quantitas que varia.

solubilior. ex quibus sequitur ipsum citius actuari, & eius operationem ex consequenti citius perficere, & ergo stante materia grossa, & indigestibili non poterit ipsam nisi in longo tempore digerere, & ex consequenti tardabitur sanitas; quod ab omni medico fugiendum est. unde similes materiae requirunt ad earum digestionem syrupos constantes, qui possunt in sua actione longo tempore durare: puta, si materia digerenda erit in stomacho, & in locis stomacho propinquis; quomodo per talem syrupum digeretur; cum ex sua subtilitate &c. quasi statim ab ipso lubricabit, & egredietur? consimiliter ad Venetos, saluo semper iudicio meliori, pace sua me conuerto; nam aliquando indigemus syrup. subtili; immo iulepizato, & hoc cum uolumus ipsum faciliter, & cito penetrare; sicut materia existente subtili; & in locis remotis: unde duplum aquae, uel plus commiscendum est. sic ergo patet, quomodo aliquando minus, aliquando plus de aqua est cum syrupo commiscendum: hanc tamē dosim determinatam assignare est impossibile. unde oportet aliquando augmentare dosim; & cum ad aegritudinem, quae est in membris remotis digestiui habeat; & per multas transmutationes peruenire, ut in canonicis uniuersalibus dictum fuit; & aliquando minuere: unde hoc remanet in optima, & scientifica penna medici: propter quod benè dictum fuit: Natura prudentem oportet medicum esse, & quod ut credo, in omni commistione syrupi cum aquis debet fieri aliqualis eorum adinuicem ebullitio; ut per talem melior fiat eorum mistio: & sic fortius unita; fortius, & melius operantur, nota etiam, quod ad benè iulepizandum syrupum debet esse aquarum ad syrupum proportio dupla sexquialtera, uel circa: & quod dictum est, debet intelligi de syrups, qui habent completam decoctionem, qui usui per annum reseruantur, & uocantur syrups breues; nam syrups longi, qui reseruantur solum ad tempus paruum; ut octo dierum, uel infra, qui talem decoctionem non recipiunt sine aquae commistione exhibentur. et, si dicatur; sicut iam instabat quidam; Mes. syrups ordinavit, & cum eis aquam non commiscet. item in multis locis ordinat syrups in diuersis passionibus; ut apparet discurrendo per suum de appropriatis; & tamen non commiscet eos aquis; quare uos &c. pro isto dicendum, quod fortasse Mesue intelligit de syrups longis, & non breuib; quos nos oportet elongare; ut potu sint habiles. aliter, quod eius intentio est, ut cum eis commisceatur aqua, uel aliquod tale; & si non semper hoc dicit; dat intelligi per ea, quae dixit in alijs locis, ubi in aegritudinibus aquam, uel aliquod tale syrups commiscet; uerbi gratia, in capitulo syrups acetosi simplicis dixit. dosis est ab unc. j. usque ad quatuor cum aqua frigida. item de syrupo acetoso diarrhodon. ex quibus patet ex eius intentione syrups aquam commisceri debere. secundò, quod maior communiter debet esse quantitas syrups, quam aquae; ut Veneti: nam totius aggregatiui dosis debet esse. unc. iij. cum s. uel quinque ad plus. ponit ergo aqua solum, ut apparet; ut syrups habilem potui reddat. unde uidemus Nicolaum, & ceteros in suis antidotarijs dicere: detur ab. unc. ij. uel. ij. cum aqua tepida in uino, uel lacte; ut solum res ipsa potui habilis fiat; & facilius penetret. Secundò notandū, quod de aqua, & lacte &c. quae cum syrups commiscuntur, ponitur dosis indeterminata ab auctoribus; & hoc, quia relinquuntur, ut supra discretioni medici: quia scilicet aliam, & aliam indigentiam oportet aliter, & aliter uariare; & facit pro opinione media inter Pataunos & Venetos.

De quantitate autem aliorum alteratiuorum; ut confectio- num, electariorum, & huiusmodi: dicendum, quod usque nunc non inueni artificialem regulam a doctoribus meis; sed quid communis practiciantium usus agat tibi referam: deinde subiungam in modum regulam, quod in facili tamē artificio cōtexui, eum, quicquid in me est, semper tuum faciam. consuetum est. n. dare de confectioe solida, in qua sunt. 3. vj. pro lib. zuchari usque ad. 3. iij. & quicquid usque ad. iij. saltem confectioes non trāseunt tertium gradū; sed sunt secundi gradus, aut mediae inter secundū, & tertium. et quid agendum, si erunt tertij, aut quarti gradus; uidebitur. sed adhuc quidam gulositati hominum magis, quam utilitati indulgentes hanc dosim obseruant. et, si

A pro lib. zuchari non ponatur, nisi. 3. iiii. de electariorum dosi maxime de mellinis inuenio, quod dat ab unc. s. usque ad unc. & si electariorum non transit gradum tertium, dantur de eo. 3. ii. usque ad unc. & inuenitur dosis in pluribus a. 3. i. s. usque ad. iii. sed semper, quid in hoc agis, memor, quod dictum fuit supra, quod in una lib. zuchari ponuntur. 3. vi. specierum in una mellis. unc. ii. quod si sic est, tunc in una unc. zuchari confectiois erit media. 3. specierum; in una mellis. 3. i. ex quibus infertur, quod in tribus drach. confectiois solidae erunt grana. xi. uel circa specierum; nam eadem est proportio totius ad totum, & partis ad partem: in tribus uero electarii mellini erunt grana. xxx. uel circa specierum. hic modus, & si sit a patribus nostris, & usque ad nostram seruetur aetatem; tamen, ut res de qua sermo clarius luceat; contra ipsum dupliciter instabo. primò, quia potentiora sunt ualde, & acutiora, & non minus alterantia, quae sunt in quarto gradu calida, & solutiua, naturaeque humanae a tota specie corruptiua, quam quae sunt in secundo, uel tertio gradu calida, & naturae humanae amica: sed dosis primorum, quae sunt in quarto, est a granis quinq; usque ad septem, ut patet in scamonea: ergo & illorum dosis debet magis eleuari. confirmatur; quia multorum alteratiuorum, & solutiuorum, quae uenenositate participant, dosis est a. 3. i. usque ad. 3. i. s. uel duas; ut in elleboro, turbit, agarico &c. ergo alterantium, confortantium doses ultra iam dictas eleuari debent, patet consequentia; quia doses non diminuuntur nisi propter uehementiam, aut acuitatem, aut aliquod huiusmodi. secundò uidetur, quod non fit paruus error, quod doses electariorum de melle sunt maiores, quam illae de zucharo alijs paribus; quoniam mel est calidum, & siccum in secundo. ergo saltem, ubi species calidae sint; augmentabitur caliditas; & si non transcendet secundum gradum, ubi zucharam remittet &c. ut supra; quoniam est temperatum; & cum hoc erit proportio maioris inaequalitatis zuchari ad suas species. si ergo calefacere querimus cum confectioe zuchari usque ad secundum cum 3. iij. calefaciemus ultra secundum cum drach. tribus electarii de melle ex eisdem confecti. ex quibus sequi uidetur doses electariorum de melle minores esse debere dosibus confectioe ex zucharo confectarum. et, quauis antiquis patribus semper adherere intendam; quia magis expertis; tamen quid ex eis, quae didici, apud me fabricauerim tibi aliter transcribam. ego uero in hac parte accipio, quod de solutiuis dicitur, quod solutiuorum, quaedam sunt in primo, secundo, tertio, quarto &c. & sicut in solutiuis primi gradus dosis per duos terminos assignatur, consimiliter secundi, tertij, quarti; sic alteratiui doses assignabo per duos terminos, uidelicet maiorem, & minorem. termini maior. s. & minor solutiuorum in primo; ut dicitur, sunt a 3. i. usque ad. iii. uel. iiii. & quicquid usque ad. vi. solutiuorum in secundo a. 3. s. usque ad. ii. tertij a. 3. s. usque ad. ii. uel. iii. quarti a granis quinq; usque ad decem, & quinque, uel decem & sex. consimiliter in proposito dicendum uidetur; sed praemitendum prius, quod per istas doses medicinae solutiuae in una assumptione, & breui spatio suum fortiuntur effectum; & hoc medicus intendit. sed, cum alterantia, & confortantia exhibet; non querit, ut in tota eorum acceptione compleatur, quod queritur; quoniam id habiliter fieri non possit; ut intelligenti patet. querit igitur per plures uices aliquid consequi; quare dosis eorum minoranda est; nam medicina debilis consequitur effectum in multo tempore, quem fortis in paruo, ut supra. credo igitur adherendo patribus antiquis, quibus plus fidei in hac parte, quam modernis adhibendum est, quod medicinarum simplicium, siue compositarum, quae tales sunt in primo, dosis debet esse a 3. i. usque ad. 3. i. s. & incipio a 3. ut includatur omnis aetas; & hoc de empta quantitate zuchari, quae compositionem ingreditur. unde Nicolaus in confectioe illa de zucharo, cuius initium Diasatyron optimum, ponit in unaquaque lib. zuchari. 3. xxx. specierum, uel circa; & tamen illa uidetur declinare ad latus secundi. eorum uero, quae in secundo cum effectus secundi sit duplus ad effectum primi, ut quinto col. ultimo capitulo, dosis erit subdupla. ut 3. s. ad. 3. ii. uel. ii. s. & usque ad. iii. unde te considerare oportet mansiones graduum, ut supra; quia. 3. ii. erunt dosis

primæ mansionis secundi, & ð. ii. s. secundæ secundi &c. illorū verò, quæ in tertio à granis quinq; vsq; ad ð. i. vel. s. vel circà. de his verò, quæ in quarto dicendum, vt infra de solutiuis, & supra de mansionibus: quod in his maximè attèdere oportet mansiones propter vehementiã, & acuitatem ipsorum: nam eorum, quæ sunt in tertia mansione, dosis est à grano vno vsq; ad. x. quæ vero in prima mansione à granis duobus vsq; ad decem & sex: quæ verò in secunda à gra. i. s. vsque ad. xij, vel. xiiij. vnde, sicut mansiones graduum magis eleuantur; ita doses earum magis deprimi debent. variantur itaque doses iam dictæ inter illos terminos secundum varietatem ætatis, cõplexionis, regionis &c. quæ supra notata fuerunt in duobus versiculis, ad quæ omnia medicus debet diligenter attendere. vnde propter hoc auctores sæpe doses confectioinum in antidotariis non ponunt, relinquentes eam in perita medicorum discretione. de dosibus autem confectioinum, de melle, per quas calefacere intendimus, credo dicendum, quòd ipsæ aliis paribus minores esse debent iam assignatis; & causa iam dicta est. sed, quia ipsas species in tanta quantitate cum zucharo commode, & ita gulose commisceri non possunt, sicut cum melle; credo, quòd inductum est gulositati hominum, attendentium plus de speciebus cum melle, quàm cum zucharo commisceri: ad quod concurrat, quòd mel in sua dulcedine in minori quãtitate specierum horribilitatè magis obtenebrat. & ne mea dicta ita difformia videantur; respice Nicolaum in cõfectione, cuius initium, Confectio zinziberis, & inuenies, quòd pro lib. zuchari ponit quasi. 3. xi. specierum; vbi ponimus sex ad plus, & cõmunius quatuor; vt delectabiliores existant. & quidã adultores medici hodierno tempore intantum, vt gula hominum deseruiant; processerunt; & confectioines faciunt fieri cum decoctione specierum solum, vt albæ remaneant, & visu placidæ, vt iulepizantes syrupum in omni dispositione &c. vt supra. sed in hac parte & in aliis obsecro, vt patronum nostrum Cermisonem consulas, quicquid in re ipsa dicat, sibi credas. de quantitate clysteris dicendum, quòd eius dosis est ab. ʒ. iij. vsque ad lib. potuisset tamen inter solutiua collocari; sed non raro sunt purè alterantia.

De caput purgijs, gargarismatibus, vnguentis, emplastris, & huiusmodi, vt supra, dicendum, q̄ eorum quantitas ponderalis remanet in peritia medici, quòd secundum imminentem necessitatem ipsa in tanta, vel tanta quantitate corpori applicat: eorum nanq; quantitas ponderalis certis terminis limitari non potest; vt patet intuenti. sed de vnguento, & emplastro dicatur emplastrum grossum, vnguentum verò subtile.

De quantitate solutiuorum dicendum, vt supra, quædam in primo, quædam in secundo, quædam in tertio, quædam in quarto; quod de omnibus simplicibus & compositis intelligèdum est. doses solutiuorum in primo gradu incipiãt ab. ʒ. i. & quia, vt supra, effectus secundi duplus est ad effectum primi; dosis secundi incipiet ab. ʒ. s. tertij à. ʒ. quartij à. ð. vel granis: & additur ly granis propter ea quæ sunt in vltima mansione quarti; cuiusmodi est scamonea, mezereon &c. & horum exempla ponantur; quoniam in tali renimiũ clari esse non possumus. dosis medicinarum solutiuarum primi gradus est ab. ʒ. i. vsque ad sex. vt sy. ro. mellis ros. colati, aquæ lactis, & huiusmodi, vt infra ad plenum. unde scias, quòd ab inde supra ascendet ad secundum gradum ita, quòd solutiuum primi per augmentum quantitatis potest fieri solutiuum secundi, vt supra &c. dosis verò medicinarum secundi gradus est ab. ʒ. s. vsque ad duas; huiusmodi sunt manna, calia &c. dosis medicinarum tertij gradus est. à. 3. vna vsque ad. 3. iij; vt agarici, turbith &c. & nota, quòd quidam ponunt rhabbarum, myrobalanos solutiua tertij: ego verò considerans bonitatem, & excellentiam rhabbari, & nullam malitiam ita, vt concedatur omni tempore, omni ætati; immò & prægnantibus adeò benè dictum est; non dubitavi ipsum inter solutiua secundi collocare. prima eius dosis est ab. ʒ. s. vt Mes. secundo capitulo, quam dosim solutiua tertij attingere non videntur. consimiliter de myrobalanis citrinis, & aloe dicendum. & ne videar ab alijs multũ cuiare; dicendum arbitror talia es-

se in vltima mansione secundi gradus, & si ab alijs ponuntur; tertij. hoc est intelligendum in prima mansione tertij, quæ duæ mansiones, si rectè considerentur; à se inuicem nõ multum distant. vnde existimo talia solutiua media inter secundũ, & tertiuũ, quàm in aliquo eorum, si quod, medium tale imaginari potest, de quibus modis supra. de solutiuis quarti gradus dicendũ, sicut de alteratiuis in quarto dicebatur, nã dosis eorum quæ in prima mansione quarti est à ð. s. vsq; ad. 3. i. & hmõi sunt synapis, cataputia, cucumer asininus, & huiusmodi, vt infra. eorũ verò, quæ in vltima mansione sunt, dosis est à granis. iij. vsque ad. xij, & secundum quosdam vsq; ad. xv. & hoc in regione nostra. eorum uerò, qui in secunda medio modo inter hæc; & tu considera. notandum tamè de cataputia, quòd intelligi debet de puluere eius, quia de herba comedi potest vsq; ad. ʒ. i. & in via cibi: & est vsuale solutiuum rusticorum, & eorum, quæ sua natura participant; & ab his te consulo, omnino abstineas.

Et, si ista memoriæ trades; facillè peruenies in notitiã dosis cuiuscũq; compositi solutiui; quia aut tale compositum ingreditur unum simplex solutiuum, aut plura: si unum solum; ut in hiera simplici; tunc de ea detur tanta quantitas, quòd in illa sit dosis aloë conueniens; uerbi gratia, dabuntur. ʒ. vi; quia in. 3. vi. sunt solum. 3. ii. aloës, quæ sunt eius conueniens dosis, ut infra; nam, si conficitur hiera cũ melle ita, quòd eius medietas sit mel, & altera species; patet, quòd, cũ in ea aloë ponatur ad duplũ aliarũ specierum; q̄ in quacunq; parte totius erit eadem proportio, quæ in toto. ubi ergo reperietur vna. 3. aliarũ specierum, reperientur. ij. aloës. in sex ergo. 3. iij. sunt mel, aliæ tres sunt vna aliarum specierum, & ij. aloës. igitur &c.

Si uerò compositum sit ex pluribus solutiuis eiusdẽ ordinis; ut scamonea, mezereon &c. detur de eo tanta quantitas, ut in eo reperiatur dosis proportionata solutiuis illius gradus, ac si foret unum simplex tantum. non enim plurificatur solutiua eiusdem ordinis; ut plurificentur doses, sed propter alias causas; ut supra. si uerò fuerit ex pluribus diuersorum ordinum; ut uerbi gratia. ʒ. stœcados, epithymi, hieræpicæ, ana. 3. i. myrobalanorũ, scamoneæ, ana. ʒ. s. tunc prinum, quod debet considerari, est quantitas compositi. & patet, quòd huiusmodi totius est. ʒ. i. secundum est ordo illorum simplicium quantum ad fortitudinem, & debilitatem eorum in se; & quantum ad ea, quæ debilitant, & iuuant, siue acuit eorum operationes; uerbi gratia, scamonea est fortis; hiera, myrobalani, & ista sunt debilia; epithymus, & stœcas adhuc sunt debiliora. tertiuũ est proportio solutiuorum ad inuicem, quæ, licet posset attendi penes numerum, & quantitatem; tamen hic attendi habet penes gradum suæ uirtutis, & ab isto debet fieri denominatio, cum alijs sit excellentior; septimo therapeu. circa finem. modò ad propositum in hoc composito reperitur scamonea, quæ secundum gradum suæ uirtutis alia solutiua in eo posita excedit, & quantitas eius est octaua pars. modò patet, q̄ in. 3. iij. huius cõpositi cadũt. xxx. grana scamoneæ; & hæc uidetur dosis erronea; cum dosis scamoneæ sit usque ad. xv. uel. xvi. grana ad plus. debes deinde considerare, ut dictum est, iuuantia, & debilitantia; unde, sicut dictum est supra de alteratiuis; sicut remissum additum intenso ipsum remittit: ita pariformiter solutiuum remissum additum intensiori ipsum remittit, & talis in tali gradu, tale in tali gradu vsque ad talem gradum. modò ad propositum scamoneæ additur æqualis quantitas myrobalanorum, quæ sunt in gradu secundo saltem citrini: postea additur hiera, & alia solutiua secundi gradus, aut primi, quæ sunt in duplo maioris quantitatis, quam scamonea; quare pro certo trahitur ad gradum debiliore, & per consequens efficietur secundi, aut tertij. vnde dosis eius conueniens erit. ʒ. ij, uel. iij. sed oportet, ut, cum regula de alteratiuis posita consideres; usq; ad quem gradum potest scamonea in hoc casu debilitari; & tunc præcisam dosim ex dictis habebis: & tu considera. & iuxta hoc notandum, q̄ maximè dictæ regulæ attenduntur, quando solutiua primi, aut secundi cum his, quæ in quarto commiscuntur. nam si ea, quæ tertij, cõmiscuntur cũ his, quæ quartis; cum non magnam distantiam habeant, existimandũ, q̄ ea, quæ

quarti modicum remittuntur; distantia enim maior, & minor est causa maioris, aut minoris remissionis, ut supra. et, hic modus positus de remissione solutiuum per compositionem debilis cum forti sit uerus; probari potest per modum operandi Gal. in suo de simplici medicina, confirmatum per Mesuem in suo antidotario tertiae partis distinctionis primae, illa parte. Confectio de manna inuentione Gale. nam in lib. una mannae ponit. $\bar{3}$. j. scamoneae. deinde post parum subdit. dosis eius est. $\bar{3}$. s. & si recte computatur; in. $\bar{3}$. s. huiusmodi compositi cadunt. xx. grana scamoneae, uel circa. modo patet, quod. xx. grana scamoneae transcendunt limites conuenientes dosi eius; non ergo aliter, & conuenienter dari posse huiusmodi compositi. $\bar{3}$. s. nisi scamonea in uirtute eius debilitaretur per mannam, quae est medicina solutiua remissior; ut talis in secundo, & maioris quantitatis ualde similiter; quia etiam tale compositum ingreditur in magna quantitate succus rosa. qui est solutiuum primi; & adhuc est remissius, quam solutiuum secundi: quare, aestimandum ipsam debilitari usque ad finem secundi; aut ad primum tertij, ut ex dictis aperte sequi uidetur, quidam tamen huic, quod dictum est non attendentes, non credentes, quod per additionem medicinae solutiuae additae solutiuae medicinae fortis uirtutis debeat dosis fortioris diminui, dixerunt, quod litera corrupta est; ut ubi dicitur. $\bar{3}$. j. scamoneae, dicunt, quod litera debet esse sic. $\bar{3}$. s. scamoneae. unde dubitauerunt dare de illa confectione. $\bar{3}$. s. ubi posita sit in lib. mannae. $\bar{3}$. j. scamoneae; sed bene considerent, quod illa confectione ponitur aequalis quantitas solutiui primi gradus cum manna, quae habet ipsum remittere; nam sicut alteratiui ad alteratiuum; ita solutiui ad solutiuum. unde sequendo opinionem positam remittitur manna usque ad finem primi, & solutiuum primi addito ei, quod quarto trahit ipsum ad finem secundi, uel ad principium tertij; ut de alteratiuis dictum est. haec tamen firmari demonstratione non possunt; sed quadam uerisimili coniecturatione concedi habent. unde Gentilis propter id, quod dictum est magis laudauit literam, quae dicit. $\bar{3}$. j. quam illam, quae. $\bar{3}$. s. & absolute asseruit ipsam esse solutiuum secundi. unde dixit, quod merito Gal. eam appellauit medicinam benedictam, eamque pluribus dotibus insignit. unde & Mesues allegato loco est nobilis operationis, & bonae, facilem solutionem reddit, & educit cholerae sine molestia. quibus uerbis innuere uidetur, ut sit talis in secundo. ex quibus infertur, quod haec medicina, $\bar{3}$. j. s. electarij de zucchero. Nic. descriptione. $\bar{3}$. j. s. est magis benedicta, minusque timorosa ualde, quam confectio Gal. iam posita. nam in tota ista quantitate, quae dari debet in unica uice sunt circa grana. xj. scamoneae. ubi in. $\bar{3}$. ij. confectionis Gal. sunt grana decem, & quinque, quae sunt conueniens dosis, ut Auic. prima tertij de cura maniae lupinae. et, cum scamonea magis correcta sit in assignata medicina, & plura ualde ponantur, quae eius malitiam tollunt, ipsiusque uirtutem, & acuitatem remittunt; sequitur, quod multo plus debet esse debilitata, quam ea confectione Gale. amplius, quoniam in medicina assignata ponitur solutiuum primi gradus, ut succus rosaceus, qui quasi se habet in eadem proportione ad scamoneam, in qua se habet idem succus ad scamoneam in confectione Gal. & cum hoc solutiuum secundi; ut manna se habet incomparabiliter in maiori proportione ad scamoneam in medicina dicta, quam in ea, quae Gal. aut. $\bar{3}$. ii. eius sequitur, quae talis medicina inter medicinas secundi gradus, & benedictas collocari habet. adde, cum in dosi etiam debitos limites non transcendit. ex quibus infertur, quae talis medicina materia existente furiosa, aut uenenosa; ut in pestilentia &c. secure dari posset, quod tamen a multis reardarguitur; cum uenenositatem. scamoneae timeant. ego autem rationi magis, quam opinioni adhaerens existimo istam medicinam secure posse exhiberi, ut supra, nec uenenositatem medicinae optime correctae sic timere debemus. unde Marsilius de cura febr. pestilentialis concedit posse exhiberi electarium de zucchero descriptione Mes. cuius compositionem ingreditur scamonea. & Gentilis dicit se uidisse plures medicos profecisse tempore pestis cum medicinis scamoneatis, quam non scamoneatis. praeterea uene-

num est medicina ueneni; ut in theriaca. amplius scamonea ualet ad expellendum uenenum praesertim scorpionis bibita, & linita; ut secundo canone proprio capitulo. in hac tamen re consilium meum quidem est, ut, si cum magis benedictis operari possumus; id indubie agemus, & medicinas scamoneatas euitemus in quantum possumus, propter nocuenta scamoneae, & si in correctione emendentur; nam quod natura ingenitum & infixum est, non arte uincitur; sed lenitur; ut Seneca epistolarum secunda. item, quia apothecarij frequenter in talium correctione diligentem curam non adhibent pericula ex hoc casura inaduertentes; unde medicis infamia, aegris uero quod deterius est mors, inde consequitur. et haec pauca, quae etsi sint pertinentia, ut patet; nostro tamen proposito necessaria non erant, pace aliorum adijcere uolui; ut socio nostro aliquid sit laetitiae. ex quibus infertur primo, quod solutiuum tertij posset fieri tale secundi; ut patet intelligenti.

Sed ad completiorem doctrinam de dosibus medicinarum habendam sciendum, quod medicinae redduntur debilius uirtutis ex permutatione regionum; ut tertio technico commento nono, & quarta primi nono capitulo inquit. scamonea nanque in his, qui in frigidis morantur regionibus, non operatur nisi debiliter, nisi magna inde detur quantitas; sicut est mos in terris Turcarum. item propter indubitam custodiam earum ab apothecarijs; ut cum non retinent eas, ut debent; nam aliquando debet medicina conseruari clausa, ne ab aere &c. item in tali re ipsius conseruatiua; ut uerbi gratia, debet rhabarbarum conseruari clausum submersum in pulio, aut milio, & dimittitur discooperatum, non submersum; unde eius uirtus amittitur.

Similiter propter aetatem, ut supra; quia medicina est antiqua. item ex modo substantiae de nouo acquisitae; ut cum solutiuum est durius debito, ut supra de pilulis. consimiliter considerare oportet difficultatem educationis humoris; ut quia grossi, uiscosi &c. in eleuando dosim medicinarum.

Sed aduertendum est, quod cum per bonas complexionem, & bonitatem humoris stet fortitudo uirtutis humanorum corporum; si humores innaturales, & mali multiplicatur, pro certo desunt uirtutes; sed deficiente uirtute alij paribus debet dosis solutiuum minorari. ergo in modernis corporibus doses eorum minorari debent, tenet consequentia; quia moderna corpora malo utuntur regimine; propter quod mali, & innaturales humores multiplicantur. unde auctores nostri assignauerunt latitudinem dosim medicinarum per tres terminos minorem, maiorem, & medium, quare debilibus minorem dosim, fortioribus maiorem, medijs uero mediam. similiter diuersificando eas per alias medicationes; nam minus de ea exhibetur, cum acuitur per aliam, & magis, si non acuitur. item notandum, quod medicinae cum diu steterunt, sunt fermentatae simul, & impressio solutiuum, tunc est debilius, sed recenter factae habent de uirtute solutiui multum. ex quo infertur, quod tales in quarto sunt in pilulis meliores; quia plus fermentatae, ideo securiores. item medicinae primi, aut secundi gradus debent dari recentes &c. quis ad haec omnia.

Iuxta quae notes, sicut dictum est de alteratiuis, & solutiuis, ut quae sunt alteratiua, siue solutiua in primo, secundo, tertio, & quarto gradu. ita de cibis opinari potest; ut quod quidam primi, quidam secundi, quidam tertij, quidam quarti; uerbi gratia, dicemus, quod cibi temperati sunt primi gradus; ut carnes, haedi, perdicis, caponi, panis frumenti purus; secundi, carnes communes; tertij carnes grossae, & non proportionatae corpori, aut cibaria falsa, acetosa, lubricantia quarti. & notitia horum pendet ex sufficientia graduum superius posita; quod si magis nosce, laboras, simplicia legito, de quibus infra in sequenti tractatu.

EXPEDITIS de quantitate alterantiu solutiuum &c. restat ultimo de quantitate acuentium consolantium, siue deferentiu medicinas ad determinata loca quicquam dicere pro quo sciendum, quod medicinae saltem solutiuae altera additur medicina, altera quatuor causarum; aut ut acuat, aut ut consoletur, aut ut malitiam corrigat, aut ut eam deferat; ut supra. si autem additur, ut acuat, ducat, uel consoletur; non est opportunum, ut tale sit, quale cui sit additio,

Natura ingenitum & infixum non arte uincitur sed lenitur.

Regiones medicamentorum uim immutare

In nostri temporis corporibus dosis cur minuenda.

Practica. Sau.

nam medicina solutiue, quæ acuantur, ut plurimum acuta sunt. addere autem in acutis cauendum est, ut Mesue, de consolatione in canonibus: Omnis medicina laxatiua quanto temperamento uicinior, tanto incolumior. debemus ergo ipsas in tanta dosi ponere, quod ad dosim medicina laxatiua conuenienter ueniant. unde de consolantibus inuenio, quod diuersimodè auctores nostri posuerunt diuersas quantitates; nam aliquando ponunt tertiam partem ita, ut solutiui ad consolantia sit proportio dupla; ut uerbi gratia, aloes. 3. ij. consolantium. 3. j. ut patet in hiera Gal. septimo therapeutica secundo capitulo, et per Mesuè auctoritate filij zoar. capitulo de turbith. de acuentibus uerò inuenio, quod aliquando ponitur æqualis quantitas; quandoque quarta pars. exemplum primi. R. agarici, sal gemmæ, ana. 3. j. fiant trochisci cum secaniabin: et hæc descriptionem ponit Mesues capitulo de agarico auctoritate Dioscoridis. exemplum secundi. R. agarici. 3. j. s. sal gemmæ. 3. s. & hanc inuenies allegato loco auctoritate Halyab. & quia ista acuetia sunt multum suspecta, & præcipue acuitas sal gemmæ, hinc existimo tutius fore minuere quantitatem, quantum est possibile. et dicitur quantum est possibile; quoniam aliquando propter debilitatem, & tarditatem suæ operationis oportet augere dosim acuentis, & aliquando erit medicina solutiua satis fortis, & citæ operationis, & nollemus ipsam uelocitare, & tunc minuemus. item aliquando fortificare purgationem, siue euacuationem; & tunc erit etiam opportunum augere, & consimiliter aliter uariare secundum uarias intentiones. unde finaliter, ut inuenio, existimo dicendum, quod conueniens proportio solutiui ad acuentem erit proportio decupla, ut dicamus. R. agarici. 3. j. sal gemmæ grana sex; & hac utuntur plures moderni considerantes debilitatem, & hominum nimiam sensibilitatem; hoc tamen uariari potest, & debet, ut dictum est. de producentibus dicendum, sicut de consolantibus; uerum, ut ex dictis apparet in fine præcedentis capituli, non habetur certa regula; unde hæc uariari possunt secundum magis, & minus, ut uariæ habentur intentiones; tu tamen te super dictis auctorum conformem facias. si uerò sit additio, ut malitiam corrigat; cum hæc correctio non possit fieri solum per remittentia, & debilitantia, sed per prohibentia, quæ prohibitio non uidetur posse fieri nisi ab æquali in uirtute; idè oportet, ut additio fiat secundum eandem quantitatem; ut uerbi gratia, grana septem scamoneæ addemus septem grana mastiches, aut dragaganthi. unde Mesues docet, quod colocynthis detur cum æquali quantitate ladani; quia ladanum à proprietate resistit nocuentis colocynthidos. item potest alia ratio assignari; quia proprietates effectus à forma specifica non possunt impediri nisi à contraria dispositione, quæ sit æqualis uirtutis; & hoc ut plurimum stat cum æqualitate quantitatis. pro his tamè ultimò notandum, quod hoc quod dictum est, intelligitur, quando medicina acuta non associantur cum his, quæ reprimunt complexionem earum; quoniam, quando cum his associantur; ut, si cum scamonea ponantur succi frigidi, camphora, & huiusmodi; tunc non eget mastichæ æqualis quantitatis; cum formæ specificæ non agant nisi mediantibus suis complexionibus; ut Auerrois secundo physicorū; nam magnes non attrahit, si cum allio fricetur, nec charabæ, nisi calefiat. si igitur detur medicina simplex sine his; debet tunc poni æqualis quantitas, & non aliter. sed fuerit hæc moderata in fine præcedentis capituli.

ET CUM PHEBOTOMIA inter euacuantia numerari habeat, cum sit euacuatio uniuersalis; quarta primi capitulo de phlebotomia. hinc cōgruum uidebatur de quantitate eius dicendum; uerum, cum copiosiore tractatum de phlebotomia Auicē. scripsit allegato loco; te ad ipsum perlegendum meritò remitto. tamen, ut à me hac parte ex toto uacuis non recedas; facias, quod phlebotomia sit aut ratione euentationis, aut gratia diuersionis, aut quia per eam euacuatio intenditur. de ea autem, quæ gratia diuersionis sit, dari non potest certa quantitas; nam aliquando fortis, & multa diuersio est necessaria; aliquando pauca, & debilis, & tunc oportet augere, & diminuere secundum instantes necessitates; unde relinquatur in medici periti

discretionem. Si gratia euentationis; tunc in iuueni forti, & carnosio quantitas erit usque ad .v. & hanc quantitatem aliorum, aliarumque ætatum opera. Si gratia euacuationis; tunc in tali iuueni quantitas erit communis usque ad .x. hanc tamen pertransire licet, ut, si talis synocham inflatiuam pateretur; unde & plus, & minus euacuare oportet de sanguine; immò & aliquando usque ad syncopim, & hoc secundum imminentem necessitatem, quæ omnia medicorum discretionem, ut supra, relinquuntur. et, si bene consideres, multa sunt in peritia medici reposita. item notes dictum, & quasi præceptum principis quarta primi capitulo de phlebotomia apud principium. phlebotomandus præterea supinus iacens phlebotometur; quoniam hoc est conueniens ad hoc; ut ipsius cōseruetur uirtus; & ne ei superueniat syncopis, quam plurimi incurrunt. unde miror, quod hic canon tam utilis à partibus nostris non continuè seruetur, ipsum quoque tanquam ultimum serua.

SED CIRCA DICTA cadunt tria dubia.

Primum, si datur de aliquo solutiuo in substãtia. 3. j. quantum de eo debet dari in infusione, uel decoctione, ut patet duplum, triplum, & huiusmodi.

Secundum, in quo gradu solutiuorum poni debent electaria solutiua ab auctoribus communiter posita, & usitata, ut sunt diaphoenicon, electarium de zuccharo, electarium hamech indum, & huiusmodi.

Tertium, si poni debet differentia inter infusionem, & decoctionem.

AD HÆC SATISFACIENS pro posse dico ad primum, quod ab auctoribus usque nunc nil notum inueni; sed que uenando cœperim ad te sincere transmitto. Mes. capitulo de turbith inquit. dosis eius contriti est à .3. j. usque ad duas, & decocti à .3. ij. usque ad .iiij. Serapio secundum Halyab. capitulo de turbith contriti à .3. j. usque ad .ij. in decoctionibus uerò usque ad .iiij. & Dionysius in decoctione usque ad quatuor: ex quibus patet, quod duplicatur dosis in decoctione saltem turbith. Mes. uerò capit. de sena inquit. dosis infusi ab aureis. ij. usque ad .3. j. Serap. secundum Habix. capitu. de sena sicca. 3. j. in decoctione. 3. v. et Alman. octauo tractatu de sena à .3. iiij. usque ad septem in decoctione, & in diuisionibus minorem dosim adhuc ponens dixit à .3. iiij. usque ad sex. Halyab. uerò secundo practicae capitulo de folijs potio triti. 3. ij. in decoctione uerò à .3. v. usque ad .vij. ex quibus habes, quod triti dosis est. 3. j. uel tres, & sine dubio datur corporibus mediocribus usque ad tres. 3. & usque ad .iiij. unde hic uariam proportionem comprehendis dosis. scilicet in decoctione ad dosim in puluere; & primò secundum Mesuè quoniam existimo, quod cum dixit ab aureis. ij. quia tunc tetigit maiorem dosim secundum ipsum ipsius contriti, quàm minorem dosim fecit in decoctione. unde sicut loquitur præcisè de myrobalanis citrinis constituens maiorem dosim cōtriti minorem in decoctione. et potest hoc esse quasi sicut regula; & sic secundum ipsum est proportio dupla superbipartiens tertias, & hoc aureum in proposito intelligendo. 3. sed de hoc infra. secundum Halyab. est proportio quintupla, quæ est maior; secundum uero Almansorem est dupla, aut dupla sexquiertia. similiter secundum Halyab. de rhabarbaro inuenio à Mesue, sic. potio contriti. 3. j. usque ad .iiij. infusi ad .x. ecce quomodo, hic est maior proportio; quia dupla sexquialtera, quàm aliqua ex dictis. de myrobalanis inuenio sic Mes. citrinorum tritorum à .3. ij. usque ad quinq; infusorum uerò à .v. usque ad .x. Emblicorum ab aureis. j. usque ad .iiij. infusorū ab aureis. ij. usque ad sex. et hic cadit proportio dupla, ut de turbith dicebatur. Mesues de agarico inquit. contriti. à .3. j. usque ad .ij. in decoctione usque ad quinq; & est dupla sexquialtera; ut de rhabarbaro dictum fuit. Mesues de aloe ab aureis. v. usque ad .ij. in infusionibus usque ad .iiij. & hæc est sexquialtera, & in diuersis diuersa inuenies. ex quibus inferri potest, quod adhuc ab auctoribus nostris nulla efficax regula composita fuit. infertur secundo, quod si aliqua ab eis potuisset dari, cognita fuisset. infertur tertio, quod nulla certa dari potest; quoniam & illam antiquiores nostri nobis in his perspicaciores cognouissent; ex quibus posset dici ad dubium.

Verum, quia ex hoc non habetur, quod queritur; hinc quid

Phlebotomia speculatio.

quid in re ista perscrutatus fuerim: vt menti tuæ melius satisfaciā, sic pace aliorum referabo. accipio enim, quod scribitur à Mesue, quem in toto sequaris consulo, de consolatione medicinarum capitulo primo, summæ secundæ inquit. Omnia enim, quorum virtus facillè resoluitur, aut sunt debilis texturæ, aut virtutem positam habent in superficie, debili coctione indigent: superflua enim coctio resoluit virtutem: & sunt huiusmodi; viola, capillus veneris, epithymum, & parum infra in eodem. decoctio quidem impetuosa inflammatiua resoluit virtutem medicinæ. quare tua interest decoquere commensurando calorem, & proportionando illum substantiis rerum, & virtutibus debilibus, & fortibus. ex quibus colligitur primò, quod vario modo variæ medicinæ decoqui debent: secundo, quia decoctio resoluit virtutem medicinæ: tertio, quia in huiusmodi decoctionibus attendenda est substantia medicinæ. propter quæ existimo dicendum, quod medicinæ, quæ, sunt solidæ substantiæ, & satis densæ aliis paribus minus de virtute per decoctionem amittunt. quæ, verò sunt raræ texturæ, & non solidæ plus aliis partibus: quæ autem mediocres medio modo. exemplum primū; vt myrobalani, turbit. exemplum secundū; vt capillus veneris, thymus; epithymus. exemplum tertij; vt agaricus, rhabarbarum; & huiusmodi. ita quod imaginor tres modos gradus, & quod quilibet gradus habet mansiones, vt supra. & in primo pono myrobalanos, &c. in tertio capillum veneris &c. in secundo agaricum, &c. & per hoc poteris reducere medicinas alias ad has earum soliditatem, aut texturæ raritatem, &c. diligenter considerans. modo ad propositum rediens dico, quod proportio medicinæ, quæ est talis in primo gradu, in decoctione debet esse dupla ad ipsam in puluere, vel contrariam; vt de turbit, & myrobalanis exemplificatum fuit, & causa huius alia reddi non potest, nisi quia antiqui patres nostri, qui his similibus diligentissimam curam adhibuerunt, & experientia docti inuenerunt, quod in decoctione conuenienti talium medicinarum per partes subtiles agentium medietas virtutis earum resoluitur: cuius opinionis fuerunt Mesue, & alij vt supra. si verò fuerit raræ substantiæ, &c. ita vt virtus facillè exhalet, nec decoctionem benè toleret, vt quæ in tertio gradu talis; tunc erit proportio eius in decoctione ad ipsam contritam, vel in puluere plus, quàm dupla, vt dupla sexquialtera, vel circà. vnde Mesue de epithymo inquit. Potio in decoctione à .3. v. vsque ad .xx. & pulueris à .3. iij. vsque ad septem, si autem mediocris fuerit substantiæ; vt quæ in secundo gradu talis inueniatur proportio media, vel circà; vt de aloe exemplificabatur. & licet hæc variare aliquando contingat; non tamen credo ab eis multum esse elongandum: vnde te considerare oportet vltra diuersitatem densitatis, & raritatis medicinæ locum virtutis medicinæ saltem per partes subtiles agentis, vt patet. si sit posita in superficie, an in centro, & huiusmodi, propter quod rhabarbarum in decoctione ad ipsum contritum est maior proportio, quàm agarici decocti ad ipsum contritum; quia dato, quod agaricus sit rarioris substantiæ, quàm rhabarbarum, ratione cuius debet esse minor proportio, & agat per partes subtiles igneas, & quæ sint in superficie; tamen non tantum de virtute agarici resoluitur alijs paribus. & causa; quoniam partes igneæ, per quas agit rhabarbarum sunt in superficie magis, & in centro minus profundatæ, ad quod concurrunt, quod partes calidæ rhabarbari sunt magis igneæ, & ex consequenti citius resoluibiles: agarici verò magis aeræ interioris magis profundatæ: vnde rhabarbarum ponitur calidum, & siccum in secundo. & sic per graduationes ipsorum cognosces in alijs suo modo, quod dictum est, de partibus aeris, & igneis fundatis, aut non fundatis &c. de quibus similiter opinandum.

Sed statim quæres tu; declarasti proportionem, quæ est medicinæ in decoctione ad ipsam in substantia, nunquid sit eadem ipsius infusæ ad seipsam in substantia.

Pro isto dico, quod reperio in pluribus locis sic decoctionis, vel infusionis ita, quod non videtur ab his poni differentia inter decoctionem, & infusionem, quantum est ex hoc, quod plus, aut minus amittatur de virtute medicinæ per vnā quàm per aliam. inde in Serapione secundum Hebe

A Mesue myrobalanorum citrinorum infusio, vel decoctio. & Serap. septimo practicæ, nigrorum infusio, vel decoctio, & Mesues de absinthio decocti, aut infusi potio. & causa potuit fortasse esse hæc: quoniam sic per decoctionem partes subtiles exhalant, & debilitatur medicina, sicut per infusionem medicina debilitatur, per infusionem saltem notabile & conuenientem, quæ esse debet saltem. 12. horarum, vel circà; quia partes actuales frigidæ eius, in quo medicina infunditur, exterminant calidas partes subtiles aereas, vel igneas medicinæ. secundo, cum solum partes subtiles medicinæ remaneant in infusione sequestratæ à terreis, à quibus potentiam assumebant, vt supra; hinc virtus medicinæ multum debilitatur; propter quod fortasse vt dictum est, tantum hoc modo de virtute medicinæ amittatur, quantum per decoctionem, fortasse cupis scire, quid in re sentiam. ego verò patribus meis veteribus, quos obsecro imitari velis semper adhærens, hoc loco non aliter sentio; cum ab eis argumentum non concipiam, quo alteri parti adherere possim.

B Sed, vt ad speculationem te moueam, quàm maximè congratularis, quæritur, propter quid partes zucchari in decoctione temperata sic se defendunt, quod, donec aliquid sit de aqua, in qua fit decoctio; nihil de zuccharo, vel de partibus eius consumitur; vt experti apothecarij testantur; & tamen de turbit, & de alijs solutiuis solidioris substantiæ per decoctionem temperatam partes resoluuntur, & consumuntur, &c. secundo quare partes solutiui subtiles remanentes in decoctione non sunt potentiores his, quæ in infusione remanent; cum sint fundatæ in partibus terreis densioribus. & tu considera. nam; & si hæc positiua sint; tamen posui; vt speculeris circa modum substantiæ medicinarum, & qualiter partes earum ad seinuicem habent; vt subtiles cum grossibus; & si in superficie, an in centro. hoc. n. bonus practicus considerare debet. & sic patet ad primum.

C AD SECVNDVM dicitur, quod ex dosibus vsualibus habetur responsio; nam electaria solutiua, quorum dosis est vsque ad vnc. f. possunt poni inter secundum, & tertium, vel saltem in principio tertij; ita quod sint sicut temperata inter solutiua, & ponuntur, sicut temperamentum in medio; nam sunt media inter debilia, & fortia solutiua; cuiusmodi est electarium de fenichia, id est, de dactylis, & est, diaphœnicon, electarium hamech indum &c. quæ verò hunc terminum transcendunt, & dantur de eis. 3. vi. & vsque ad vnc. i. sunt in secundo collocanda; vt diacatholicum, diesene, & huiusmodi. & patet per hoc, quid de alijs dicendum diligenter speculanti. sed iuxta hæc nota, quod; cum quærimus solutionem ventris, & eius lubricantem per medicinam agentem per partes subtiles; debemus eam dare in infusione vel decoctione; si autem post solutionem quærimus stypticitatem; debet dari in substantia; & hic canon habetur à Mesue capitulo de rhabarbaro. & si queratur, quare moderni plus multo vtuntur infusionibus, quàm decoctionibus; credo dicendum, quod propter duos; quia habilius fit infusio, quæ, vt dictum est, videtur esse æqualis decoctioni &c. secundo nõ sic quilibet scit leuem, & temperatam decoctionem facere. vnde medici apothecariorum errorem timentes præeligunt infusionem. vltimò, quia dictum est de dosi minori, maiori, & media, & infra dicetur, & exemplificatum est de extremis, & statim etiam exemplificabitur de medijs, ut habita notitia extremorum habeas & medijs, debes hoc loco adducere regulam tuam ad inueniendum medium in latitudine vniformiter difformi; nam coniunctis extremis resultat totum, cuius medietas est medium inter illa, vt patet intuenti, &c. ex quo patet latitudinem dosium esse vniformiter difformem.

D ET, QVIA MODVS de solutiuis positus, & si sit ab auctoribus vsus; tamen non omnibus notus, nec practicus; vt in eo te clariorem reddam: hic ab ordine, quo dictum est plurimum exempla subscribam; vt & promissioni satisfaciā.

Solutiua primi gradus cum dosibus. succus rosarum, cuius dosis ab vnc. i. vsque ad duas. succus violæ, cuius dosis ab vnc. i. vsque ad duas, aqua lactis ab vnc. vij. vsque ad .viij. aqua expressionis cucurbitæ elixæ, siue frixæ semper hæc cum zuccharo dulcorata ab vnc. iij. vsque ad .vj. aqua gra-

natorum cum suis pulpis contritorum ab vnc. iiii. usque ad vj. aqua fructuum descriptione Mesue ab vnc. ij. vsq; ad. iiii. aqua decoctionis capilli veneris ab vnc. iiii. vsque ad lib. pulueris euaporatorij à. 3. ij. usque ad. iij. ius galli decrepiti usque ad lib. ij. aqua expressionis prunorum usque ad lib. stoechadis ab. 3. v. usque ad. vij. thamarindorū aquæ ab vnc. usque ad. v. uolubilis, potio decoctionis magnæ, & est lupulus ab unc. i. usque ad. iiii. & sicut dictum est, iste gradus, ut cæteri, habent mansiones: nam, si bene nouimus ea, quæ dicta sunt in prima mansione primi; erit ius galli decrepiti; quia de eo datur maior dosis; propter quod etiam à secundo gradu magis delongatur. in tertia uerò mansione erit succus rosarum, secundo succus uiolearum; quia eorum, ut patet, inter hæc minor est dosis. mediæ uerò, quia secundæ; erit aqua fructuum, & huiusmodi; quia inter hæc eius dosis est, sicut media, & illa quorum dosis est usque ad. v. quorū uerò dosis sunt vsque ad. vi. vii. viii. plus sapiunt naturam primæ. unde, ut de alteratiuis dictum est, ita de solutiuis; quia quædam plus ad latus secundæ: & similiter secundi tertiæ, & similiter tertij &c. quod dictum est de gradu primo, & suis mansionibus solutiuiorum, intelligendum est pariformiter de secundo, tertio, & quarto, de quibus seriatim.

Solutiua secundi gradus cum suis dosibus. cartamus, cuius dosis est ab. 3. iiii. usque ad. v. casia fistula ab unc. i. ad. ij. centaurea à. 3. tribus usque ad unc. i. s. succus fumiterræ ab unc. i. usque ad. ij. puluis epithymi à. 3. iij. usque ad. vij. manna ab unc. i. usque ad. ij. myrobalani citrini. à. 3. ii. usque ad sex. rhabbari contriti à. 3. i. usque ad. iij. fenæ decoctio à 3. iij. usque ad unc. & plus ualet eius decoctio, quam si substantia detur.

Solutiua tertij gradus cum suis dosibus. agaricus, cuius dosis à. 3. i. usque ad. ij. contriti. Aloe ab aure. s. usque ad. ij. aristolochia à. 3. i. usque ad aureum unum. asarum ab aure. i. usque ad. iij. hermodactyli ab aure. i. usque ad. ij. lapis armeni loti à. 3. i. usque ad. ij. & dicitur loti; quia non lotus magis tendit ad latus quarti; unde supra aliquod solutiuum in substantia est in tertio gradu, quod in decoctione est in secundo, ut patet. mezereon à. 3. s. usque ad. i. & ut patet est in tertia mansione tertij. opopanax, cuius dosis est à. 3. i. usque ad. ii. cyclamini ab aureo uno usque ad. iiii. & ut patet est in prima mansione tertij. polypodium, eius decoctio est à. 3. ii. usque ad aure. iiii. psyllium à. 3. i. usque ad. iiii. sarco-colla à. 3. i. usque ad. ii. turbith à. 3. i. usque ad. ii. ireos à. 3. i. usque ad. ii.

Solutiua quarti gradus cum suis dosibus. catapucia, cuius dosis secundum modernos est à granis eius. iiii. usque ad v. & si stomachus est fortis, da integra; si debilis, da contrita. herba autem recens non est ita fortis; unde & rustici, & qui sapiunt eorum naturam aliquando mediam parosidem, & ultra catapuciam comedunt; ut ascellent, & quinquies, uel septies, ut retulerunt, eorum uentres ferreos soluit. Vidi quosdam etiam delicatos, & hoc modo, & etiam in salaturio uti, qui ex ea iuuamentum se afferunt consecutos esse; quia quod intendebant; quia solutionem uentris consecuti sunt, sed tales non considerant eius nocumenta, quando non aliter, quam assumunt præparata est, nec ea sic uti uelis. colocynthis à kirat sex usque ad. x. cucumer asininus à granis. x. usque ad. 3. s. elleborus niger à kirat sex usque ad 3. ii. uel. iiii. puluis corticis radicis esulæ à kirat. ii. usque ad septem; & hac herba, ut de catapucia dictum est, uidi quosdam in salaturio uti, ut beneficiū uentris haberent. euphorbium à kirat. i. usque ad. iiii. cherua à granis. v. usque ad. vii. ferapinum à. 3. s. usque ad aur. i. scamonea à granis. v. usque ad. xii. & secundum quosdam usque ad. xv. & de aliis per te hoc modo ordinare poteris. & quia de aureo facta est mentio, de quo non parua diuersitas apud auctores inuenitur; ut tecum omnia communicem, quæ transuidi; hoc loco suscipe. communiter tenetur; quod aureus in medicinis debilibus sit pondus. 3. i. s. in fortibus. 3. i. Simon Ianuensis. aure. est pondus. 3. i. s. auellana tantundem quod addidi; quia frequenter in antidotariis inuenies ad quantitatem auellana. Mundinus in medicinis magnis; ut theriaca &c. est pondus. i. 3. & consimiliter haberet dicere de hiera, & posset eius opinio confirmari per hoc; quia nono allegato capitu

Kirat arabibus, est pondus triū granorū.

Aureus quid.

lo de dolore, & apostemate stomachi post descriptionem hieræ dicit: cuius dosis est ab aureis duobus usque ad. 3. ij. & ly vsq; addatur termino maiori, sequitur quod. 3. est maior aureo &c. sed quidam modernorum, quos non pauci sequuntur, aureū pro. 3. & 3. pro aureo enuntiant, ex quibus oibus cōprehendere potes facilitatem, & difficultatem in rectè medendo corporibus humanis; nam huic arti ætatem sufficere non sentio. iuxta illud Hippo. Vita breuis, ars uerò longa, quare sophisticas quæstiones, & enigmata aerea fugito; & his, & similibus studium tuum applica; si boni medici nomen sortiri concupiscis, & hæc de quantitate medicinæ sufficient.

ARGUMENTVM IN CAP. V.

De signis prognosticis agetur. eaque, quæ mortem denuntiant, sumuntur aut ex parte uirtutis, aut ægritudinis, aut utriusque. uirtus est triplex; uitalis, animalis, & naturalis, si hæc simul deficiunt; malum, & mortem significant. si uerò uitalis; malum; si autem animalis; nō est desperandum; si naturalis; est consideranda. ex parte ægritudinis longitudo, & breuitas morbi declarantur à signis, quæ trahuntur à materia morbi; ut crassa, uiscosa, multa, & huiusmodi, quæ uelociter contrariantur à uirtute; ut uirtus debilis ad comparisonem ægritudinis. ab extrinsecis; quia tempus proportionatum est, aut disproportionatum. quæ signa demonstrant paruam ægritudinem euadere fortiolem, ea exhauriuntur à substantialiter inhærentibus, ab operationibus, à qualitate mutata, & ab exeunte mutata, signa sunt nonnulla perpulchra; ut lac mulieris dimulsum super ægritūrinam natabit, si urina super urticas proieceris non corrupta, si metridatum prouocabit sudorem salutem significabunt. alia multa in cap. docebuntur, quæ magno nobis erunt usui.

QUONIAM ex prognosticis non solum gloriam, uerum & sæpe infamiam adipiscimur; cupiēs tuæ gloriæ continuo fauere uolui hic addere capitulellū; quod te præuisum reddam; ne ex tuo prognostico in uulgi detractionem peruenias. primum etenim est, in quo te hortor; ut in prognosticis tardus habearis; nam rem ipsam semper maturè delibera, ut scio, facies; nam, sicut prudentis est examinare res maturè; ne facili concludatur in falsa, & labatur; sic prudentis medici est prognosticum maturare; ne facili inaduertentia in falsum iudicium corruat; infinita. n. sunt, quæ possunt faciliter medicum in prognosticando decipere, ut ex dictis faciliè comprehendi potest.

Considerata itaque hac in parte, aut sunt sumpta ex parte uirtutis, aut ex parte ægritudinis, aut ex parte utriusque simul. si parte uirtutis; cum triplex sit uirtus, uitalis, scilicet à qua spiritus omnes procedunt; animalis, & naturalis; debes has simul considerare, & adinuicem proportionare, quod, si uideris ipsas simul deficere; poteris indubiè malum & mortem prognosticare; si alteram tantum, ut uitalem, cū aliarum principium sit, & fundamentum, prima primi de uirtutibus primo capitulo; adhuc malum prognosticatus eris; si uerò animale tantum, & tunc non debes desperare; si naturalem debes diligenter considerare: quoniam & ipsa multum suspecta est; tamen prius consideranda est uitalis, deinde naturalis, ultimò animalis, quæ minus suspecta uidetur. plus enim ad esse, & uiuere facere uidetur naturalis, quàm animalis. sis ergo semper memor; ut omnes has hoc modo consideres; ut cognito tenore uirtutum possis prognosticum deponere. Si ex parte ægritudinis; tunc, uel hoc erit prognosticando de longitudine, & breuitate eius aut, quia hæc parua ægritudo inueniatur, futura magna; aut de difficultate, & facilitate curæ eius; aut quia salubris, aut mortalis, aut super ægritudinem superuenientem prognosticari super ægritudine præsentis.

Signa, per quæ comprehenditur longitudo, aut breuitas ægritudinis in uniuersali sunt signa sumpta à materia morbi,

Virtus triplex

bi, à virtute, & ab alijs extrinsecis. à materia morbi; quia grossa, viscosa, multa, quieta, frigida, aut profundatur longè in loco, aut diuersæ substantiæ, & huiusmodi, quæ veloci resolutioni contrariantur. à virtute; quia virtus debilis in comparatione ad materiam ægritudinis; quia non potes ipsam non nisi longo tempore superare. ab extrinsecis; quia tempus est disproportionatum, aut proportionatum, seu fouens; vt. 1. aphorif. xxv. æstiuæ quartanæ magna ex parte breues; autûnales verò longæ, & maximè quæ hyeme attingunt. consuetudo, aut inconsuetudo cadendi in similem ægritudinem, & sic de alijs, vt supra. & descendendo ad particularia magis; vt ad febrem, & præcipuè in qua reperitur diuersitas temporis, sunt longitudo, & breuitas paroxyfmi. anticipatio, & postpositio, fortitudo, & debilitas, & modus ægritudinis, longitudo accidentium, fortitudo eorû, tempus declinationis paroxyfmi longius priori, vel breuius. & an post paroxyfimum remaneat mundificatus, vel circûuolutus. & pro his recurre supra, vbi de hoc in tertio capitulo.

Signa, per quæ cognoscimus difficultatem, aut facilitatem curæ eius; sunt signa, per quæ comprehendimus ægritudinem esse proportionalem, & disproportionalem; & hoc statim in principio attendere debes; nam ex proportionalitate arguitur facilitas curæ, & ex disproportionalitate contrarium; vt prima aphorif. 1. 4. & ipsam periculosiorem fore.

Signa autem, per quæ prognoscitur paruam ægritudinem fortiorem fieri debere per ordinem ponentur. tu tamen in omnibus singularia signa non expectes; nam ex his ad particularia magis te ipsum transferas, de quibus in suis rubricis infra in sexto. patieris ergo; si vniuersalia quædam certo ordine monstrabo, per quæ vniuersalem notitiam habebis.

Incipiens itaq; à capite, & à signis sumptis ab operationibus saltus faciei perseverans torturam oris, incubus perseverans epilepsiam denuntiat, tristitia perseverans sine manifesta causa melancholiam denuntiat, apparitio muscarû, & capillorum ante oculos, nisi stomachus fuerit in causa; cursum aquæ ad oculum pronuntiat. rheumata continua, & sine interpolatione faciunt timorem phthisis, & maxime si salsa fuerint. fortis syncopis, & crebra sine manifesta occasione mortem nuntiant, repletio superflua perseverans sputum sanguinis minatur apoplexiam, & mortem subitam. stupefactio, & relaxatio motuum apoplexiam significat. grauitas lacerti dextri vsque ad hypochondria ægritudinè hepatis significat. laxitas, & membrorum contractio sine causa manifesta cum casu appetitus febrem nuntiat. priuatio appetitus cum syncopi cholericam significat. grauitas, & extensio, quæ est sub renibus, & ventre, significat ægritudinem renum, pruritus in ano perseverans hæmorrhoidas denuntiat; nisi in intestinis sint vermes innati. dolor capiti fixus, & perseverans, vt soda, denuntiat futuram catarrhactam, aut pupillæ dilatationem. à qualitate mutata. Rubedo oculorum, & venarum, quæ sunt in eis cum fluxu lachrymarum, & fuga à lumine cum forti dolore capitis, denuntiat apostema calidum cerebri. squaliditas faciei, & tumor palpebrarum, & digitorum manuum, & pedum hypofacram denuntiant. fætor stercoris significat super nauseam: fætor vrinæ febrem; & putrefactione: morphea, & fortis rubedo faciei cum strictura anhelitus, & vocis læsione lepram significant. ab exeunte mutato sudor multus perseverans significat repletionem. stercus multum tinctum timorem icteritiæ significat. vrina vstiuua perseverans vlceratione in virga, & vesica significat. stercus adustum in orificio ani vlcerationem intestinorum significat. multitudo pustulæ in corpore apostema magnum significat. multa noda apparentia faciunt timere de nodo magno. & vniuersaliter dico, quod, quando permutatur aliquid ex cõsuetis; significat ægritudinem futuram; sicut appetitus superfluus, aut diminutus, aut augmentum, aut diminutio in superfluitatibus, aut multus somnus, aut paucus, aut alia accidentia præter ista.

De signis autem salubribus, & malis in ægritudine apparentibus tibi quædam, & principaliora eo ordine, quo

A supra velut exemplaria ponam: sat enim est, si cum his paucis ad ea plurima Hippocratis, Auicennæ, Auerrois, aliorum; in hac parte scribentium copiosè te inuitauro.

De signis bonis incipiens à substantialiter inhærentibus; vt contemperantia æqualis in toto, pulsus bonitas, & fortitudo, per quem etiam comprehenditur virtutis robur, anhelitus temperatus, figura faciei similis figuræ sani existenti, venter tractabilis non durus, neq; apostemosus mediocriter se habens. ab operationibus caliditas sensus, bonitas, decubitus motus, bonitas appetitus, & huiusmodi. à qualitate mutata; vt quia color faciei similis est colori sui ipsius sani. ab exeunte mutato stercus æquale inter grossitiam, & subtilitatem coloris aurei, & hmõi. vrina citrina in fundo habens hypostasim albam, continuam, suspensam, & hmõi, sputum albû medium inter grossum, & subtile, malo carens odore, vnde sputum, quod facile expuitur in peripneumonia, & pleuresi, salutem significat, & per maiorem aut minorem elongatione signorum ab his, quæ videbis in ægritudine cõprehendes dispositione corporis magis aut minus à sanitate esse elongatam. similiter, vt magis extendam in ægritudinibus acutis siue febribus, sudor in die cretico in calore tēperatus in toto corpore equaliter existens malo carens odore; salutem significat. fluxus sanguinis nariû in febribus sanguineis, in apostemate cerebri, & intestinorum in die cretica salutem significat. sed pro his, & dicendis nota, qd sepe replicatum est perseverans; quia, antequam prognosticû deponatur; debet eorum perseverantia expectari. pro quo sciendum, qd calor præter naturam mensuratur mensura caloris naturalis; vt quia cum calor naturalis deficit; ita & præternaturalis; nam ex inaduertentia ad hoc plurimi famosi viri meo tempore decepti remanserunt; quia, cû perceperunt tarditatem in pulsu; enuntiauerunt necessitatem esse diminutam, similiter & febrem, & astantibus spem salutis præbuere, & sequenti die, vel circa ægrotans moriebatur, talis autem tarditas ab vltima debilitate virtutis, & non à diminuta necessitate proueniebat. & si per signa bona, quæ dicta sunt, mala faciliter cognosci possunt; tamen ex prognostico infamiam quis facile incurrere potest, vt te ab hoc periculo tuear, si valeam in eis aliquantulum me extendere non dubitabo.

C Signa mala sunt, vt dixi, distemperantia in toto, pulsus malus, per quem comprehenditur debilitas à forma seu figura faciei non simili &c. & vt Hippocra. vestigia sequar, facies tornatilis, atque nasus acutus, oculi concaui, tēpora plana, aures pendentes, cutis faciei tēsa, & huiusmodi. quæ omnia intelligi habent merito ægritudinis; quoniam hæc aliquando post fortem euacuationem, aut multam, & superfluum vigiliam contingere possunt. ab operationibus; vt turbatio sensuum, & huiusmodi, vt supra. item quando oculi lumen effugiunt, & inuoluntariè lachrymant malum, & si veloces fuerint, & rubicundi, & vnus altero minor apparuerit, signum mortis. quando labia astringuntur; spasmus cerebri annuntiare videntur, & quando infirmus à capite vsq; ad pedes lecti se iactauerit; mortale: & vniuersaliter, cum infirmus non steterit ad modum sani; malum. & quando infirmus se adhæreret capiendo, seu sustentando se vbiq; & colligit paleas, vel festucas; signum mortis proxime. & quando anhelitus aliquando fortis, & aliquando occultus fuerit intersectus vel intercifus; malum. somnus cum læsionem, vel dolorem inducit; malum. item somnus in senibus superfluus malus, & in quibusdam mortalis, & vigiliæ, in iuvene; malum. malus motus, malus appetitus &c. à qualitate mutata, quando album oculi rubeum fuerit, & ipsius venæ nigræ fuerint, aut obscuræ; signum mortis proculdubio, & maxime in acutis; quia nigredo extinctionem caloris naturalis significat. & albi rubedo repletionem cerebri ex humoribus inflammatis, propter quod eminentia oculi in ægritudinibus acutis, malum signum est; nisi ophthalmia, aut uomitus in causa fuerit. color faciei viridis, uel obscurus, & oculi quasi cineritij in ægritudinibus acutis mortem prognoscitur. quando supercilium, aut labium, aut nasus, coloré luteum habent obscurum; mortis signum. frigiditas extremitatum in acutis mala. quando digiti, & ungues ad obscuritatem, & viriditatem sunt declines, stante

stante pulsu debili; mors vicina est: quod si nigredo fuerit in die cretico cum fortitudine pulsus; salutem significat. ab exeuntibus, quando pustulae borales in lingua apparent cum frigiditate extremitatum; propinqua est mors, quod est; quia significat in cerebro, aut stomacho apostema malum. & quando in carne apparent pustulae ad similitudinem granorum milij; signum malum; quia significat, quod materia pauca digestionem non recipit. stercus viride nigrum fetens, & cum pinguedine in febribus acutis significat mortem, quia nigredo adustionem ultimam, pinguedo membrorum liquefactionem, fetens corruptionem humorum significat. & quando in carne apparent primo pustulae rubrae, deinde ad nigredinem, & uiriditatem conuertuntur; signum malum. & si in acutis aegritudinibus apparent in superficie minima pustulae, ut dictum est ad similitudinem granorum milij; signum malum. stercus album liquidum, quia chilosum in acutis: malum. album stercus icteritiam significat: urina nigra similiter. similiter hypostasis in acutis mortem. urina subtilis aquosa in pueris perseverans malum, quoniam in eis debet esse grossa. urina aquosa in acutis mortem. urina turbida, quando non clarescit, mala. urina sursurea, & laminosa in acutis febribus mala; si uirio renum, aut uesicae non affuerit; quia liquefactionem significat. signa, quae sumuntur ab aegritudine superueniente, sunt, si superueniens sit contraria causis antecedentis, aut quia moueat causam aegritudinis praehabita ad partem diuersam. exemplum primi; ut febris spasmo repletionali superueniens. exemplum secundi; ut cum causam superueniat rigor. & quando varices superueniunt podagricis arthriticis aegritudinibus renum, fluxui haemorrhoidarum melancholiam patientibus, & huiusmodi; & tunc sunt signum salutis. & quia has res subtiliter perferutaberis; ut spero, a teipso multa inuenies, & tu considera. similiter si aegritudo superueniens fuerit fortior praecedenti, aut in nobiliori loco; signum malum; sicut, si in squinantia in quarto die humor ad pulmonem descendit; patiens in septimo morietur. & similiter omnis aegritudo significans aegritudinem, uel fortitudinem causae efficientis aegritudinem mala est; sicut repletio rheumatismum in capite phthisicorum mala est, & singultus in aegritudinibus acutis, quia spasmi significat. ex quibus omnibus patere possunt signa ex parte utriusque sumpta.

Sed ultra haec signa ab auctoribus communiter tacta ad do quaedam non communia.

FINIS PRIMI TRACTATVS.

E Primum, si lac mulieris dimissum super urinam infirmi natabit; uiuet; si uero demerferit; morietur. Secundum, si urina infirmi super urticas recentes projiciatur, & sic steterit per unam diem, & urticae non mortificentur, signum salutis: si uero mortificentur: mortem significabunt. Tertium, si detur cani pasta, qua calida existente astringantur pedes, facies, mamillae, inguina, & manus infirmi, si eam comederit; euadet; si non; morietur. Quartum, si detur infirmo metridatum, & prouocet sudorem; salutem significat; si non prouocabit; mortem. Et, ut ex his habeas ordinatum epilogum, qui forte tibi gratus erit; sic collige, & per signa discurras a capite faciens initium. primo considera dispositionem faciei; ut si si milis sit sibi sano, an non, oculos, palpebras oculorum, nares, tempora, maxillas, labia, aures, & reliquas faciei partes, ut supra: deinde linguam, si arida, nigra, limosa &c. dentes similiter limosi. ultimo de toto capite si dolet, in qua parte, & his, quae uidentur in capite fieri, uel ab ipso prouenire; ut somnus, uigilia &c. motus, phantasia, cogitatio, ut quales phantasias, quales cogitationes, nunquid sit mente alienus, & huiusmodi. descende deinde ad pectus ut considerando anhelitum, pulsus. item tangas pectus, si calor est acutus, igneus, pungitius; uel suavis, si tussim habet, si sreat, aut non, similiter si dolet, & in qua parte. & sic discurrendo per illa, quae ipsi sic contingere possunt, & ab ipso prouenire, ut de omnibus membris aliis facere debes. deinde ad stomachum descendens primo quaeras de appetitu, si sanus, aut corruptus, aut alio modo laesus, si uomitum, nauseam, si dolorem, tensionem, tumorem patiatur, si eructationem acidam, fumosam, acetosam, acrem, inspidam, putridam, & huiusmodi, ut supra. deinde ad hypochondria, si in dextro, aut sinistro grauitatem, tensionem, duritiem, dolorem, uel tumorem senserit. consimiliter de uentre, an tumorem circa umbilicum, an dolorem, uel supra, uel intra, uel ad latus eius nominando dispositiones uentri communes. cum quibus si adiunges signa sumpta ab egestionibus; ut urina, & aliis supra per ordinem in primo capitulo; poteris securè determinationem aegritudinum ad bonum, uel ad malum prognosticum deponere. & haec de prognosticis sufficiant, quae gratia exempli, & ad perfectionem tractatus sic inducta sunt. & si haec pauca menti mandabis; facilius in pelago signorum prognosticorum enatare poteris.

TRACTATV

TRACTATUS SECVNDVS DE SEX REBVS NON NATVRALIBVS NOVM CONTINENS CAPITVLA.

ARGVMENTVM IN CAP. I.

DE SEX rebus non naturalibus est agendum. aer igitur est corpus simplex natura calidum, & humidum. cui mutationes accidunt naturales, & non naturales. naturales sunt, quas consequitur à sole in signorum circulo peragrante, vel ab ortu, & occasu stellarum, à ventorum impetu, terrarum situ, & similibus. non naturales sunt, quas medicus præparat. exercitium est motus voluntarius propter quem anhelitus magnus, est necessarius, quod est temperatum, aut non temperatum. item vniuersale; vt totius corporis; vel particulare; vt alicuius membri. præseruat à morbis quamplurimis. phlegmaticus se moueat multum, cholericus parum, sanguineus mediocriter, & melancholicus nonnihil se exerceat. fiat exercitium post cibi digestionem; sed in æstate mane, in hyeme iuxta meridiem, in vere, & autumnio medio modo. sed, cum exercitium quandoque non resoluat superfluitates omnes; huic adiungimus balneum, & frictions, quorum genera sunt quinque; asperum, molle, attractiuum, diuersiuum, & resolutiuum, balnei verò plures existunt species, de quibus in cap. dicitur. somnus verò est triplex; naturalis, præternaturalis, & medius. omnes operationes fortes efficit, virtutem animalem confortat, lassitudinemque remouet. sed quadrupliciter variatur; ex parte temporis, ex quantitate, & qualitate materierum, ex parte horæ, & ex parte figuræ, seu formæ. de vigilia satis patet intelligenti ea, quæ de somno dicta sunt. repletio & inanitio, sub quibus comprehenditur coitus si debite corpori administrantur; reddunt hominem alacriorem, & audaciorem. tempus ad coitum accommodatum est ante somnum, digestionem non admodum perfectam; sed accommodatius est perfecta digestionem in uentriculo, & quasi in hepate, corporibus sanguineis primum coitus conuenit, deinde colericis, postea phlegmaticis, sed omnium minime melancholicis. præterea ij, qui iuxta adolescentiæ finem sunt, valent ad coitum, ac in iuuentute parum, minus in senectute, minime in postremo. Accidentia animæ; vt sunt ira, tristitia, furor, inuidia, timor, sollicitudo euitentur. de cibus in sequenti cap. agatur.



VM dictum sit in præcedenti tractatu curam physicam fieri diætæ, & potione intelligendo per diætam debitam sex rerum nõ naturalium administrationem in qualitate, quantitate, tempore, & ordine, vt supra; & per potionem medicinarum ipsarum debitam corpori approximationem: hinc de ipsis omnibus sex rebus non naturalibus prius arbitratus sum in vniuersali quicquam dicere. deinde per modum antidotarij de medicinis ipsis singularibus, & communiter à capite vsque ad pedes in ægritudinibus communibus, & particularibus ualentibus quædam recolligere, vt per hæc pauca, & absq; studio magno ægro tantibus, deo auxiliante succurrere valeamus.

AB AERE igitur initium faciens dico una cum Auic. prima primi doct. secunda capitulo de elementis: aer est corpus simplex natura calidum, & humidum, in generatis præstans iuuamentum; ut rarificentur, & subtilientur, & alieuentur, & ad superiora eleuentur. cuius locus naturalis est; ut sit super aquam, & infra ignem, & est eius leuitas comparatiua. & dicitur natura calidus, & humidus; quia accidit taliter corpora humana exiccat. unde Auic. secunda primi doct. secunda tertio cap. & Gal. iij. techni. & Auer. secundo col. ultimo cap. aer in omni sua dispositione corpora nostra exiccat propter uirtutem solis, & stellarum: quod substantifice maximè intelligi habet, & hæc est una de causis aduentus mortis naturalis, ut Auic. prima capitulo de ætatibus. ex quo infertur primò, quod pro aliquo tempore aer humana corpora exiccat, pro quo etiam ab eodem humectantur. infertur secundo, quod ab aere ipso humanum corpus uarias recipit mutationes. ubi notandum, quod aeri accidunt mutationes naturales, & mutationes cursum egredientes naturalè ei contrariæ. sunt naturales mutationes temporales, quas aer acquirit merito peragratiõis solis in circulo signorum; in alio enim tempore ad aliam conuertitur complexionem, ut Auic. secunda primi doctrina secunda capitulo secundo: nam in æstate complexionem calidam, & siccam; in hyeme frigidam, & humidam; in autumnio frigidam, & siccam; in vere temperatam. nota tamen has complexionem graduari secundum intensum, & remissum, secundum quod cum sole dominatur influentia astri, uel astrorum aërem in sua complexionem remittentium, aut intendentium, sicut si cum sole in æstate dominaretur influxus Martis non aliunde remissus, aer in caliditate plus solito intederetur: si verò Saturni remitteretur, & consimiliter de alijs suo mo-

do dicendum. sed statim diceret aliquis; uer est complexionis calidæ, & humidæ: ergo. assumptum est Hipp. in libello de humana natura, & Gal. octauo de ingenio, & Aristotelis quarta problematum, & in libello de sex principijs, inquit. Sanguinei in uere deterius specularunt; quod euenit; quia simile iunctum simili facit ipsum furere; sanguinei calidi sunt, & humidus: igitur. pro his dicendum, quod uer potest dupliciter considerari; uno modo, ut est unum de quatuor temporibus contra alia distinctum: secundo modo, ut ad humanum corpus in sua complexionem comparatur. primo modo est complexionis calidæ & humidæ cum aeri proportionetur cum temperamento tamen.

Secundo modo est contemperamentum; nam ratione actionis, quam facit in corpore humano magis est ei cæteris paribus proportionatum ita, quod hæc contemperatiõ non in æqualitate qualitatum consistit, & etiam proportio nabiliter, ut de sanguine dicendum; ut enim ad alios humores comparatur; calidæ, & humidæ complexionis habetur: prout autem ad corpus refertur, temperatus; quia magis proportionatus, & à natura magis dilectus, & ei amicus, & filius; ut Isaac quinto feb. & elementorum primo.

Et, quia de his temporibus astronomi, & medici diuersimodè sentiunt; hinc sequèdo medicos, quid dici habeat aduertendum, quod æstas ab Auic. secunda primi doct. secunda tertio cap. sic describitur. Aestas est totum tempus calidum, & hyems sibi oppositum est tempus totum frigidum, & quod est inter hæc est uer, & autumnus. ex quibus infertur primò, quod hæc tempora non sunt æqualia. infertur secundo, quod hyems est aliquando maior æstate, aliquando econtra ut notat experientia. infertur tertio, quod uer, & autumnus sunt tempora eis adhuc minora. infertur quartò, quod consimiliter uer est aliquando autumnio maior, aliquando minor, ut patet intelligenti. uariantur etiam hæc tempora secundum uarietatem locorum; nam in aliquo loco æstas est longior hyeme ualde, aliquando econtra: & tu considera. sed, ut de his clarior habeatur doctrina; dicamus cum Auic. allegato loco, quod uer est tempus in quo arbores incipiunt frondescere, & niues de montibus cadere, neq; tunc multis egemus cooperimentis propter frigus, neque paucis propter æstum. & existimatur, quod incipiat; quando sol est in medio tauri circa principium Aprilis, & principium Maij, in quo tempore multiplicatur sanguis, & spiritus, multiplicantur quoq; & ægritudines sanguinolentæ, propter quod nulla est res, quæ ita nos tueat ab ægritudinibus ueris; quàm in phlebotomia, diminutio comedendi, & augmentum

Diætæ
quid hic
sibi uelit.

Aer quid
ac eius in
generatis
iuuamen-
tum.

Mortis
naturalis
summa
causa.

Simile iū
cum simi-
li, facit ip-
sum fure-
re.

Tempora
uarietas
iuxta lo-
ca.

Ver quid
ac eius ini-
tium.

mentum bibendi, vt secunda primi doctrina secunda quinto capitulo. ver præterea est pueris conueniens, & eis, quæ sunt circa ipsos, vbi supra allegato capitulo. autumnus verò est tempus mutationis coloris foliorum, & principium casus eorum, & in quo fontes minorantur, & aquæ ductus. in quo tempore cholera multiplicatur nigra; quoniam æstas adurit humores, & autumnus facit ex eis cinerem. multiplicantur itaq; ægritudines hoc tempore melancholicæ; vt quartanæ, aut quæ ex cholera generantur adusta; vt scabies, impetigines, cancri, & huiusmodi. autumnus præterea malus pueris, & debilibus; vt. x. aphorif. sect. iij. Autumnus tabidis malus. est tamen eius principium senibus aliquo modo conueniens; licet eius finis eos impediât maximo impedimento Auicenna allegato loco. æstas verò est tempus calidum valdè, in quo folia redduntur perfecta, & in cuius fine incipiunt dealbari, & fructus plurimi maturefcunt, neque pannis egemus frigore: sed propter calorem eorum depositione, in quo cholera augmentatur rubra; licet in eius fine cholera nigra augeatur: multiplicantur nanque hoc tempore ægritudines cholericæ; vt tertianæ, caufon, & corporis extenuatio, herispilla, dolores aurium, ophthalmiæ, & huiusmodi. in æstate præterea iuuenes, & senes, & qui eis assimilantur sunt fortiores, vt Aui. allegato loco. hyems est tempus huic omnino oppositum, vt ex dictis manifestum, in quo phlegma augmentatur: in ipso quoque phlegmaticæ ægritudines multiplicantur; vt apoplexia, epilepsia, catarrhi, phlegmaticæ febres, dolores capitis chronici, & hypostases vrinarum plus, quàm in æstate multiplicantur. senibus verò nocet hyems, & eis similiter, qui eis similes existunt; sed mediis iuuamentum præstat, vt Auic. secunda primi allegato loco. astronomi verò hæc tempora equalia faciunt unicuiq; eorū tres menses assignantes incipientes ver ab ingressu solis in arietem, quibus plurimi medicorum applaudunt.

Præter autem has mutationes recipit etiã aer alias quatuor; vt ex ortu, & occasu stellarum, ventorum impetu, terrarum situ, & fumositatibus vaporosis, quas medicus, & merito considerare debet; nam, sicut temporum mutationes causæ sunt ægritudinum inductiuæ, vt Hippocra. primo aphorif. sect. iij. & prima problematum Arist. problemate primo; ita sunt sanitatum effectiuæ, vt Hippo. & Aristote. allegatis locis, & Auicenna quarta primi primo capitulo: propter quod medici negligentes aeris considerationem, ipsius rectificationem, & bonificationem non raro quod nolunt, consequuntur. studeant ergo in hoc principaliter, vt aer eis auxilietur ad inducendam sanitatem, & remouendam ægritudinem siue naturaliter, siue artificialiter; vt cum frigidis infrigidando, & calidis calefaciendo, & sic de aliis, vt infra. vnde Auer. septimo col. primo capitulo. Quando aer contrarius est ægritudini; tunc bonum est infirmo, & gaudium medico. & si aer per se talis non existit; tunc artificialiter medicus facere debet: non enim minorem in corporibus humanis mutationem efficit ipso cibo, aut potu. vnde Gal. tertio Techni. Quando verò distemperatum fuerit continens, id est aer; intantum contemperantiam oportet minui aliorum, in quantum eucrasia ipsius corrupta est: aer nanque cum suis qualitatibus actualibus sibi; ex multitudine planetarum impressis immediate, & continuè cor attingit, spiritum, & calorem totius communem, à quibus sanitas ipsa principaliter dependet, & ex quorum alteratione mutatur. sit itaque medicus aeris primò diligentissimus perscrutator, vt in præcedenti tractatu dicebatur.

Aer præterea, quemadmodum humanum corpus complexionatur; nam quidam temperatus, quidam distemperatus. temperatus est aer non ingrossatus, neque turbidus propter vapores, delectabilis odoris, vel saltem non extranei, quo nec sudant corpora, nec frigescent, velocis mutationis ad caliditatem, & frigiditatem, in solis ortu, & occasu confortans virtutem, & obtemperans complexionem corporum, mundificans humores, clarificans spiritus, & meliorans digestionem. & grossitiei & turbidinis eius signum, quòd stellæ minutæ parum apparent, & quòd splendor, qui ex eis est similiter ex planetis remissus comprehenditur, vt

secunda primi doctrina secunda sexto capitulo.

De distemperantia dici poterit, sicut de distemperantia humani corporis; vt prima primi cap. de complexionibus, vt quòd quædam est simplex; composita quædam, quarum quælibet in quatuor membra partitur, vt dicendo, distemperantiarum simplicium quædam calida tantum; quædam frigida tantum, quædam humida tantum, quædam sicca tantum. consimiliter compositarum adinuicem compossibilem, quædam calida, & humida, quædam calida, & sicca. quæ distemperantiæ compositæ naturales quatuor correspondent iam dictis mutationibus temporaneis: potest. n. labi aer ad vnam qualitatem tantum, quemadmodum & corpus temperatum: eius nanque lapsus ad has qualitates per signa à medico comprehenditur incipiens à caliditate dicendum. signa aeris calidi, aer calidus dissoluit, & laxat, & si fortiter calefit; iuncturas laxat, humores resoluit, in siti augmentum præstat, resoluit spiritum, & deicit virtutem, digestionem prohibet propter hoc, quòd calorem occultum innatum resoluit, qui est instrumentum naturæ, colorem efficit citrinum; propterea quòd humores resoluit sanguineos colorem rubificantes, & cholera alios facit superare humores, cor calefacit calore non innato, facit humores fluere, & ipsos putrefacit, & defert eos ad concauitatem, & membra debilia, & corporibus sanis non est bonus, ipse quoque multum efficit sudorem, & vrinam minuit; confert tamen hydropicis, paralyticis, alcuzez frigidis, spasmo humido, torturæ humidæ, vt Auicenna. secunda primi doctrina. 2. 9. capitulo. signa aeris frigidi, aer frigidus constringit, & digestionem fortiorem reddit, & vrinam efficit multam; quia humores constringit, & in sudorem paruum resoluuntur, egestionem minuit. unde. lxxxij. aphorif. sect. iij. Mictio noctu plurima facta paruam significat deiectionem, & hoc cum fortis non fuerit frigiditas: hæc nanque mortificans est, catarrhum facit, debilitat neruos, & tracheam arteriam magno lædit impedimento, & ad vltimum magis est sanis conueniens, quàm aer multæ caliditatis, vt Auicenna. allegato loco. signa aeris humidis, aer humidus cutem lenit, seu mollem facit, & poros dimittit apertos, corpus humectat, colorem efficit bonum, sed ad putrefactionem, & ad ægritudines humidas præparat, vt secunda primi allegato loco. signa aeris sicci. aer siccus cutem exiccat, & corpus denigrat, & humido omni est contrarius. ex quibus satis apertè comprehenditur aeris distemperantiarum compositarum satis particularis notitia. distemperatur quoque aer præter naturam, vt supra, ex cuius distemperantia corporibus diuersæ accidunt ægritudines tam in substantia eius, quàm in qualitatibus. exemplum primi, vt cum aer efficitur epidemicus ex mitione vaporum corruptentium aerem inspiratum resolutorum ex paludibus, lacubus circumiacentibus ciuitatibus, vel cadaueribus, vel quolibet aliter merito radicis inferioris siue superioris. exemplum secundi, vt cum tempora anni suam non serauerint naturam, vt cum hyems fuerit calida, & non pluuiosa, æstas verò econuerso: aut ex ortu, & occasu magnarum stellarum elongatione, & propinquatione ipsarum ad solem; Aut causa ventorum quatuor principalium; vt meridionalis, cuius complexio calida, & humida existit, septentrionalis frigida, & sicca. orientalis temperatæ caliditatis, occidentalis quasi temperatæ caliditatis; licet videatur ad frigiditatem tendere: aut ex situ terrarum; nam terrarum altarum, aer, & aqua sunt clari, & colores incolarum pulchri, imarum econtra. ex quibus omnibus inferri potest, quòd aeris consideratio est à medico in cura morborum præponenda. studeant itaque, vt supra, quòd aer primo ægritudini cõtrarietur; omnis namq; ægritudo suo curatur contrario, vt tertio Techni. & pluries in præcedenti tractatu.

DE SECUNDA re non naturali scilicet de motu, & quiete; licet motus in plus se habeat, quàm exercitium, & exercitium non sit proprie res non naturalis; tamè per motum intelligimus in proposito exercitium, vt sensus rubricæ sit, de motu, id est, de exercitio, & quiete, id est, cessatione ab exercitio. utrumq; enim sanitatis est effectiuum, & cum superfluit; ægritudinem aptum est inducere. & est sermo

Autūnus quid.

Æstas quid.

Hyems quid.

Senibus hyems cõtraria.

Veris initium secundū Astro-nomos.

Aeris medicus primū sit diligentissimus scrutator.

Ventorū qualitas.

fermo de exercitio; ut per ipsum tantum eius iuamenta quærentur, & non ut est occupatio alicuius humanarum operationum.

Dicamus igitur cum Auicena. tertia primi capitulo de exercitio. Exercitium est motus voluntarius, propter quæ anhelitus magnus, & frequens est necessarius. quod principali diuisione diuiditur in temperatum, & distemperatum. temperatum est motus temperatus, quo corpus perducitur ad principium lassitudinis cum frequentia anhelitus, & sudore fluente in sudare consuetis, & quo color corporis rubricari incipit, & venæ ingrossari. ex quo patet, quid sit distemperatum. item diuiditur, quoniam quoddam est vniuersale, quoddam particulare. exemplum primi, ut exercitium, quo totum corpus exercitatur; ut ludus pilæ absque instrumento aliquo; aut luctatio, seu saltatio. exemplum secundi; ut videre oculi, cantare pectoris, & canæ, & sic de aliis. & licet talia iuxta descriptionem non sint propriè exercitia; tamen, quia per ipsa membra particularia effectus principales exercitij consequuntur; hinc in numero exercitiorum reponuntur. ex quo amplius quoddam est multum, seu diuturnum, quoddam paucum, siue breue, quoddam forte, quoddam debile, quoddam velox, quoddam tardum, quoddam ex horum aliquibus compositum, & inter hæc extrema reperitur æquale. item quoddam nobile, quoddam rusticorum. exemplum primi; ut equitatio, iacere cum arcu, scirimire, cum pila ludere, saltare, & huiusmodi. exemplum secundi; ut ligonizare, dolabrare, ligna incidere, fodere cum ligone, & huiusmodi. ad quæ omnia debet medicus considerare, ut corporibus conuenientia exercitia sciat proportionare, quibus sanitatem inducere cupit.

Ex exercitio iuamenta plura consequitur corpus. primum iuamentum exercitij, quoniam est superfluitatum ex digestionibus relictarum consumptiuum, quo corpus ab ægritudinibus ex ipsis aptis prouenire manifeste defendit: nam, si corpus in omnibus regimine debito utatur; est exercitium aptum ipsum ab ægritudinibus præseruare, ita ut non sit opus medicina solutiua, à qua in quantum potest debet medicus abstinere; cum quælibet talis naturam frangat, purget, & inueteret, ut Auicena. tertia primi capitulo de exercitio. secundum iuamentum, quia per ipsum prohibetur oppilatio materialis; cum prohibeat materiam congregari. tertium, quoniam calorem naturalem viuificat, & acuit ex motu, cuius est calefacere, & ipsum renouat, ita ut corpori leuitatem præstet. quartum, quia per ipsum superfluitates, & alia ad sua loca perducit. quintum, quia iuncturas, & chordas duras efficit; quamobrem operationes efficere possunt, & à passionibus securæ fiunt. sextum, quia confortando virtutes membra apta reddit, ut nutrimentum suscipiant. propter quæ benè dicebat Fultius describendo exercitium. Exercitium est humana vitæ cōseruatio, caloris naturalis lima, & exercitatio, superfluitatum consumptio, virtutum roboratio, temporis lucrum, ocio inimicum, iuuentutis debitum, senectutis gaudium. ille ergo solus ab exercitio se abstinere, qui sanitatis gaudio vult carere. vnusquisq; homo præterea secundum se habet exercitium, debilis debile, fortis forte, in cuna reuolui pueris, & conualescentibus, & illis debilitatis, qui se mouere non possunt, maximè est competens exercitiū, & suo modo fortioribus fortiora. de exercitio complexionū tantum dicendum, quod magis calefactiuum, & resolutiuum debet esse exercitium corporis phlegmatici respectu proprii temperamenti, & non absolute aliis paribus, quàm cholericis. patet, quia pluri, & difficilioris resolutionis in phlegmatico multiplicantur superfluitates. similiter calor phlegmatici minus est inflammabilis. e contra in cholericis sunt superfluitates pauciores membrorum, & spiritus inflammatiua; igitur minus calefactiuum, & resolutiuum sibi competit exercitium. & pro illo videtur Auicena. tertia primi doctrina quarta. primo capitulo; cum dixit. Habentium complexionem calidam exercitium est alleuiandum. & infra parum. Ab omni re calefaciente prohibeantur. ex quibus sequitur primò, quod sanguineus exercitio medio inter exercitium cholericis, & phlegmaticis debet exercitari. in-

A fertur secundò, attenta debilitate virtutis, id est, quod debilibus debiliora competunt exercitia, quod melancholici aliis paribus minus calefactiuo, & resolutiuo horum exercitio sunt exercitandi. sciendum tamen, quod exercitium phlegmatici efficitur magis calefactiuum propter ipsum esse longius; vnde longiori exercitio debet exercitari phlegmaticus aliis paribus, quàm sanguineus, aut cholericus. placuit tamen Plusquam commentatori, & Dyno, ut magis resolutiuū sit exercitiū phlegmatici, quàm cholericis; sed non magis calefactiuum: nam calidiora calidioribus &c. & consequenter negant consequentiam principalem, & dicunt, quod benè sequitur; ergo magis resolutiuum. & tu considera.

Præterea te scire conuenit, quod, cum exercitium inuenitum sit ad superfluitatum consumptionem; hora eius humano corpori conueniens est post digestionis complementum. hoc quoque in consuetis bis regulariter cibari, bis in die fieri debet; ante scilicet assumptionem prandij, & coenæ. aliter & aliud in diuersis secundum periti medici discretionem. factum namque ante digestionis complementum est causa, ut membra cibum indigestum ad se trahant, & quod virtus retentiuæ, membrorum noceatur, similiter & digestiuæ, quæ quiete perficitur, & quod inde ægritudines multæ generari valeant. similiter post cibum immediate, nisi cibus propter dilatationem stomachi nataret in orificio eius, & tunc utendum est exercitio moderato ad hoc; ut cibus descendens resideat in fundo stomachi. studeat namque exercitandus, ut, antequam exercitium inchoet, superfluitates ab interioribus expellantur intestinis, & vesica, ut super remanens natura exercitio potens reddatur. hora præterea in suis temporibus moderatior eligatur, ut in æstate de mane; in hyeme iuxta meridiem; in vere, & autumnio medio modo. item in loco vmbroso in loco magis calido, aut sole percusso, aut in domibus, vel templis, vel aliter secundum medici periti iudicium. ex quibus patet primò, quod cōplexio exercitij est calida, & sicca: quapropter debet medicus studere, ut ægritudini contrarietur. inferitur secundò, quod diuersa corpora, diuersarumque ætatū sunt diuersis exercitiis exponenda: tu considera.

C De quiete tantum dicatur, quod, cum quies, ut supra, exercitio contrarietur; est effectuum contrariorum productiuæ: est. n. quies contrariæ complexionis; propter quod infrigidat; cum non viuificet calorem, & humectat; quia superfluitates non resoluunt, carnositas phlegmatica corpori acquiritur, turpitudine effigiei. quod manifeste declarat carceratorum facies; quoniam propter priuationem exercitij eorum facies cazaraticæ fiunt, seu citrinæ, & eorum color non est purus, ipsorum operationes læsæ sunt. & hæc non solum homini accidit, verum & aliis animalibus cōtingit, sicut volucribus in caueis detentis, ut Auer. sexto col. primo capitulo. & consimiliter de multis aliis dicendum, quæ prouenire possunt ex læsione digestiuæ virtutis; & tu considera. vnde quies, siue cessatio ab exercitio est causa; ut frequenter hecica corpori superueniat. vnde Auicena. tertia primi capitulo de exercitio. Exercitium autem relinquens hecicam frequenter incurrit; quoniam membrorum debilitantur virtutes; propterea quod motum dimitunt, qui innatum in eis defert spiritum, qui vitæ cuiusque membri existit instrumentum.

D SED, quoniam quandoque per exercitium non omnino resoluuntur superfluitates omnes saltem subcutaneæ, quæ fricatione consumuntur; hinc consequenter agere de ipsa arbitratus fui; cum & inter parua exercitia collocari possit; nam ad exercitium ita se videtur habere, ut sternutatio ad epilepsiam. est itaque fricatio ductio manus, aut cum panno, vel sibi proportionabili super membrum, vel membra, qua quæritur superfluitatum in musculis retentorum resolutio, ex eo quod per exercitium non euacuantur, ut euaporet, & non accidat fatigatio, & hoc vocatur requiescere faciens, aut vaporum, seu humiditatum diuersio, aut ipsarum attractio, sicut per fricationem sanguis cuti attrahitur, ut docet Auicena. quarta primi de sanguisugis. ex quibus patet, quod non omnis fricatio est diuina; sed aliqua attractiuæ.

Pro quibus sciendum, quod species fricationis sunt quinque; quædam,

Practica. S.

D

quædam,

Hora exercitij.

Quædam exercitia.

Quietis cōsidero.

Fricationis vsus accipies.

Exercitiū quid.

Exercitij quæ plura iuamenta.

quædam est aspera, quædam mollis, quædam attractiua, quædam diuersiua, quædam resolutiua. aspera est, quæ pannis asperis perficitur, & hanc cõsequitur uelox attractio sanguinis ad exteriora, mollis, quæ fit palma manus, aut pannis lenibus, quæ sanguinem coniungit, & ipsum in membro continet. vnde hæc, si vniuersalis erit, ad corpus nutritione conferre non parum videtur. attractiua est, qua quæritur humoris ad locum attractio, & hæc indifferenter potest esse aspera mollis, siue fortis, aut debilis. similiter de diuersiua, aut resolutiua dicendum. ex quibus apparet, quare præcipiuntur fortes fricationes ægrotantibus fieri: nam quandoque vnus ex his effectibus quæritur quandoq; duo, quandoque plures, vt exempli gratia in febricitante, diuersio vaporum à membro principali, attractio sanguinis ad membrum, vt melius nutriatur, resolutio superfluitatum in musculis retentorum &c. & quod ex fricatione quæritur est corporum rarorum inspissatio, & molliu induratio, & spissorum rarificatio, & durorum mollificatio, ut tertia primi de fricatione. ex quibus omnibus patet, quomodo fricatio pars altera exercitij existit.

Balnei spe
calatio.

SED, QUONIAM ex eadem radice balneum non minus fricatione altera pars uidetur esse exercitij; hinc pro completiori doctrina de exercitio alio de balneo dicere institui. pro quo nota, quod balneum est corpus subtile, vel liquidum corpori circumferentialiter occurrens actualiter ipsius immutatum. Conciliator differentia 120. & deriuatur à valantione græcè; quod latinè est idem, quod immuto, & dicitur subtile propter aereum, uel igneum. dicitur liquidum propter aliquod, quod prius dicitur lauacrum. dicitur corpori &c. propter illa, quæ solum parti corporis occurrunt, ut suffumigationes &c. dicitur actualiter propter ea, quæ uirtualiter operantur, & non sunt balneum. balneum quoque multas recipit diuisiones; quia quoddam igneum; ut quod furni, seu fornacis, seu estuarii sicci: & est calidæ, & siccæ complexionis. quoddam aereum; ut quod æstuarii humidum, & est calidæ, & humidæ complexionis. quoddam aqueum, & hoc est duplex: nam quoddam est ex aqua dulci tantum, seu ex aqua dulci, in qua res diuersarum complexionum bullitæ, seu positæ sunt: quoddam ex aqua salsa, seu nitrosa sulphurea, uel aluminosa &c. de quibus per ordem aliquid dicendum tangendo sex eorum utilitates, & nocuenta.

Balnei autem ignei, quo raro auctores utuntur iuuamentum est calefactio, & exiccatio. quapropter hydropici, & propriè hypofartici ponuntur in furno post extractionem panis; ut resoluatur, & exicetur aquositas in uentre contenta, ut Aui. quartadecima tertij de cura asclitis. similiter iuuat æstuarium siccum, quod in proposito balneum uocamus dummodo fiat cum lignis bonis non putridis &c. & locus teneatur mundus non fetens, & quod aer debite innouetur, & magis in regionibus frigidis; dum quærimus moderatam resolutionem, & exiccationem. nocet autem habentibus passiones acutas calidas &c. ut facile patet intuenti.

Balneum uero aereum multa habet iuuamenta; quando est disponens corpus ad sudorem; ut exercitium poros aperit, superfluitates à corpore educit, uentositates dissoluit, seu resoluit, paralyti, & quartanæ confert iuuamentum maximum, & maximè uniuersali purgatione præcedente. nocet autem repletis ualdè faciens oppilationem, & humores indigestos per corpus fluere; unde periculum incursum febrium, & apostematum.

Balneum uero aqueum ex aqua dulci tantum maximè si fit temperatæ caliditatis; calorem naturalem confortat. præternaturalem remittit, corpus, & membra humectat, superfluitate temperatè resoluit, nutrimentum ad membra nutrienda trahit, quapropter hecticis maximè conuenit, & febrientibus febre ephemera, dolores mitigat, urinam prouocat, sorditiem corporis, & pruritus remouet, catarrhū digerit, & uentris digestionem procurat, & si in eo decoctæ, uel positæ fuerint aliæ res; ut chamomilla, absinthium, parietaria, & huiusmodi; consequitur, ut supra hæc iuuamenta, quæ ex ipsis consequi potest humanum corpus. quod est de aereo à tali aqueo consurgente intelligi debet. nocuenta sunt; quoniam superfluitates ad membra debilia trāsmittit,

tit, corporis lassitudinem efficit maximè, quando est excessiua caliditatis, aut corpus in eo longam contrahit moram; unde & sic caliditatem naturalem debilitat, & fit eius introitus ante cibi assumptionem.

Balneum uero ex aqua non dulci multas habet differentias; quia quoddam est ex aqua salsa, quoddam ex nitrosa, quoddam ex sulphurea, quoddam ex ferrea, quoddam ex ærea, quoddam ex cineritia, quoddam ex aluminosa; quoddam ex his plurius, aut paucioribus compositum.

Balneum uero ex aqua salsa hæc habet iuuameta; quia complexionem calefacit, & propriè matricis, uesicæ, & intestinorum, quapropter balneum ex aqua salsa confert patientibus colon, sed est repletium capitis. quapropter abstinere at se à balneatione capitis, qui in eo se balneauerit.

Balneum uero nitrosum, & salsum, capiti, & pectori auxilium præbet, quæ cõsueuerunt materias recipere, seu materia repleti, & confert stomacho humido, & habentibus inflationem, & hydropisim. ex quo infertur, quod talibus cõferunt balnea de sancta Helena de Padua. ad quæ uadant etiam debiles in membris propter frigiditatem, & humiditatem, & ualent de mense Maij usque ad Septembrem.

Balneum sulphureum habet hæc iuuamenta, mundificat neruos, & omnes dolores mitigat neruorum, spasmū, atque tetanum de repletionem mundat, superficiem corporis à scabie, & bothor, & ulceribus; morpheas, & albas resoluunt, superfluitatem à iuncturis, splenem grossum mundificat, superfluitates matricis exiccat; sed stomachum laxat, & desiderium deiicit. ex quo infertur. quod in his dispositionibus maximè confert balneum de Petriolo in comitatu Senarum, ad quod itur de mense Septembris usque ad mensem Februarij. infertur secundò, quod balnea de Monte Grotto in comitatu Paduano sunt in his passionibus etiam utilia; cum sint in ultimo sulphurea.

Balneum uero ferreum hæc habet iuuamenta; quia splenem, & stomachum iuuat; quale est balneum, quod est prope Bullicanum in comitatu Viterbij: ad quod uadunt omnes habentes debilitatem in membris naturalibus, stomacho, splene, hepate, intestinis, & renibus &c. ac etiam habentes asthma, & pulmones debiles, & itur ad illa balnea in quarta parte anni.

Balneum æreum hæc habet iuuameta, quia ualet in ægri tudinibus, quæ sunt ex humiditate, & frigiditate, in doloribus articulorum, & podagra, & confert laxitati, asthmatis, ægri tudinibus renum, & fracturæ, & restaurationem forte efficit, & confert carbunculis.

Balneum uero æneum ori stomachi, uulua, oculo laxo, & humiditibus auris confert. & de talibus balneis usque modo notitiā nō habui, nec scio, quod in Italia sit aliquod tale; quare non exemplificaui. de cineritia dicendum; sicut de salso nitroso.

Balneum aut aluminosum habet hæc iuuamenta; cõfert nimiam egressionem sanguinis per hæmorrhoidas, & mēstruis albis, & rubeis, uomitui, nausæ, cachexiæ, multo sudori, passionibus neruorum, & matricem ad conceptione disponit, oppilationibus splenis, & hepatis, & venarum calculosis, & doloribus iliorū, & catharrhosis; præmissa tamen semper debita purgatione. ex quibus infertur, quod balnea dalla Poretta in comitatu Bononiæ sunt in his passionibus maximè conuenientia; ad quæ itur de mense Augusti.

Ultimò sciendum, quod in partibus istis iam dictis nō reperitur balneum aliquod simplex, sed quodlibet est compositum; vt quoddam est sulphureum, & aluminosum; vt illa de Monte grotto de Padua: quoddam est salsum, nitrosum, sulphureum; vt illa de sancta Helena de Padua. & aliquod est ferreum, & aluminosum, & partim æneum; ut balneum sanctæ Mariæ in Ligino in Romandiola; quod uocatur balneum Dominarum; & consimiliter de aliis; vnde sicut diuersimodè composita sunt; ita diuersa iuuamenta sortiuntur. & hæc de balneo cursim sufficiant, & ex consequenti de exercitio.

DE TERTIA re non naturali. s. de somno, & uigilia; cum somnus quieti, & uigilia exercitio proportionetur; hic de ipsis consequenter agere arbitratus sum. est itaque somnus, & maximè uniuersalis, vt Auice. prima tertij cap. de

Somnus
& uigilia
Somnus
quid in
uniuerso

de subeth,reditus spiritus animalis ab instrumentis sensuū, & motus ad principium,cum quo priuatur ipsorum instru-
 menta ab exitu operationis in ipsis,nisi quæ necessaria sunt
 ad hoc;ut uita permaneat,& illa sunt sicut instrumēta anhe-
 litus.fit autem somnus eo,quod uapores à cibis, & potibus
 resoluti,& alijs humiditatibus præexistentibus admitti pe-
 tunt cerebrum,& inuenientes ipsum frigidum, & densum
 congelatur,& inspissantur,velut vapores ab aqua inferius
 eleuati ad partem superiorem,& graues facti descendētes
 oppilant meatus sensituios membrorum;vt spiritus ad ce-
 rebrum à suis retrahantur instrumentis; vt in cor tandem
 descendant,oppilatur quoque medius ventriculus cerebri
 circa vermen in eius apice existentem,intātum vt spiritus
 à primo uentriculo nequeat in postremū transire, aut econ-
 trà.vnde tunc animal sensu priuatur motu. propter quod
 Auer.ia de somno,& vigilia dixit,somnum fore impoten-
 tiam sensuum.& dicebatur etiam maximè vniuersalis;quia
 particularis est triplex;naturalis,præter naturam, & inter
 hos medius,naturalis est duplex;quidam naturalis sic abso-
 lute dictus,qui est reditus spiritus vitalis ad interiora;vt ci-
 bus digeratur &c.vt suprâ.alter non absolute naturalis,qui
 est reditus spiritus ex instrumentis ad suum principium,p-
 pter superfuitatem resolutionis ipsius, ut somnus ex ni-
 mio labore proueniens. præternaturalis uerò est reditus
 spiritus propter causam instrumenta humectantem,& sub-
 stantiam ipsius perturbantem,& oppilantem, & substantiã
 neruorum, & maximè oculorum laxantem; uelut accidit
 ebriis,& stomacho nimium repletis. est & tertius medius
 ferè, qui est reditus spiritus animalis ab instrumentis pro-
 pter causam infrigidantem contrariam substantiæ spiritus,
 aut ab exteriori frigiditate, aut à medicinis infrigidanti-
 bus; vt sunt opiata,&c.

Iuuamenta somnum sequentia sunt; quia omnes opera-
 tiones naturales fortes efficit, virtutem animalem confor-
 tat, omnes modos lassitudinis remouet. propter qđ Auer.
 in de somno, & vigilia dixit, quod est ligamentum virtutū,
 confortatioq; earum, fortes retinet euacuationes, iuuat ad
 expellendum corporis superfuitates: propterea quia calo-
 rem interius dolores sedat, & digestionem maximè procu-
 rat, succurrit debilitati, quæ ex fatigatiōe, & coitu, aut ira,
 aut reliquis ab intestinis prouenit. somnus propterea tem-
 peratus cum inuenit æqualitatem humorum in qualitate,
 & quantitate, est humectans, & calefaciēs, & est res magis
 proficiens senibus; quoniam humiditatem in eis cōseruat.
 & propter hoc dicebat Gal. de simplici medicina. Comedo
 quaq; nocte olera ex lactucis facta quidem, eo quod dormi-
 re faciunt, aliquid addens ex aromatibus ad emendandam
 earum frigiditatem. & dixit, quod nunc sum indigens som-
 no; cum sim senex, & confert mihi humiditas, quam somnus
 facit, & hoc quidem regimen conueniens est ei, cui rebel-
 lat somnus. somnus præterea melior est, qui fit, postquam
 cibus ad fundū stomachi descēdit. quod, si tardauerit descē-
 dere; parumper incidere debet. somnus nanq; quadruplici-
 ter variatur. primò nanq; ex parte temporis, secundo ex
 quantitate, & qualitate materierum, tertio ex parte horæ;
 quartò ex parte figuræ, seu formæ. ex quantitate temporis;
 qm, si sit prolixus, & maximè in die; virtutes animales con-
 citat, & dissoluit, uias laxat, corpus refrigerat, & humectat
 phlegma augmentat, calorem debilitat, naturalem colorem
 corporis corrumpit, motus hebetat, si autem fuerit mino-
 re tempore sufficienti factus mollis naturæ; confurgit im-
 becillitas, infirmitas digestionis, corporis siccitas, calor dis-
 soluitur ex acuto. moderato autem tempore factus; cibos
 digerit, corpus ingrossat, laborem dissoluit, naturam con-
 fortat, vt suprâ. ex parte quantitatis, & qualitatis materiæ
 similiter somnus tripliciter variatur; quoniam aut fit corpo-
 re repleto cibis multis frigidis uiscosissis difficiljs digestio-
 nis &c. & tunc somnus super hoc statim occurrens calorem
 suffocat naturalem, facitq; in his ebullitionem, & ipsos dis-
 spargit, & ipsos regurgitando super calorem ipsum suffo-
 cat, & extinguit; velut solet contingere à somno in princi-
 pio febris phlegmaticæ facto. si uero corpus fuerit uacuum
 omnino, & ipsius cibaria fuerint prius subtilia, & inflamma-
 bilia; calor naturalis conuersus ad humiditates ex illis ge-

A nitas exurit, & consumit illas, corpusq; debilitat, & exic-
 cat omnino. propter quod Auic. tertia primi capi. de som-
 no, & vigilia dixit. Amplius super vacuitatem dormire est
 malum, & virtutem deiiciens. si uerò in indispositione in-
 ter hæc media aduenit, ex eo prouenient, quæ dicta sunt ex
 somno moderato tēpore facto. ex parte horæ; quia noctur-
 nus semper alijs paribus melior est diurno, unde in die dor-
 mire est malum; generat enim ægrotudines humectantes,
 & reumatismos, & corrumpit calorem, grauat splenem, &
 laxat neruos, & efficit pigrityam, & debilitat desiderium,
 & generat apostemata, & febres frequenter, & quod maxi-
 me nocet in eo est; cum sit eius subita interruptio. ex parte
 formæ, seu figuræ est, vt suprâ, dextrum incipiat latus, & de
 inde ad sinistrum reuoluatur, quod, si eius initium super vē-
 trem fuerit; auxiliabitur potenter digestioni. resupinè autē
 dormire corpus præparat ad malas ægrotudines, sicut pro-
 plexiam, incubum, phrenesim, quoniam superfuitates ad
 posteriora declinare facit, & retinentur, & per suos non in-
 cedunt canales, sicut per nares, palatum, & huiusmodi. &
B hunc situm consueuerunt incurrere debiles propter debi-
 litatem musculorum suorum, & membrorum. vnde vnum
 latus alterum sustinere non potest; immo cito resupini vol-
 uuntur; quoniam dorsum latere fortius existit, & propter
 similem causam aperto ore dormiunt; nanq; debilitas mu-
 sculorum, qui mandibulas constringunt, est causa huius.

Quid autem de vigilia dicendum, satis patere potest in-
 telligenti ea, quæ de somno dicta sunt; cum vigilia somno
 cōtrarietur; nam sicut somnus humectat: ita vigilia exiccat
 corporis humiditatem; quare in purgatione reumatismum vi-
 gilia præcipitur. ipsa tamen moderatè facta uirtutem con-
 fortat, calorem acuit, appetitum excitat &c. si autem super-
 fluerit complexionem cerebri, corrumpit ipsum nimium
 exiccando, & debilitat ipsum, & commiscet rationē, & adu-
 rit humores, & ægrotudines facit acutas. & quia in uigilia
 calor ad extra cōuertitur, in somno uerò ad intra; propter
 quod membra exterius frigida in somno remanēt, quàm in
 uigilia; hinc cooperimenta plura in somno, quàm in uigilia
 sunt necessaria. & hæc de somno, & vigilia.

C DE QUARTA re non naturali. s. de inanitione, & re-
 pletionem sequitur. & licet de dictis in præcedenti tractatu
 liqueat quid de inanitione, & repletionem dicendum sit, ta-
 men hoc loco tantum dicatur, quod, cum utraq; superflue-
 rit; ægrotudinem inducit, corpus laxat, & omnes virtutes
 debilitat. quapropter debet medicus de his sollicitè confi-
 derare, vt debitam euacuationem corpori concedat, & à
 repletionem præcipuè contrariarum se absteineat.

Et, quia coitus sub inanitione comprehenditur, vt Ha-
 lyab. & Ioannitius, quo cōiter homines abutuntur; hinc de
 eo particularius dicere satis perutile iudicauimus; nam, & qm
 in cura ægrotudinum confert, vt vigesimotertio de iuuamē-
 tis eius est; nanq; coitus applicatio maris, & feminae in mē-
 bris generationis, qua superfluum expellitur quantum ad fi-
 nem speciei, vel indiuidui ordinata: vt differentia. 124.

Cuius iuuamenta sunt, si debitè corpori administretur;
 reddit hominem alacriorem, audaciorē; ut in equis est vi-
 derē, minus irascibilem, minusquā cogitantē, ingeniosiorē,
 moribus grauiorem, corpore leuiorem, melius dormientē
 calorem excitat naturalem, ac eius firmat virtutes, confert
 melancholiam, ac renum doloribus, & quandoque testiculo-
 rum, & ægrotudinibus phlegmaticis, dummodo caliditas
 fuerit sufficienter fortis, vt Ioannitius & Hippo. sexto epi-
 demiarum, præseruat etiam ab apostematibus inguinum,
 & partium genitalium, & fumum reuocat caput petentem
 quapropter quandoq; confert in dolore capitis, tollit tene-
 brositatem visus, vertiginem, grauitatem capitis propriè;
 cum sperma fuerit coarctatum coitus omissione. nocumen-
 ta quoq; ipsius quāplurima existunt tam animæ, quàm cor-
 poris; cum indebitè fuerit expletus, uitā abbreviat, senectu-
 tem accelerare facit, intellectum, sensum, & vniuersaliter
 omnes vires debilitat, ac corrumpit, similiter spiritum, &
 calorem ipsorum, & neruos motiuos dissoluit, & articulos
 & propriè anchas, & vniuersaliter membra, gressus, oculo-
 los, cerebrum, nucham, & stomachum præcipuè debilitat,
 omnemque præuam dispositionem corpori acquirit, & ad
 PracticaS. D 2 summum

Dormire quando

Vigilia

Inanicio ac reple- tio.

Coitus quid ac e ius iuuamēta.

Soni par- titio.

Iuuamēta somnā.

quibus

quibus

quibus

quibus

quibus

quibus

quibus

summū totam animam dissipat, & corrumpit: quæ omnia maximè etiam inducit; quando quis grandi cum delectatione ipso usus fuerit, cum inde maior quantitas humidi emittatur, & spiritualis calidi, & plurima alia, quæ ab Auic. colliguntur. 20. tertij. cap. de nocumentis coitus.

Et, quoniam sermo huius rei non paucos delectabit, nō paucisq; proficiet; opinatus sum de re ipsa hoc ordine differere; vt primò eius conueniens hora exprimat, deinde cui cōplexioni, habitudini, atq; ætati magis, aut minus noceat. Hora coitus duplex existit; vniuersalis. s. & particularis, hic per horā tempus intelligendo, vniuersale aut tēpus est tēpus totius anni: quod in quatuor quadras diuiditur, in cuius prima quadra, s. vere magis cōuenit, deinde hyeme, æstate minus, minimè verò autumno. & temporibus, quibus graues, & pestilentes imminent morbi, iuxta illud, Sanus in autumno suus paratus cumnus.

De tempore particulari, quod duplex consideratur; primum, quod considerat de coitu ordinato in conseruatione speciei; alterū, quod considerat de coitu ordinato in salutē indiuidui. primum autem est tēpus, quo digestio ciborum est non in vētre celebrata, & ante somnum, vt eo repleto dormiatur, & quiescat: hoc, n. tempus optimū est prolificationis; quia, cū dormit mulier; sperma maris firmatur in matrice, spiritus etiā gignitiuus cū materia spermatis hac viget hora indigestione non crudus, nec superfluē inanus. Particulare verò est tēpus, quo facta est superfluitatū euacuatio: quod erit celebrata digestione perfecta in ventre, & plus, q̄ dimidia in hepate, ita vt fiat in expansione iā nutrimentum digestione tertia: & hoc diuersificatur in hominibus; vt Auic. 20. tertij de horis coitus, sitq; tempus tale, in quo corpus fuerit omnium circumstantiarū mediū, neq; repletum, neq; euacuatum, non calefactū, non infrigidatū, humectatū, aut exiccatū, & vniuersaliter vt possibile fuerit, quo corpori totius occurrit mediocritas. corpora, quibus cōuenit coitus, sunt calida, & humida; quia iuuantur ex coitu moderatè, minime verò aliorum distemperatōrū cōparatione nocētur, & dicitur distemperatōrū; quia fortassis alijs paribus plus tēperato. visus tamē est Cōciliator differentia. 124. absolutè dicere temperatū plus alijs paribus calido, & humido ex coitu noceri, quæ opinio firmari possit; cū tali superfluitate plus alijs paribus abundet sanguineus tēperato. sed circa hoc speculator consideret, deinde cholericæ, deinceps phlegmaticæ. minime vero ex coitu melancholica alleuiatum; immo nocetur quàm maxime. unde quarto alimentorū. A coitu corpora habentes sicca, vt ab inimico interficiente sibi cauere debent. competit, & minus nocet habitudini carnosæ, minus uerò macræ extenuatæ, minimè verò squalidæ, & his vltimis magis nocet. in ætatibus verò maximè conuenit iuxta adolescentiæ finem; cū corporis augmentū incæpit desinere, & antea parum, ac in iuuentute, minus in senio primo, minime in postremo. vnde & iuuenes, & senes audiant Auic. tertio animaliu inquit. qñ de hominē sperma exit; multū discoloratur, & debilitatur suū corpus magis, q̄ si quadragesies exiret de corpore suo sanguis tantus; quia res est habitata, vt transeat in membra. vnde primo de generatione animalium. Modicissimo abscedente spermate fit dissolutio manifesta. vltimo de eius forma aliquid dicendum, vt inspectis vitalibus animæ, & corporis debet vir cum muliere coire morose, honeste, & forma naturali. nam quidam ribaldones faciunt se ab eorum vxoribus equitari, qui frequenter bene puniuntur; nam illa forma pessima est, & ex illa quis plurima periculosa potest incurrere nocumenta; vt 20. tertij de nocumētis coitus. ex quibus infertur, quod impossibile est partiri tempus particulare coitus per numerū dierum, aut septimanarū; oportet. n. hoc iudicium sumere à rebus naturalibus, & non naturalibus, & alium, & aliū terminū assignat alteri, & alteri complexioni ætati, & habitudini &c.

De quinta re non naturali sequitur, scilicet de accidentibus animæ, in quibus vtinam tantum valerent obedire ægrotantes, vt in cæteris non naturalibus rebus; plurimi enim ex ingentibus animæ accidentibus, vt videbitur, commoriuntur, & multorum causa sunt interitus, quæ & medicos frequenter latent; cū signa nisi relatione infirmo-

rum manifesta non habeant. multorumq; morborum causa salutis frequentissimè reperiuntur; vt in quartana fortis timor. 18. continentis. ideoque debet, vt potest medicus ea sic suo posse deponere; vt infirmis salus fiat, nec ea nullo modo prætermittere: vnde tertio techni.

Abstinere verò manifestum est; quoniam ab intemperatātia omnium harū animæ passionū, iræ, tristitiæ, furoris, inuidiæ, timoris, & solitudinis. exterminant enim hæc, & mutant corpora ab ea, quæ s̄m naturam, consistentia &c. ubi apparet manifeste horum intemperantiam esse sanitatis remotiuam, & moderantiam sanitatis effectiuam. & tertia primi doct. quarta quarto cap. in temperamento igitur morum custodia sanitatis animæ, & corporis simul consistit. & horum omnino causa est motus spirituum ab intra, vel ab extra, quod, si fuerit ordinatus, & commensuratus gaudium salutiferum, & huiusmodi producet, si inordinatus, & subitus gaudij perniciosi causa esse poterit, unde sit perfluus, & inordinatus motus spirituum ad exteriora in gaudio; quoniā interiora remanent spiritibus depauperata, & spiritus in exterioribus resoluuntur, est causa syncope, aut mortis; vt secunda primi doctrina secunda quarto decimo capitulo. vnde pro his aduertendum, quod scribitur ab Albuca. de Baldach in suo tacuino, quod quinque sunt ordines accidentium animæ scilicet ira, gaudium, verecundia, angustia & timor. & causa in hoc; quia cor, aut mouetur versus partem pectoris, aut versus partem dorsi, aut vtrouique: & in quolibet istorum duorum modorum mouetur cor, vel impetuose, & repente, vel paulatim, & successiuè, si impetuose versus pectus; operatus iram: si paulatim; gaudium: si impetuose versus dorsum; timorem operatur: si paulatim; angustiam: & si vtrouiq; verecundiam, & tristitiam, & hæc vocantur accidentia animalia; licet sint vitalia causa deferentis, qui sunt sensus, & cogitatio, sensus videlicet deferunt delectantiam, & non delectantiam, & cogitatio etiam eodem modo. & angustia sunt præter naturam, & tristitia de rebus compositis ex spe, & desperatione.

Et seipsum amplius declarans, & à gaudio initium facies dixit. Gaudium impinguat corpora macilentia, & gracilia propter afflictiones adæquando humores, & trahendo calorem naturalem exterius. verum, cum repente accidit; quandoque interimit, vt supra. & fit gaudium huiusmodi diuersimode; cantilenis, sono, coreis, coragiis, præsentatione aris, gemmarum, & huiusmodi. vnde oportet medicum in hoc prudentem fore, vt cognoscat mores, & consuetudines ægrotantis, & quod cautè inuestiget ab ipso, vel ab astantibus, quod cuperet, & in quo gauderet. vnde interdum visu pulchrarum dominarum multum gaudent infirmi præcipuè, qui consueuerunt philocari. studeat igitur in hoc, vt, cum oportuerit, gaudium pro posse inducat.

Angustia. n. gaudio contraria est, quæ ita rebus displicibilibus, aut tediosis inducitur, sicut gaudiū placibilibus &c. & est nociua multum corporibus frigidis, & siccis, & corpora macrefacit. quæ si continua fuerit; interimet, nisi utatur bona diætā, & animam regat bono regimine.

In uerecundia mouetur calor naturalis intra fugiendo ab eo, quod uerecundiam inducit; propter quod color corporis fit pallidus, deinde per cogitationem mouetur calor exterius, & efficitur color ipsius rubeus, & s̄r in tristitia.

In ira mouentur calor, & sanguis ad exteriora; quapropter color corporis fit rubeus, venas replet, sudores prouocat, & quandoq; propter motum cholere color efficitur citrinus, accidit ex ea tremor, & anxietas, & feb. nisi discretio naturalis expellat, vel refrenet ipsam.

Timor verò est his contrarius; eo q̄ calor reuocatur ad intra, de quo possibile est, vt interimat maximè timentes ex re modica, & suspicantes suspensionibus mendacibus; vnde plurimi mortui sunt. similiter quoque plurimi ex magno timore ab ægitudinibus curati sunt; vt de quartana supra. 18. continentis, cuius causa esse potest, quia fortem, & subitum motum spirituum ad interiora in timore vehementi, sequitur sanguis, & humores alij, quos accidit ad loca expulsionis dirigi, & sic morbū remoueri. & tu cōsidera.

Præter has autem affectiones animales iam dictas aliæ sunt

Hora coitus.

Colore

Accidētia animi.

Gaudium

Angustia

Verecundia

Tristitia
Ira.

Timor

Cur timore ægitudines quæ soluantur.

sunt multæ; sicut imaginationes, quæ non minus sunt sanita-
tis, aut ægritudinis factiua. Aui. in quarta sexti naturalium.
4. cap. posuit intentione propria, quod anima humana pro-
pter fortem imaginationem non solum proprium corpus
sufficit immutare; sed etiam alienum, ita vt fortis imagina-
tio vnus sufficit alienum corpus sanum ægrum facere, &
econtra. quod pluribus signis, & rationibus comprobatur: &
tu illa loca considera. eandem sententiam ponit secunda pri-
mi doct. secunda. 14. ca. vbi inquit. illi, qui sapientiam dili-
gunt, non negant eas, quemadmodum negant rem, quæ eẽ
non potest. ex quibus omnibus habentur iuuamenta, & no-
cumenta, quæ ex accidentibus animæ consurgere possunt:
quæ medicus sua discretione in curandis ægris debite, &
suo modo gubernet. & hæc accidentibus animæ.

ARGVMENTVM IN CAP. II.

CIBVS, & potus, qui sunt ex sex rebus non natu-
ralibus, est corpus passibile à cibato, cuius est refi-
cere quod ex eo primum fuit dissolutum, & augere
calore innatum. diuiditur in cibalem, & medicinalem. ci-
balis est, qui habet facultatem sui trasmutandi, sed non no-
tabiliter alterandi. medicinalis uerò est, qui in corpus tra-
smutari potest, & alterare corpus: exemplum primi; ut
panis, caro, uinum: exemplum uerò secundi; ut lactuca,
olera, & similia. agetur de uictu, & quid per temperatũ,
similem; dissimilem intelligendum sit. primum igitur de ci-
bis simpliciter temperatis, deinde de non temperatis dici-
tur, & postremo de compositis. usus temperatorum con-
uenit uirtutibus debilibus, aut quando ægritudinem igno-
ramus. his uerò, qui temperatis utuntur, non obuiat ali-
quid sinistrum. sunt maturatiui, confortatiui, & saniei ge-
neratiui: adiuuant enim calorem naturalem, ac deprimunt
excessus materierum.

De cibo in generali.

Rubrica. I.

CIBVS, vt colligi potest ex Aui. 2. primi de eo, quod
comeditur, & bibitur, est corpus passibile à cibato,
cuius est restaurare. quod ex eo dissolutum fuit pri-
mò, & augere calorem innatum; propterea quia in sangui-
ne facit augmentum. 2. & operari suis qualitatibus, quæ re-
manerunt in ipso. 3. uel sic. cibus est omne, quod ingrediẽs
corpus humanum, est in eo à materia operatiuum; quia ta-
liter à calore nostri corporis passibile, & trasmutabile; ut
eius materia præexistente formam perdat, & formam mē-
bri, aut spiritus, aut alterius humiditatis nostri corporis re-
cipiat. unde. 5. col. cibus est illud, quod ponitur naturales
partes cibati: & hæc pars est, in specie partis dissolutæ. &
diuiditur cibus in cibum cibalem, & cibum medicinalem.
cibus medicinalis est, cuius est trasmutari in corpus, & al-
terare corpus notabiliter; licet magis trasmutetur, quàm
alteretur. cibus cibalis est, cuius est ita trasmutari, quod
non alteretur notabiliter. exemplum primi; ut lactuca, ole-
ra, allia, & fructus. exemplum secundi; ut panis, caro, ui-
num &c. & de his omnibus per ordinem prosequendum
cum suis gradibus, & præcipue de vsualibus, & simplicibus,
& compositis. unde memorando dictum Auicem. prima pri-
mi de complexionibus. debes autem scire ultra hoc, quod
sciisti, quod, cum dicimus de medicina, quod est tempe-
rata; nolumus dicere quod est temperata certe; quoniam il-
lud impossibile &c. & parum infra. sed uolumus, quod, cum
propter calorem naturalem, qui est in corpore humano, pa-
rietur qualitatem, est efficere, quæ hominis æqualitatem nõ
supergradietur in aliqua duarum extremitatum exceden-
tium. non ergo in ipso operabitur effectus æqualitatem ex-
cedentium. consideratione igitur suæ operationis in cor-
pore humano est æqualis: nam proportionabiliter omnino
de cibo dicendum. ex quibus patet, quid per cibum tempe-
ratũ, quid per similem, dissimilem, seu distemperatũ intelli-
gere debeamus. dicitur enim similis homini; quia talis est i po-

A tentia passiuæ, qualis est calor membrorum naturalis in po-
tentia passiuæ. ex quibus infertur primò, quod talis similitu-
do est uirtualis, & non formalis. infertur secundo, quod cibus
dicitur temperatus non in relatione ad unicum determina-
tum membrum, sed in ordine ad habitudinem totius; ut ci-
bum illum dicimus temperatum, non ex quo restaurata sit
pars proportionalis, aut similis dissolutis in stomacho, uel
corde; sed quia in corpore temperato ex eo aptus est con-
uerti & in chylum temperatum, sanguinem temperatum,
humiditates temperatas, & tandem in partes omnium mē-
brorum temperatas. in sanguine enim temperato in hepa-
te genito ex chylo temperato sunt partes omnibus mem-
bris temperatis similes potentialiter; ex quibus omnia mē-
bra temperata restaurantur. ex quibus patet, quod cibus di-
citur temperatus respectu habitudinis totius & non alicuius
partis, unde aliquis cibus est stomacho temperatus, qui
est toti distemperatus, & hæc ratione probari possent; sed
ea speculanti reliquo. item nunquid cibus temperatus sit
talis respectu cuiuscunq; distemperati. item quanta sit quã-
titas debentis calefacere in primo, & secundo, & tertio tu
considera. item nota hoc argumentum, non minus distat cõ-
plexio cholericæ à complexione phlegmaticæ, quàm cõple-
xio cordis à complexione stomachi, quàm ea quæcunque
sunt temperata respectu cholericæ sunt temperata respectu
phlegmaticæ; ergo quæcunq; sunt temperata respectu cordis
sunt temperata &c. & sic cibus temperatus respectu unius mē-
bri erit temperatus respectu cuiuslibet: & tu considera. &
sicut de temperatis dictum est; ita de distemperatis consimi-
liter dicendum. sequendo igitur propositum primo ponen-
di sunt cibi simplices temperati, deinde sibi simplices distem-
perati, quibus cõter, utimur, qui non sunt carnes; quia de
illis infra specialiter dicetur. & ultimo de compositis cum
sua graduatione apponendo etiam cum oportuerit corre-
ctiua ipsorum; quia remouentia nocumentum, & sæpe in-
terponendo, quibus ægritudinibus competunt.

De oleo ex oliuis.

Rub. 2.

OLEVM oliuæ conuenientis naturæ, & nouum, quia nõ
antiquum. & dicitur conuenientis naturæ; quia factum ex
oliuis immaturis frigidæ, & siccæ complexionis existit in
primo. placuit tamen quibusdam, ut oleum de oliuis matu-
ris ad humiditatem aliquam tendat. & dicitur non anti-
quum; quia uetus calidum est, & resolutiuum, & melius est
lotum, quàm non lotum. & Aui. Oleum quidem sanis me-
lius est oleum omphacinum, idẽ Serapio, & causa uidetur;
quia sua stypticitate stomachũ confortat, & est sicut uniuersale
bezoar uenenorum ebibitorum; quia, cum de eo pota-
tur, & assidue quantitas notabilis, ut. 5. vi. uel circa facit ea
uomitu de corpore egredi. & Auer. 5. col. oleũ impinguat,
& augmentat substantiam hepatis, & generaliter est conue-
niens homini multum secundum substantiam suam; propte-
rea cum eo decoquantur carnes, de quo infra. ex quo patet
quare religiosi utentes oleo, & non carnibus pinguescunt,
ad quod etiam concurrunt multus, & assiduus usus ouorum;
nã oua in oleo cocta, noua, tremula multum pinguefaciunt,
ut idem Auer. & apud nos talia appellantur piscis ouorum
ponuntur enim uitella ouorum in patella cum oleo, donec
ad aliqualem spissitudinem ueniant, uel tenuem, & quã ex
oliuis sit, suntq; in usu multum; hinc de eis aliqua dicamus.
D Oliuæ autem ante completam maturationem in aqua
nutritæ, & à sapore suo amaro purgatæ, cum sic salitæ fue-
rint, & debite; licet sint grauis digestionis; stomachum ta-
men, & appetitum confortant, & excitant. & Auic. Grossæ
earum salitæ subleuant appetitum, & confortant stoma-
chum, & generant humorem stypticum. & Tacuinus. Sunt
propinquæ, ut ex eis generetur humor cholericus, & inde
accidat fluxus.

De lente.

Rub. 3.

LENS eligibilior est alba, & lata, & quæ aquam non de-
nigrat, & vsus eius continuus inducit visus tenebrositatem
& est duræ digestionis, mala stomacho, & præcipue quan-
do coquitur cum cortice suo, & facit uidere somnia mala,
& nocet neruis, & pulmone, & dispositionibus melancho-
licis; vt quartanæ, lepræ, &c. & decoctio eius cum hordeo,
sive beta, uel spinachiis, siue atriplicibus facit, vt sit con-

ueniens nutrimentum; debet enim decoqui bis, & sit eius decoctio plurima proiecta prima aqua. & melior est cum oleo, quam cum carnibus & cum ea non comisceat aliquid dulce; quoniam inducit hepatis oppilationem, & prima aqua in qua decoquitur est solutiua; secunda uero styptica. unde Hip. 6. epidemiarum. Lens componitur ex substantia, quæ disfringit uentrem, & ex substantia, quæ laxat, & melius est quod excorticetur; cum sit non tantum styptica, & est sanguinis inspissatiua; propter quod conuenit in ægitudinibus sanguineis cholericis; ut uariolis; & morbillis, &c. & minorat menstrua, & urinam, quare in fluxu menstruorum, & urinæ conuenit, & si cum ea ponetur acetum; plus infrigidabit, & stypticabit: declinat autem ad siccum secundo; licet in actiuis sit temperata.

De sparago, uel asparago. Rubri. 4.

SPARAGVS Albucafos de Baldach, & Serapion. inter olera multum nutrit, & maximè hortulanus: quia humidior est syluestri, & qui inter lapides oritur; eius tamen nutrimentum paucum est, & non boni chimi. & leui decoctione decoctus naturam mollificat, & urinam prouocat, & est satis conueniens stomacho, ualet in oppilationibus splenis, & hepatis, & renis, & icteritia, & eius decoctio in doloribus dorsi, & sciæ. & eius usus assiduus nauseam inducit. & meliores sunt conditi cum aceto, & oleo, ut Galenus de alimentis dixit.

De ouis. Rub. 5.

Ouum gallinæ secundum Auicem. temperata existit complexionis, licet albumen ad frigiditatem; & uitellum ad caliditatem tendat, & ambo humida sunt. dixit tamen Serapio, quod est parum frigidius temperato corpore: ipsum nanque infrigidat infrigidatione temperata, & desiccatur sine mordicatione, & huius uiri opinionem magis laudauit Conciliator in annexo differentia. 172. quia considerauit quantitatem frigidorum, scilicet albuminis, testæ, pancreaticorum &c. quæ in quantitate excedunt uitellum, quod ponitur temperatum.

Oui multiplex consideratio.

Ouum nanque multiplicem recipit considerationem; Primo ex generatione. 2. ex ætate. 3. ex tempore. 4. ex quantitate. 5. ex præparatione. 6. ex substantia. ex generatione melius est gallinaceum non gallinaceo genitum ex gallina temperate carnosâ iuuenem, & quia communiter utimur ouis gallinarum, & non aliis; de ipsis fit principaliter sermo, sed et quæ dicuntur, de aliis suo modo intelligenda sunt; cum alia sapiant naturam eorum. sed, ut habeatur plenior notitia, sciendum, quod post oua gallinacea laudantur oua perdicis. post illa oua anserum, quæ multum dant nutrimentum, & plus, quam gallinacea: sed ad digerendum sunt duriora: quare rusticis sunt optima. post hæc oua struccij sunt in odore grauiâ, & dura digestionem, unde non desino mirari cur Dux Mediolanensis senior eis ita uteretur. in generatione autem ouorum deteriora sunt, quam pauonum; quia sunt indigestibilia, & complexionem humanam contraria, ex ætate, quia noua recetia meliora; quia eorum calor naturalis fortis est & calorem naturalem confortant: antiqua pessima: media media modo, & plus, & minus secundum elongationem maiorem, & minorem à nouis. ex tempore; ut genita in nouilunio usque ad plenilunium aliis sunt meliora, eo quod humectantur, & replentur bona humiditate: quæ uero e contra, contrario modo se habent. ex parte quantitatis; quia paruula longa; unde, quia paruula habentur, quod ex animali iuuenem, & pingui, quia aliis paribus iuniora, & pinguia pariunt minora, & ex longitudine arguit fortitudo caloris; & ideo talia bene nutriunt, & calorem naturalem maximè conferant: unde multum adhæreo his uerbis.

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri,

Quod bona sunt oua paruula, longa, noua.

Quidam tamen conantur defendere, quod maiora sunt meliora; sed non uideo sic expressam rationem. ex præparatione; quia decocta in aqua forbilia, & tremula sunt ceteris meliora: affata in cinere sunt grossioris chimi, & tardæ transitionis, & ex cinere, & igne amittunt humiditatem naturalem, quæ eis reseruatur, si in aqua coquantur. frixa uero in patella pessimum habent nutrimentum, & multum alteratur eorum complexio, & in fumositates, & humores cholericos

malos citò conuertuntur. dura uero difficulter digeruntur & tardè transeunt; licet plus nutriant secundum Almanso.

Ex parte substantiæ; quia subtiliora sunt gallata non gallatis propter spermatis substantiam, & eius calorem; & ideo facilius digestibilia, ut dictum est: unde aliis paribus eligibilia. oua nanque sunt maximè nutrientia; ut quarta primi primo cap. quoniam semel se tota in substantiam conuertuntur, & parum superfluum ab eis resecatur. conueniunt in omni ægitudine, & maximè subueniunt debilibus.

Sed notandum, quod, quia uitellum ad caliditatem declinat, & ex modo suæ substantiæ est facile inflammabile; hinc in febribus, & in ægitudinibus calidis prohibetur. sed existimo, quod, si alterantur, ut consuetum est, secure dari possunt, ut quod per horas sex, uel circa infundantur in aqua frigida, ualent in fluxu uentris maximè, si in aceto coquantur, & si fiat epithema ex albumine; prohibet corruptionem coloris à sole, & remouet eum: unde prima tertij de cura sode. & pone cibum ipsorum, qui habeat infrigidationem, humectationem, & subtiliationem, ut sunt uitella oui, & considera.

De citro. Rub. 6.

CITRYM & si non sit apud omnes in usu; tamen apud nobiles hodierno tempore cum cibariis, & affatis comeditur; quare de eo aliquid dicendum est. immo Serapio quantum ad totam substantiam ipsum enumerat inter simplicia temperata; nam ipsum est compositum ex triplici parte; cortice calido. quæ ponitur calida in primo; & carnea, quæ cum cortice tenetur, & hanc asserunt quidam frigidam. nonnulli calidam: quam etiam calidam existimo saltem in primo, quoniam sapore dulcis cum quadam aromaticitate. ex parte. 3. quæ dicitur acetosa, in qua sunt grana, seu semina eius, quæ ab hominibus frigida, & sicca ponitur in 3. de qua fit syrupus de acetositate citri contra inflammationes febrium. unde ex frigidis cum calidis sic iunctis componitur medium, scilicet temperatum, &c. quare ipsum potest dici temperatum. uerum, si ponderantur partes corticales, & carne; ipsa uincunt in massa acetosa: quare dicere ipsum declinare ad latitudinem caliditatis non est inconueniens magnum. sed ego uereor inter authores me ponere, qui uoluerunt eum secundum totam suam substantiam graduare; nam statim descendunt ad graduandum ipsum secundum partes eius, non secundum totum. ut Aui. &c. De cortice eius fit syrupus stomachum uehementer confortans. caro eius, qua utuntur nobiles, est gustui delectabilis, est mala stomacho, inflatiua tardæ digestionis, & facit utentes ea possidere colicam. remouetur eius nocuum; si cum almuiri, hoc est, cum salamento ex dulci, & acetoso confecto comedatur. Item cum melle nutrita est sanior nisi in plurima, & oportet quidem, ut citrum comedatur singulare, quod non misceatur cibo ante se, nec post se. Aui. cortex tamen eius iuuat ad digestionem; quando commiscetur cibis, sicut semina eius; ipse tamen non digeritur propter sui durtiæ. acetositas eius ualet ad faciendum appetitum maximè in stomacho calido & sedat uomitum cholericum. cortex citri cum ponitur in pannis; prohibet eos à corruptione tinearum. similiter eius odor rectificat aerem, & pestilentiam.

De farre. Rub. 7.

FAR EST temperatum, cuius nutrimentum est medium inter nutrimentum hordei, & frumenti, & similiter quantum ad qualitates alteratiuas, plus tamè nutrit quàm hordeum. Nutrimentum uero eius est uiscosum, & remouetur hoc nocuum; si cum zuccharo præparetur. de eo pauca scribo; quia minima inueni: nam non uideo authores de eo longam facere mentionem; licet moderni medici eo multum utantur.

De lupulo. Rub. 8.

LUPULVS, & si magis sit medicina cibalis, quàm cibus quia tamen plurimi eo utuntur loco sparagorum, cum eis carent, & in ferculo etiam; hinc de eo aliquid dicere arbitratus sum; & si pauca de eo inueniam. Ioannes enim Mesue de consolatione medicinarum eum ponit esse spem uolubilis, est æqualis declinans tamen ad frigiditatem. sed aduertendum, quod leblebi est lupulus, ut exponit Gentilis de cura putridæ in generali, prima quarti: de quo dicit Habé. mesuai, quod est calidus in medio primi gradus, & siccus in principio eiusdem. Alcanzi uero eum pronuntiauit frigidum, & Habé.

Ouorum præparatio, seu alteratio.

Lupuli præparatio.

bi. similiter. nõ credo tamen inter hos uiros esse sensibilem differentiam; sed tu considera, ut de similibus sæpe dictum fuit. purgat choleram citrinam; & ideò mundificat sanguinem ab ea, & etiam purgat choleram adustam, prouocat urinam, est inflatiuus. remouetur nocumentum; cum decoquitur, & elixatur præcipuè, cum steterit in infusione in aqua casei, & tunc, si recipiatur de illa aqua usque ad .ʒ. x. cum penidijs; soluit uentrem.

ARGUMENTVM IN CAP. III.

MEDICINA in eo, quod est distemperata facit corpus labi à sua permanentia; quando est maior aut minor calore naturali. quare in omnibus medicamentis est aliquis super manifestus, & quo magis ad distemperatum tendit, eò est fortior. inceptum est à distemperatis in caliditate; quia passiuæ qualitates nõ habent quidem gradus. ideo dicendum est calidum cum siccitate, & humiditate; nam nunquam queritur siccum, & humidum nisi cum calido, & frigido; cum eorum non sit certò agere. medicina igitur calidæ primi gradus cum siccitate, uel humiditate habent aliquid horum saporum; aut dulce aut amarum, aut acutum, aut salsum, sed non multum: & quando obuiant corpori, aliquam recipit inclinationem; & si fiat frequens occurus; decidit in magnum lapsum.

De frumento uel tritico. Rubrica. 1.

FRUMENTUM calidum in primo, temperatum in humiditate, & siccitate, & melius est nouum benè maturū, plenum siue ponderosum, coloris aurei, et dicitur nouum &c. ad differentiam ueteris, qued. xiiij. mensium, & ultrà; quia de eo naturalis caliditas, & humiditas consumpta est. quapropter redditur siccum, parui nutrimenti, ad digerendum durum. et per nouū intelligo, quod est trium mensium ad minus, & xij. ad plus; quia quod est unius mensis, uel circa, quia nondum humiditatem accidentalem à terra acquisitam, deposuit, est inflatiuum, duræ digestionis, uentositatem, & rugitum in uentre faciens. et quod in terra nõ uallosa, in pingui, seu crassa nascitur, pinguius, ponderosius, & nutritibilis, quod uerò in macra, macrius, & minus nutritiens, & est nutritibilis omnibus alijs granis, & sanguis ex eo generatus est temperatior sanguine, qui ex alijs granis generatur; & hoc est propter similitudinem ipsius ad corpus humanum. et elixatum inflatiuum est difficilis digestionis; si tamen digeritur; nutrimentum eius plurimum existit. et Auer. 5. col. Frumentum coctum cū aqua est grossum, uiscosum, oppilatiuum, durum digeri plus alia re, & est ualdè malum. farina frumenti, quæ recens est calidior est frumento, & eius caliditas ad principium secundi peruenit, uel saltem ad finem primi propter caliditatem, quam in mola acquisiuit, & sicca in fine primi propter eandem causam. antiqua uerò minus calefacit, & plus exiccat: media uerò medio modo se habet, ex quo infertur, quòd panis de farina tali est corpori magis conueniens.

De furfure. Rubrica. 2.

FURFUR calidæ complexionis; minus tamen medulla frumenti, & est calidum, & siccum in primo. & eius sorbitio lenit uentrem maximè cum zucharo rubeo; ut. R. pugillos. ij. furfuris, & aspergatur aqua, ita ut furfur sit benè humectatum, & permittatur stare. viij. horis, uel circa, deinde exprimatur, de qua expressa accipiatur quãtitas unius mediocris parapsidis, cui infundatur. ʒ. s. zuchari rubei, deinde calefiat, & bibatur. et, si furfur ponatur in lacte, inde nutriatur, deinde exprimatur, & coletur, & decoquatur, ut fiat iusculum; est cibus ualdè nutritiuus, pectora, & pulmonem à uiscosis humoribus purgat, & est optimus cibus pro pauperibus hæc patientibus.

De nenulis. Rubrica. 3.

ET, QVIA nenulæ ex farina fiunt frumenti; hinc de eis conueniens hoc loco fuit dicere. diuersificantur in earum factione; quia quædam fiunt cum zucharo, quædam

A sine, quædam cum zucharo, & aniso. sine zucharo sunt malæ præcipuè pueris; sunt enim materia uermium; cū zucharo minus malæ; sunt enim correctæ à uiscositate propter zucharum, & ab inflatione propter anisum. conualescentibus pluribus non potentibus comedere, & omnino appetitu carëtibus proficiunt miro modo. unde interdum concedendæ sunt, ut uirtus ex aliquo aliquando refocilletur. ego nanque in fluxu uentris concessi præparatas cum aqua rosa. & puluere corallorum, & margaritarum.

De riso. Rubrica. 4.

RISI, uel risum calidum in primo, siccum in secundo, multum præbens nutrimentum, ad quandam declinans siccitatem, et, quia corpori aliqua infert nocumenta, maximè quia uentrem ualdè constringit; hinc habeo modum corrigendi eius nocumenta, & modum ipsius præparationis, & est usus eius etiam in sanis, infundatur risum per noctem in aqua furfuris, deinde exprimat fortiter, ut partes corticales, in quibus consistit stypticitas, magis in stypticitate diminuatur, deinde in lacte amygdalarum decoquatur, quousq; dissoluatur, & fiat chist, & cum zucharo comedatur. et dicitur in lacte amygdalarum; quia in lacte ouino decoctum est oppilatiuum; lac enim amygdalarum sicut auctores, eius stypticitatem remouet; est tamen non facilis digestionis; propter quod nõ conuenit nisi stomachus fuerit fortis uirtutis ad cibos. ualet in ulceribus, & punctiombus intestinorum; ut dysenteria, & alijs et fluxibus, ut diarrhæa. et ustulatum magis constringit, & non infusum, ut supra. et similiter ualet, si ex eo clystere fiat. consimiliter si cum carnibus pinguibus decoquatur; multum nutrimentum dat. propter quod dixit Gal. q. addit in spermate, & eius usus urinam, saxes, & uentositatem minorat.

De caulibus. Rubrica. 5.

CAULIS calidus est in primo, siccus in secundo, & meliores, & stomacho minus nociuæ sunt summitates, & magis prouocatiuæ. et meliores sunt hyemales; nam qui æstate oriuntur sunt mali stomacho, & acutioris saporis. et humidius est corpus folijs. sunt parui nutrimenti; sed stomacho non multum conuenientes, & eius usus est tardæ digestionis. et sanguis ex eo genitus malus est; quia turbidus, & melancholicus. et, cum bulliuntur bullitione leui, & comeduntur; laxant uentrem, & prouocant urinam, & maximè aqua decoctionis caulium non lotorum cum oleo, & sale. et, cum bulliunt bullitione multa; & si bis proijciatur aqua, retinent uentrem. remouetur autem multum, & dirimitur eorum nocumentum; si decoquantur cum carne pingui maximè pecudum, aut porcina, aut gallinis pinguibus abiecta prima aqua, aut oleo, & sale. et sunt ciminum, allium, coriandrum, & anisum, sicut ipsorum theriaca.

Vocem clarificant; quia desiccant humiditates capitis, & alleuiant linguam grauatam phlegmate. conferunt tussi antiquæ, prouocant urinam, & menstrua. et semen eius occidit lumbricos, & sedat ebrietatem, inducit tenebrositatem oculorum maximè siccæ complexionis, facit uidere somnia mala, & in fine omnibus uulnæ doloribus secundum medicinam conuenit. & caulibus inest proprietas prohibendi eleuationem uaporum ad caput, prima tertij de cura doloris capitis ex ebrietate.

De cicere. Rubrica. 6.

CICER album calidum est, & siccum in primo, & præcipuè medij temporis, aut antiquum. et dico medij temporis, aut antiquum; quia credo, q. nouum sit humidum. unde Serap. dixit ipsum fore humidum; quod de nouo eū credo intellexisse. idem Isaac humidum in medio primi. est multum nutritiuum, & nutrimentum eius non est bonum, & fortius est nutrimento fabarum, non facile digestibile, maximè quando comeditur cum cortice suo, ut moris est: debet enim decoqui, usquequo ueniat ad certam spissitudinem mediam inter tenuem, & iunctam, deinde colari, & sic abiectis corticibus facilius digeritur.

Conuenit in ægitudinibus phlegmaticis maxime, ubi non fuerit uehementia febris. nutrit multum pulmonem maximè abiecto cortice plus, quàm alia res; & ideò fiunt sorbitiones ex eo. conuenit hydropicis, spleneticis, hepaticis &c. sed magis nigrū. est inflatiuū, & uentositatē faciēs.

Practica Sau. D 4 quæ

Farina recens calidior tritico.

quæ inflatio pipere remouetur, aut alio simili uentositatem carminante, et licet tam nigrū, quàm albū sit lactis augmentatium, & spermatis, sitq; urinæ prouocatiuum; placuit Isaac in his tribus uirtutibus laudare nigrū plus, quàm albū propter dulcedinem albi, & ipsius saporositatem maiorem: nigrū tñ est albo fortius, & rubeo, unde rubeū est medium inter hæc. et hoc forte medium uoluit laudare Auic. quod est cæteris melius, & digestibilius, & non sit multum antiquum, neque multum nouum, & prouocat urinam cum substantia sua dulci, & soluit cum substantia sua nitrosa. unde dixerunt antiqui, q̄ in superficie corticis eorum est humiditas baurachia cū caliditate subtili, quæ tollitur in ebullitione: & est alia humiditas, quæ sedet in intrinseco corpore eorum, & est dulcis nutritiua multum; sed inflatiua. si ergo coxeris lib. j. cicerum conseruantium adhuc nitrositatem suam cum lib. xx. aquæ; tunc erit eorū aqua potus medicinalis absteruus, aperitiuus oppilationū, sanatiuus præcordiorum nutritiuorum, & uiarum urinæ, frangitiuus lapidis in eis. et, si ulteriorem recipit decoctionem, usquequo ueniat ad substantiam spissam mediam inter tenuem & iunctam, ut supra; est cibus bonus phlegmaticis ægritudinibus, ut supra: uerum dari debet colatum.

Et ultimò notandum, q̄ Auic. dicit. 2. can. proprio cap. q̄ non comedatur in principio cibi, neq; in fine; sed in medio eius. et hoc dictum nou uidetur in se habere rationem; & ideò credo literam corruptam. et q̄ Auic. uoluerit laudare cicer medij temporis respectu antiqui, & noui, aut cicer qd̄ est rubeū; quia hoc est mediū, ut dictū est. cōsidera.

De amygdala. Rubrica. 7.

AMYGDALA ad præsens sic distinguatur; quia quædam est dulcis, quædam amara. dulcis duplex; quædam matura, quædam uiridis non matura. dulcis matura est calida, & humida in primo, & in prima mansione primi. et dicitur in prima mansione primi; quia Auic. placuit, ut ipsa dicatur ad æqualitatem tendere. et idem Auer. 5. col. Isaac uerò, ut sit calida, & humida in medio primi: cui nō parū auctoritatis adhibendum; cum de his non paruam sollicitudinē habuerit. uolens igitur inter hos uiros mediare, & quodā modo ipsos aliquantulum reconciliare dicebam in prima mansione primi; quia illa mansio uidetur sapere quodammodo naturam utriusq; temperati. s. & medij primi gradus. præterea. ita parua distantia uidetur esse inter temperatū, & tale in prima mansione primi, ut quibus temperamentum debetur, possit & tale in prima mansione primi conueniēter exhiberi. et similiter dicatur de tali in medio primi respectu talis in prima primi. et ego uideo fati ex his hos uiros reconciliatos, nec hoc miretur proteruus; quia non multū proficiet: & huius sententiæ fuit Serap. cum dixit auctoritate Gal. Virtus eius prima est temperata cum caliditate, & auctoritate Archigenis, & Sindazar, sunt calidi, & humidi in primo. et amygdala noua bonum præbent nutrimentum; licet paruum, & oleum eius leuius est corpore ipsius. augmentat sperma, & substantiam cerebri, facit suauiter dormire, mundificat uias urinæ, & eius acuitatem, & ardorem remittit, & uniuersaliter eius usus corpus impingat. confert tussi antiquæ, asthmatis, pleuresi, & spūto sanguinis. similiter earum oleum, & sauium sunt nō facili digestionis, & difficilius nucibus digeruntur; sed nuges facilius in choleram conuertuntur: ad quod cōcurrat eius oleoginositas. hæc autem duo nocumenta remouentur per impositionem earum in aqua calida, in qua dum steterint per duas horas, uel ad minus per unam, cortices abijciantur, deinde cum panno mundo leuiter exprimantur, & sic remouetur eius cortex. primò ratione cuius erāt duræ digestionis s̄m maiorem partem: secūdo oleoginositas eius, quæ in aqua remanet; propter quod tutius in ægritudinibus poterūt administrari, si tamē per noctē sic emundatæ in aqua teneant; conuenientiores erunt. comedantur autem cum zucchero aut melle; quia facilius digeruntur, & à stomacho citius egrediuntur. dulces uirides ante formationem corticis interioris sunt teneriores, & laudabiliores propter earum aquositatem, quæ cum comeduntur gingiuas confortant, & calorem stomachi refrigerant. de amaris autem; quia non dantur loco cibi; sed loco medicinæ, hinc de eis nihil

Amygdalarum præparatio.

E ad præsens, & consimiliter de antiquis rancidis.

De auellana. Rubrica. 8.

AUELLANA reperitur dupliciter; humida scilicet, quæ recens, & sicca sicca complexionis, ut uideat inuere Auic. ad caliditatem quandā, & paruam siccitatem declinat ita, ut uideatur posse dici, q̄ calida sit, & sicca in primo; licet quidam eam existiment calidam in secundo, & humidam in primo. et, licet ita sit, q̄ calidæ, & sicca complexionis existat; non tñ priuatur humiditate extranea, qua redditur uentositatum factiua, ut infra. unde credo, q̄ recens sit declinans ad caliditatem, & humiditatem; propter quod est stomacho nociua, & facilius digeritur. præterea, quia dulcior, & saporosior melius à uirtute stomachi amplexatur, & melior ex ea est domestica, & quæ citius enucleatur, & dicit Auic. auctoritate Hippo. quod ipsa in cerebro facit augmentum, & Diosc. quod corpori sano pinguedinem affert. et. 14. tertij. de rebus conuenientibus hepatis dicit, q̄ auellana conferunt omnibus hepaticis; qm̄ non sunt uehementis caliditatis, & sunt aperitiuæ, & earū chimus est bonus.

F in auellana uerò est substantia frigida, terrea, plus, q̄ in nucibus; pp̄ quod difficilius sunt digestionis, & tardioris.

Sed diceret, quò sunt boni chimi, & impinguatiuæ, & cerebro ita augmentum facientes, si sunt tardæ, & difficilis digestionis. pro isto dicendum, q̄ auellana humida, siue recens, aut sicca adhuc in duplici reperitur differentia; quia quædam syluestris, quædam domestica. domestica est longior, subtilior, corticem subtiliorem habet, leuior, & saporosior. syluestris rotunda, breuis, insipida, corticem durior habens, terrea, grauis. ad propositum de primis intellexit Auic. 14. tertij. & Diosc. & Hip. de cæteris. Auic. secundo can. & Serapio transeat pro nunc ista solutio. est mala stomacho, & difficilis digestionis, ut dictum est. sed huius causæ maxima pars est cortex eius, à quo si mundetur; facilius ualde digeritur, multiplicat uentositatem, & hoc nocuum per ustulationem ab ea remouetur, ex ea generatur cholera; minus tamē, quàm ex nucibus; qm̄ nō est cū dulcedine sua tanta participans unctuositate. pp̄ter qd̄ nō conuenit in ægritudinibus cholericis; sed in phlegmaticis magis nō existēte febre. credo tamē, si excorticetur eo modo, quo dictum est de amygdalis, nō inconuenienter eas exhiberi in febre phlegmatica; sed tu considera.

Auellana excorticata, ut dictum est, pistatur, & cū aqua mellis, uel melle esui exhibita tussim curat antiquam, quæ si sola comedatur, & cum cortice tussim prouocat. et, si comeditur cum rutha, & ficibus; ualet contra uenenum, ita ut etiam contra aerem pestiferum, & uenenosum. & moderni hoc medicamine utuntur ponentes loco auellanae nucem, ut infra de nuce dicitur.

De apio. Rubrica. 9.

ET, LICET apij sex ponantur species ab authoribus nostris; tamē ad præsens sermo tñ erit de apio domestico, quod in usu cibariorum hominibus cōuenit, & est alijs speciebus melius; & tale ponitur calidum in primo, siccum in secundo. Isaac tamen ipsum ad tertium gradum caliditatis eleuauit. est conueniens hepatis, & spleni, aperiendo eorū oppilationes, & eructuationem mouet pp̄ suam resolutionem. et substantia radicis eius non est uelocis digestionis, & est stomacho magis conueniens alijs speciebus, & eius radix fortior semine, & semen fortius folijs. unde etiam ex hoc conciliari possunt Isaac, & Auic. ut, q̄ Auicenna de folijs, Isaac de radice intellexit: sed credo, q̄ Auic. et de radice intelligat; & tu cōsidera. est subtiliatiuū, incisiuum, aperitiuum, urinæ, & menstruorum, & libidinis prouocatiuū; propter quod malum est prægnatibus, & lactantibus: unde eis phibetur; quia incitat nutrices ad coitum, & lac earū abscindit, & corrumpit, odorem oris efficit bonum; quare patientes factorem oris, cū principes alloqui uolunt; ipsum mastitent. et est ex eis, quæ temperant frigiditatem lactucarū; licet magis in hoc utamur petrosellino, ex quo post purgat renes, uescicam, & matricem. & inest proprietates lemini apij montani; ut uentrem in colica laxet. inducit epilepsiam, & aggregat, seu coadunat humores membrorum totius ad stomachum; propter quod redditur nauseatiuū, & uomitum faciens. quare eius usus in cibarijs non est laudandus.

andus, & commistio lactucae cum eo remouet magnam partem sui nocuenti: & scias, quod non debet comedi tempore, quo mouentur animalia venenosa; tempore, scilicet veris; quia aperit vias, & iuuat ad transeundum, valet interius venenum in ægitudinibus phlegmaticis. & scito, trifolium est species apij, controuersia autem, quæ videtur inter Auic. & Isaac, videtur sic superficialiter ipsum Isaac commouere; cum dicit. apium, quod nascitur in loco humido aquoso esse domesticum, & digestibile, minusq; stypticum, & cæteris minus calidum, de quo fortasse loquebatur Auic. & tu hæc, & similia semper considera; non enim in actu physico hæc paruum faciunt diuersitatem.

De boragine vel buglosso. Rub. 10.

BORAGO calidæ, & humidæ complexionis in primo, & in prima mansione saltem sibi caliditatem; licet sibi humiditatem videatur esse in tertia, eligibilior est cocta non cocta. & utilis est; cum commiscetur cum lactuca contemperando eius frigiditatem, & generando bonum sanguinem.

Valet in ægitudinibus melancholicis lætificando cor: vnde lætificat melancholicos absque causa; si commiscetur cum uino, quod eis in potu tribuitur; solet enim de ea dici. Agit borago gaudia. borago confert cardiacis, syncopizantibus, tristibus. confert etiam in ægitudinibus cordis calidis; si cum ea commiscetur lutum armenum; & zuccharum. & æstimauerunt multi eius usum multum conferre ad firmandum memoriam.

De bliti. Rubrica. 11.

BLITON calidæ, & siccæ complexionis. valet in aperiendo oppilationes hepatis maxime, si sit de grossis humoribus; sed est laudabilis nutrimenti, & parui, vt cætera olera, & stomacho nocens propter humiditatem multiplicem accidentalem. remouetur autem eius nocuentum; si in aqua coquantur, & condiantur cum aceto, & oleo omphacino, aut oleo communi, aut amygdalino, & sale. & Hippo. Apozima blitonis solutiuum est; corpus eius constipatiuum.

De butyro. Rubrica. 12.

BUTYRUM calidum, & humidum in primo, & gradus humiditatis altior est gradu caliditatis, melius ex eo est ouinum. reperitur butyrum in multiplici differentia; quoniam aliud crudum, aliud coctum, aliud recens, aliud antiquum, natura cocti est, sicut natura crudi recentis: veruntamen est calidius propter salis admisionem. recens verò eligibilis, & minus calidum, quàm antiquum; nullum tamen ipsorum primum gradum transcendit, & quanto plus antiquatur, tanto calidius efficitur, & magis mundificatiuum, & recens quàm recentius, tanto plus nutritiuum. & eius effectus est, sicut effectus olei recentis, & similiter veteris in caliditate, modo autem in siccitate. & plurimi hominum eo loco olei videntur.

Butyrum quoque corpus nutrit, & impinguat, & confert tussientibus ex causa frigida proprie cum amygdalis, & zuccharo, est mundificatiuum, & maturatiuum: propter quod conuenit in pleurisi, & peripleumonia: veruntamen, cum est solū eius mundificatio; minor est maturatione, verum cum zuccharo admistum, aut melle e contrario facit; propter quod sic admistum scireatum reddit facile. butyrum stomacho nocet; quia villos stomachi mollificat, & relaxat, & non assuetis nauseam facit, vt cætera vinctuosa.

Præterea, quia aerum est; natat super cibum in stomacho, sicut oleum super aquam. quare cibis grossitatem tribuit, & viscositatem; propter quod difficilius digerunt, & cibos digeri incipientes lubricat, & deponit a stomacho; postquam coctionis tempus non compleuerint. remouetur autem nocuentum eius; si cum eo commiscetur styptica, & stomachum confortantia. est maturatiuum, & resolutiuum apostematum maxime in corporibus teneris, & mediis; in duris autem aliqualem operationem inducit, vt. 5. col.

Eius usus soluit ventrem, & butyrum Teruisinum nesco, cuius usus soluit ventrem rationabiliter cum sit lenificatiuum. & eius potus est theriaca omnibus venenis, & cum linitur ex eo caro gingiuarum infantium admisto melle; sic facilis ortus dentium non minus, quam cum cerebro ædi, vel leporis; licet fortius inter hæc lac canis.

De caseo. Rubrica. 13.

A CASEVS multas habet differentias; quoniam quidam recens, quidam antiquus, quidam medius. item recentium quidam salitus, quidam non salitus. item quidam ex oue, quidam ex vacca, quidam ex capra, quidam ex alio animali, sed de hoc in fine capituli. recens non salitus frigidæ, & humidæ complexionis existit in tertio, vt Auic. placuit. Isaac ipsum scripsit quasi vicinum primo. & si ipsum in secundo poneremus; non esset error. hic autem cæteris melior habetur, est stomacho bonus, vel saltem non nocuius; nutritiuus, impinguius, facile ad membra transiens, ventrem mollificans mollificatione temperata.

Caseus recens salitus cum æqualitate propter salis admisionem ad aliqualem caliditatem tendere videtur. & hic stomacho fortassis priori non minus gratus existit, & iuuamenta habet, vt primus; licet non ita efficacia. & dicitur cum æqualitate; quoniam, si fuerit notabiliter salitus; est minoris nutrimenti. malus stomacho; quia mordacitius, & est macrefactiuus, & maxime qui fit ex lacte vaccino.

Caseus vetus salitus calidæ, & siccæ complexionis, absterfius, mundificatiuus, humoris cholericici multiplicatiuus, & ad digerendum grauis: vnde Isaac. Caseus vetus cauendus est; quia non est bonus ad nutriendum, nec ad bonum sanguinem generandum; sed est causa generandi lapidem in renibus, & vesica; quia habet secum materiam lapidis, & agens iuuans ad petrificandum; quia caliditatem confurgentem ex sale, & coagulo. & de tali dixit Rasis, quod in modica quantitate sumptus post cibum irritat appetitum, & stomachum corroborat, præcipue post cibos ventosos, & pingues, et de tali fortasse loquitur versus.

Caseus est sanus, quem dat auara manus.

Medius verò medio modo se habet inter hæc extrema. et diuersificatur secundum, quod participat magis, aut minus extremis. et eligatur ille, qui non extenditur; vt viscus, neque est citò frangibilis declinans ad dulcedinem, et suauitatem, et qualitatem in sale; quoniam talis non remanet in visceribus plurimum. et hic competit omni ætati, tempori, regioni etc. debetque habere conditiones in versiculo notatas.

Caseus non albus, non argus, sed magdalenus.

C De iuuamentis autem, et nocuentis eius subscribo, vsquequo complebitur disputatio de eo, quod mouetur propter varias authoritates, quæ de eo inueniuntur. et, quia sæpe medici in conuiuijs de ipso postulantur; est dubitatio talis, vtrum caseus sanis corporibus conferat, an noceat. et, quod noceat, arguitur, autoritate Hipp. et Gal. 4. regiminis acutorum in fine, vbi asserit caseum esse generatiuum ventositatum, oppilatiuum, et quod accessionem cibiorum facit, et humores crudos generat etc. et Isaac in diætijs particularibus circa finem. Caseus, inquit, vniuersaliter pessimus, stomachi grauatiuus, digestionem difficilis. et. 2. can. vt supra. generat lapidem in renibus. et Gal. in libello de euchimia, et cacochimia, sunt casei omnes grossorum humorum generatiui. et. 3. de alimentis. c. de caseo, et omnium caseorum cõis accusatio est humorum cacochymiam generare. ad eppositum est Auic. 2. can. et Serap. de simplicibus. et Rasis. 3. Almanforis, et Isaac de dietis. omnes. n. hi caseum laudant, vt supra.

D Pro his breuiter dicendum, quod continuus usus casei malus est, et ab authoribus blasphematus maxime in non consuetis: nam in his, qui assueti sunt, vt sclauones etc. secus est, et hoc voluerunt authores, dum caseum non laudauerunt. caseus autem interdum, et in modica quantitate sumptus laudatur, vt obseruetur consuetudo. item propter delectationem cibiorum, cum quibus commiscetur; vt sunt laganæ, artocree, et huiusmodi. item propter cibi compressionem post alia fercula laudatur. & propter hanc vltimam causam eum maxime laudauit Rasis. 3. Alman. vt supra. & in summa nocet assuetis, nec eo pueri nutriri debent, & si eo continue videntur; inducit oppilationem viscerum, se. putridas, hydropisim, apata, generat autem lapidem in renibus, & dolorem iliacum, & cholericam possidere facit. & si fuerit multum salitus; interdum in corporibus dispositis vesicæ exoriationem inducit, & quod deterius est, ex se infirmitates confurgunt ex usu eius continuo. sed vltimò restat difficultas, quam ab authoribus non inuenio discussam, an scilicet pecorinus sit melior caprino. s. & vaccino, aut e contra: Nam ab Auic. in suis areolis consuevit dici. Et eligatur, & hanc electionem de

Apij vim infrenantia.

Borago gaudia facit.

Butyrum loco olei.

Vinctuosa nauseam parere.

Dentes facilius ortus facientia.

Casei usus continuus malus.

Casei ele-
tio qua-
lis.
Lac natu-
ram & tē-
peramen-
tum cuius
est anima-
lis imitat.

de caseo tacuit. sed, quod ouinus sit melior, arguitur; quia ille caseus est melior, qui cæteris paribus ex lacte fit meliori; sed lac ouinū est melior: ergo maior ex se videtur nota, & est Auer. 5. col. c. de lacte. minor probatur; quia lac naturam, & cōplexionem animalis, cuius est, imitat, & Isaac de diætis capit. de lacte. ergo qualis est proportio naturarum, & complexionū animalium inter se, talis debet esse nature, & complexionis lactis earundem, ergo, sicut complexio ouis est melior complexione capræ, & uaccæ; quia cal. & hu. capra, & uacca frigida, & sicca: ita cōplexio lactis ouis complexione lactis capræ, uaccæ &c. et confirmatur ex practica, & usu cōi; qm̄ plus cæteris caseus laudatur ouinus. item Isaac de diætis. Lac ouium laudabilissimum. sed, q̄ caprinus sit melior, arguitur, ut supra; quia ex lacte fit meliori: nam lac caprinū ab omnibus authoribus temperatum scribitur in secundo can. c. de lacte; temperatū autem cæteris uidetur melius: igitur &c. item oēs plus lac caprinū ouino commendant, ut est cōmuni cōsuetudine inductū. quam non sine ratione sic ab omnibus firmari arbitrandum est.

Sed, q̄ uaccinus melior sit, arguitur; quia in uaccino plus reperitur de butyrositate, q̄ in ouino; sed butyrositas ipsa cum sit calidæ, & humidæ complexionis; remittit frigiditatem, & siccitatem partis casealis: ergo ubi plus erit de butyrositate, facit, ut pars casealis minus à cōplexione hominis sistet, & per cōsequens talis caseus nature humanæ erit conuenientior. item lac uaccinum est ouino nutritibilis; ergo, & caseus. cōsequētia uidetur tenere ex hoc; quia qualis est habitudo lactis ad lac &c. & assumptum est authorum de lacte loquentium. et tunc ultra nutritibilior: ergo melior. patet consequentia; cū alimentum ad finem nutritionis inuentum sit. pro responsione ad dubium, & eius declaratione præmittantur primò quædam suppositiones, secundò conclusiones. prima suppositio. Alijs paribus caseus ouinus uaccino est terrestrior; patet suppositio ex Isaac de diætis uniuersalibus. cap. de lacte. secunda, q̄ melioris odoris est lac ouis lacte uaccino; licet lac ouium sit grauioris odoris lacte uaccino. suppositio experientia nota est. tertia. dulcioris, & suauioris gustus alijs paribus est ouinus uaccino. quarta. minus uiscosus est ouinus uaccino. hæ suppositiones patent experientia.

Prima conclusio. alijs paribus minus malus est ouinus uaccino; & si licet dicere salubrior est uaccino: patet conclusio ex suppositis, & ex argumentis ad oppositū; est enim melioris odoris, saporis, gustui, magis proportionatus factus ex lacte, cuius complexio est melior complexione lactis, ex quo fit; uaccinus non frangibilis, non uiscosus; ergo &c. conclusio est nota cum antecedente intelligēti præterea lac uaccinum generat grossiorem sanguinem ouino: ergo sic & caseus. patet consequētia; quia qualis est proportio lactis ad lac in generando sanguinem, talis erit casei ad caseum. & assumptum probatur; quia ex sanguine grossiori generat. pro isto uidetur sentētia Auic. secundo canon. ubi inquit cap. de caseo. melius est medius inter illum, qui extenditur; ut uiscus, & frangibile; ambo enim sunt mali, & qui est priuatus sapore, & decliuus ad dulcedinem, & suauitatem æqualis in sale: talis. n. ouinus respectu uaccini, & caprini, quia uaccinus uiscosus, & caprinus frangibilis. ouinus uerò multum salitus qualis est caseus marsalinus de ro mandiola, aut testinatus. et, si arguitur contra; ouinus est terrestrior uaccino: ergo difficilius digestibilis, & per consequens non ita bonus, pro isto dicendū dupliciter, primò negando consequentiam, & causa, quia uaccino est tanto plus uiscosior, quæ uiscositas non minus uidetur impedire digestionem ipsa terrestreitate. secundò, si de utroq; comedatur proportionabile digestionem, melius nutrimentū generabitur de ouino: & hoc forte subintellexit; cū dicebat alijs paribus. et, si arguitur; lac ouinum est caseatius; ergo terrestrius, & tunc ultra: ergo grossius, & ultra; ergo grossiorem sang. generabit. pro isto dicendum, q̄ lac ouinum. dicitur terrestrius uaccino qualitatiue, nō quantitatiue, & est modus loquendi antiquus, & est idem dicere, q̄ illud grossum terrestre, quod est in ouino, est magis terreum grosso terrestri, quod est in uaccino; sed grossum terrestre uaccinum est intensius; quia maior est eius latitudo. i. multitudo

plus est de grosso terreo in uaccino. et, licet ista responsio sit à quibusdam laudata; tamen contra ipsam arguitur sic. illud quod reddit ouinum, subtilius est aquositas. Isaac de diætis capit. de lacte; sed in factione casei illa separatur; ergo remanēs debet esse grossius. responsio patet intelligēti.

Secunda cōclusio est quasi sicut correlaria præcedentis. melior est ouinus masculinus, siue uernalis alijs paribus ouino facto: probatur conclusio; qm̄ lac uernale cæteris melius est, & temperatius, ut infra dicitur cap. de lacte.

Tertia conclusio. licet ita sit, ut præcedentes ponunt conclusiones, magis nutritiuus est uaccinus ouino; patet conclusio; quia butyrosior est uaccinus, & butyrositas casei est illud in caseo, quod magis nutrit; cum sit calidæ, & humidæ complexionis complexioni humanæ magis proportionatum: igitur &c.

Quarta conclusio, & est gulosorum, & ab eis habui, q̄ caseus compositus ex duabus partibus lactis ouini, & tertia uaccini est gustui delectabilior, & ab eis sanior reputatur, quæ conclusio etiam firmari ratione posset; quia talis est facilius digestibilis, & magis nutritiuus: igitur &c. saltem cum sale confectus alijs paribus.

Quinta conclusio. et, licet lac caprinum dicatur temperatum; eius tñ caseus oibus his est deterior. prima pars cōclusionis declarabitur cap. de lacte, in quo ostendet, qualiter dicatur temperatū. secūda pars patet; quia statim exiccatur, & terrestrificat, & efficitur ualde frangibilis, & porosus ut notat experientia mali odoris, & grauioris gustus.

Sexta conclusio ponitur probabilis. q̄ caseus caprinus unius diei sanior est caseo unius diei alterius lactis. patet conclusio; cum habet cōditiones, quas debet habere bonus caseus: & tu hæc considera. ad rationes superius adductas patet, quid sit dicendum. et hæc sic rimata de caseo, & cum aliorum supportatione sic conscripta maneant.

De castanea. Rubrica. 14.

INVENIO diuersitatem ab authoribus in graduando castaneam. Auer. 5. col. ponit eam frigidam. idem uidetur sentire Serapio cap. de glande: Isaac tñ, cui non parum cura fuit in inuestigando simplicium diætialium complexionem, posuit eam calidæ, & siccæ complexionis in medio primi. et signa caloris earum sunt dulcedo, & saporositas. unde & Auic. cap. de glande inquit. In castanea autem est parum caliditatis, ppter sui dulcedinem. hos aut cōciliare ualemus, ut supra in primo tractatu, & possumus eam ponere in fine primæ mansionis primi. & sic in ea erit parum caliditatis, modo Auic. et hic gradus ita remissus est, ut quasi uideatur frigiditas. q̄ sit sicca in secundo. concordant in hoc fere oēs authores. est difficilis digestionis; corpori tñ, in quo digeritur, fortissimum, & solidum dat nutrimentum. apud aut nos laudabile nutrimentum præbet, multiplicat in corporibus nostris inflationes, & humores phlegmaticos indigestos, & facit iodam. dixit Auic. de eis allegato loco, q̄ earum nutrimentum fortassis porcis laudatur. remouetur earum nocuum, cum assantur; quia earum corpus rarificatur, & humiditas superflua aquosa remouetur; sed stypticiores fiunt. melius aut decoquunt in aqua; quia earum complexio temperatur ex aquæ mollitie, & humiditate, & sic sunt satis boni chymi generatiuæ. cholericis uerò cum zuccharo, & phlegmaticis cum melle comedant. et inter cætera est castanea ieiuni intestini maxime confortatiua. et cataplasma factum ex eis cum farina hordei, & uino mamillarum tumori potenter auxiliatur.

De ficibus. Rubrica. 15.

FIGVS humida matura calidæ complexionis est in primo, & humida circa finem ipsius, aut humida in secundo, aut temperata, & hoc secundū participationē minoris, aut maioris aqueitatis, siue humiditatis. & eligatur alba montana propter ipsius subtilitatem, & temperantiam caliditatis ipsius, deinde rubea, deinde nigra. & quæ maturior existit, melior habeatur. & hæc est; de qua dixit Auic. & quæ est uehementis maturationis, propinqua est ad hoc, ut non noceat. & existimo, ut hæc sit ficus, quæ tenet medium inter humidum, & siccum, & apud nos uocatur ficus passa, humida stomacho nocet, & maxime quādo cum corticibus comeditur, & est inflatiua, & oppilatiua, & fluxus uentris inductiua.

Aqua frigida cur post ficu comeltionem.

inductiua. remouetur aut nocumentum, quod ex ipsarum magna mistione consequitur ex potu aquae frigidae, quae ipsas de uentre lubricare facit. quod, si uinum biberetur; faceret eas per uenas, & membra penetrare. et, licet ficus sicca in quosdam primum gradum caliditatis transeat; tñ nō multum; unde Auic. ponit eā in fine primi. idē de ipsa hic ne etiā in capitulis multiplicem, sicca itaq; cōplexionis est in fine primi, aut in principio secundi calidā; & eius siccitas in primo, & est ficus nutritior ceteris fructibus, & est bona stomacho. vnde Auic. eius iuuamentum cū ieiunium adest; est mirabile in aperiendo uias cibi, & propriē cum nucē, & amygdala, fit tñ ipsius nutrimentum plus cum nucē, & amygdala, mundificat pectus, pulchrum efficit colorem, & aperit oppilationes hepatis, & splenis, & qñ comeditur cum sale; mundificat superfuitates stomachi, cōfert renibus, & uescicā, urinam prouocando. et, licet nutrimentum eius non sit in robore carnis, & granorum; est tñ uenementioris roboris omnium fructuū, et oēs ipsarum modi expellunt superfuitates ad cutim; propter quod usus earū pediculos, sordes, febres, sudores, scabies, & huiusmodi talia facit. & Paduā meis diebus puer quidam annorum. x. uel circa cum latenter ficus siccas dñi sui comedisset lib. xl. hecticus factus est. conuenit asperitati gutturis, & cannae pulmonis. et uniuersaliter species ficus sunt incōueniētes cursui humorum, seu materierum ad stomachum, & sunt sicca facilliter in humores cholericos apta conuerti, & si superfluos humores in stomacho inueniat; dura fit ad digerendum, ad corruptionemq; mutatur, & inflammationem, & uentositatē generat, & pessimum sanguinem, & talis sanguis facillē corrumpitur, & generat scabies, & huiusmodi. quapropter ante cibi alterius assumptionem assumatur.

Ficus hecticam parere.

Et qui eius nocumenta uitare cupit, ieiunus accipiat, & post comedat calamentum, aut piper, aut zinziber, aut hyssopum, & huiusmodi. et qui ex ea, nutrimentum expectat, cum nucē, aut amygdala, ut supra comedat. et, si decoquatur cum uino, & ex eo fiat clystere; ualet ad dolorem uentris, qui ex grossis accidit humoribus.

De faseolis. Rubrica. 16.

DE FASEOLIS reperiuntur rubei, & albi rubei, ut uidetur sentire Auic. calidi sunt, & sicci, & calidiores albis. et huic scientiā quantum ad hoc, qd sunt calidi, alludit Serap. & Isaac. posuerunt itaq; faseolos Serap. & Isaac, quib⁹ hac parte maximē credendum calidos in primo gradu, & humidos in eodem, unde Serap. autoritate Habē mesuay. signum suae humiditatis est, qd inflant cito, & generant humores phlegmaticos grossos. et Isaac testatur hoc, qd sunt humidi, quia non possunt, ut cetera grana perfectē desiccari, & nisi desiccantur; nō multū temporis seruari possunt. dixit tamen Auic. ut supra. Et apud me substantia eorū est sicca, in qua est humiditas superflua, & humoris phlegmatici generatiua. quidam annuntiauerunt absolute ipsos frigidos, & allegant Auic. & uolentes hanc conditionem dissoluerunt, quod intelligendum est de albis.

Eligantur rubei non corrosi, inflatiui sunt, minus tamē, quā faba, & humorū frigidorū, grossorum, & phlegmaticorum generatiui, & nocent stomacho, & humidiores sunt albi, & grauiore digestionē, & humorum phlegmaticorum magis multiplicatiui, & stomacho magis nocentes, & qui ex eis recentes sunt, adhuc eis sunt deteriores, & faciunt uidere somnia mala, & inducunt scotomiam.

Faseolos comedēdi modus.

Remouetur nocumentū eorum; si primō, elixati, & abiecta prima aqua excorticentur, deinde comedantur cum aceto, sale, pipere, & origano, & post bibatur uinum purū aliquantulum grossum, aut gropellum clarum non minus grossum. remouetur etiā eorum nocumentum; si comedantur cum synapi, similiter cū pipere, & cimino, similiter cū oleo multo, & synapi; sed recētes debent comedi cum sale, pipere, & origano. et multi sunt, qd eos nutriunt prius in aceto, deinde eos coquunt, ut supra. & tales sunt minoris humiditatis ualdē; sed efficiuntur digestionē duriores, ualent pectori, & pulmōni. et de proprietate eorū est urinā, & menstrua prouocare, & maximē rubeorum; unde uis eorum cum oleo de neriden in quantitate. ʒ. iij. menstrua prouocat; qñ cum eis decoquit artemisia. et Isaac, Volēs mēstrua

A prouocare de brodio ipsorum. ʒ. accipiat. iij. & olei nardi ni. ʒ. v. galbani. ʒ. s. illudq; calidum bibat.

De iuiubis. Rubrica. 17.

IUIUBAE saltem maturae, ut Isaac placuit, calidae sunt, & humidae in primo; licet Auic. posuerit eas frigidas in eo, & temperatas in pascuis, & credo ipsas calidas esse; cum plurimi authorum in hoc conueniant, ut patet ex Serap. ca pitulo de iuiubis. et hoc etiā aliqua cōfirmat dulcedo earum; unde eas exultimo calidas in prima mansione primi. & dixit de eis Gal. in libro de diata, qd earum nutrimentum parum est, & durae sunt digestionis; & idē stomacho nocivae sunt, & generant phlegma, & sanguinem phlegmaticum, & inflammationem. eligantur maiores non corrosae, & bene maturae. remouetur earum nocumentum; si cum passulis enucleatis comedantur. conferunt acuitati sanguinis calidi proprie, qñ sunt immaturae, & ponticae. sed decoctio maturarum pectoris, & pulmōnis lenit asperitatem. audi tñ, quod dicit Auic. autoritate Gal. Non reperi iuiubas in conseruanda sanitate, & remouenda aegritudine aliquid operates, sed reperi eas difficilis digestionis, & pauci nutrimenti. et quidā existimauerunt, qd conferunt dolori renū, & uescicā. et qd sint urinā, & menstruorū prouocatiuē. postremō sciendum, qd nonnulli eas temperatas posuerunt.

De lupino. Rubrica. 18.

LUPINVS & si magis medicinae, quā esui cōueniat; quia tñ apud nos comedit; de ipso aliquid dicere institui. ponitur ab Auic. calidus, & siccus in primo, ubi Isaac, & Serapio ipsum in secundo ponunt, & credendum, ut supra, qd sit in fine primi quasi ad principium secundi. remouetur ab eo amaritudo per infusionem eius in aqua multoties, sicut de oliuis, quae aqua cimices interficit. et eligantur albi, & ponderosi, & syluestres fortiores sunt in opera medicinali, difficulter digeruntur, & maximē dulcorati, & humores crudos in uenis generant. remouetur eorum nocumentum, si dulcorati cum aceto, sale, & pipere comedantur. item dicit Auic. qd aperiunt oppilationes hepatis, & splenis proprie, qñ coquantur cum aceto, melle, rutha, & pipere, & subdit, & qui amaritudinem non habet, sedat nausē, dirumpit appetitum. et ex farina eius fit emplastrum pueris patientibus uermes, & est expertum. item lupinus decoctus, & super uulnere positus extrahit ascarides, & potus cum aceto, & melle doloribus mulierum confert.

Cimices interficit lupinorum aqua.

Lupinos comedēdi modus.

De moris. Rubrica. 19.

MORVM dulce calidum, & humidum in primo; acetosum uerō ad frigiditatem, & humiditatem decliue, est malum stomacho, & facillē in eo corrumpitur, praecipue dulce, qñ inuenit stomachum humoribus plenum, & corruptio eorum est mala, & multum nociua, & quando nō corrumpitur; nō nocet. unde acetosum stomacho cholericō nō nocet, & dulce est minoris, & deterioris nutrimenti, qd ficus, & magis sanguinē destruens, & deterius stomacho. in reliquis uerō dispositionibus Auic. dixit, ficui assimilatur. et dixit Gal. & quod conuenit ex comestione ipsorum cotpori, est nutrimentum paucum, sicut & cibo melonum, nisi quia mora non sunt ita nociua stomacho, nec ita prouocantia uomitum; sicut melones. & dixit in lib. de chymis, Mora qñ descendunt, anteq; corrumpantur; nō inferunt nocumentum, nisi de ipsis nimium sumatur. eligantur magna, & nigra, & omnes species eorū comedantur ante cibum, stomacho existente mundo a superfuitate; & tunc faciunt appetere cibum, & faciunt ipsum lubricum, & extrahunt eum uelociter, & omnino descensus eius ex stomacho fit uelociter; sed eius descensus ex intestinis est tardus. unde Gal. in lib. de cibis, mora quando comeduntur ante cibum, & inueniunt stomachum purum; egrediuntur a stomacho cito, & properare faciunt exitum aliorum ciborum; sed post cibum ubi in stomacho sunt humores frigidi; accelerant ad corruptionem, & corruptio eorum est nociua. remouetur autem eorum nocumentum; si, prius qd comedantur, infundantur in aqua, & lauentur. ualet in apostematibus gutturis saltem in principio, & extrahitur tempore melsis lachryma; quia foditur circa radicem mori, & sunt in radice scissurae, & dimittitur sic per diem, & noctē. mane uerō inuenitur super locum scissum lachryma coagulata, quae administra-

Mori lachrymam extrahēdi modus.

administratur in dolore dentium, resoluit apostemata, & solutiuum est ventris. de syluestri & si non venit in vsu cibariorum; communiter tamē dicitur de eo, q̄ est fri. & sic. in principio secūdi, vel in fine primi stypticū magis, quā dulce, aut acetosum domesticum, ex quo etiam domestico fit diamoron, quo vtimur in gargarismatibus.

De pomis. Rubrica. 20.

POMORVM non aranciorum; quia de his infra, alia dulcia, & matura, aut immaturata, & alia acetosa, alia styptica, alia pontica. de iuuamentis vniuersaliter dicendum, q̄ mala sunt ad frigiditatem, & humiditatem declinatia, & inflatiua, & humorum crudorum, & phlegmaticorum generatiua, & de facili putrescibilia, ita vt faciliē in humores putridos conuertantur. & de his, & similibus præcipuē verificatur textus Auic. prima quarti de cura pu. & oēs fructus nocent febricitanti cum ebullitione, & corruptione sua in stomacho. de pomis dulcibus, & maturis dicendum ipsa ad primam mansionem primi caliditatis declinare; licet in humiditate eam aliquantulum transeat; cuiusmodi meo iudicio sunt in partibus nostris poma musca dactylina, & fortasse calamana, apiola etiam meo visu his addenda sunt. placuit tamen quibusdam, vt pro parte videtur sentire Auic. quōd talia ad remanentia in caliditate declinent, & talia absolute protulit Theodosius. eligantur dulcia, & comedantur abiectis corticibus, & meliora sunt cocta non coctis, & decoquantur, siue assentur in pasta, & comedantur cū zuccharo, aut cum zuccharo ro. & tunc confortant stomachum debilitatum, & prouocant appetitum, & confortant cor, & similiter eorum odor, & confortant digestionem, & lætificant animum, delent syncopim, & maxime quando multiscantur infusa in aqua ros. & eorum syrupus confert fluxui, & cholericæ. & dulcia quando isto modo inueniunt humorem grossum, quandoque deponunt ipsum cum egestione, & si est vacuus; retinent. eorum digestio non est multum facilis; sed ex abiectione corticum, & eorum coctione simul cum mitione zucchari fit eorum digestio facilis, & vsus eorum præcipuē vernalium inducit dolorem, & nervorum malam dispositionem.

Acetosa verò styptica, & pontica ad fri. & hu. declinant. & in eis est inflatio, & sunt generatiua humorum phlegmaticorum, & præcipuē putrescibilia, & generant fe. proprietate sui humoris, & sui cruditate. confortant stomachum, maxime styptica, & si acetosa valent contra cholericas ægitudines, & licet de his dici debuerat in cap. de fratribus; tamen vt non multiplicentur capitula; de his tantum sufficiat.

De rapa. Rubrica. 21.

RAPA domestica; quia de syluestri nō est sermo in presenti, calida est in fine primi versus secundum, & humida in eo. eligantur dulciores, & minus duræ. est multum nutritiua, & hoc benè sciunt rustici, qui animalia sua ex rapis cito pinguefaciunt; sed mollem, & inflatam generant carnem propter sui ventositatem, & inflationem. vnde Gal. 5. lib. alimentorum, & rapa per aquam elixatur, non minus aliqua homogenearum plantarum nutrit. & Isaac. Plus cæteris herbis nutrit, & quia est inflatiua, & ventositatū factiua, & multum præbet nutrimentum; hinc coitum excitat, seu incitat, & sperma augmentat, est difficilis digestionis, & difficiliter digeritur radix folijs eius. & quæ est non bene cocta, difficillime digeritur, & generat inflationem, & oppilationem in venis. remouetur autē nocuentū eius; si bis in aqua elixetur, & proiciatur aqua, & tertio cū pinguisimis carnibus coquatur, & sic præstabit laudabile, & quasi temperatum nutrimentum saltem medium inter bonum, & malum. & rapa quidem diuretica est tam ex parte radicis, quā ex parte foliorum. vnde Dios. Cima eius elixata, & comesta diuretica est, eadem quoq; virtus in eius semine existit. & quidam opinati sunt, vt in meditulo foliorum eius sit virtus diuretica multum fortis, quorum opinioni videtur assentire Dios. & quādo foditur rapa vna interius, & ponitur in cauitura illa cera liquida cū oleo ros. & ponitur super calidos cineres, & calefit; multum confert scissuris vlcerosis, quæ fiunt à frigore tempore hyemalis. similiter scissuris, quæ accidunt pueris paruis ex adustione

vrinæ, & acuit visum comestio eius, vt dixit Auenzoar ita magnus medicus, & Auer. 5. col. scias vltimò, quōd est alia species, quæ minor est, & vocatur nauoni, siue nauon, est minoris nutrimenti, quā rapa. sed quæret rationabiliter aliquis, quæ melior existit, an rapa elixata, an assata. pro isto dicendum, vt notat Conciliator. xx. problem. problemate. v. quōd sicut corpora lapsa debent regi per cōtraria; ita cibaria condimentis oppositis, & contrariis actionibus gubernari; vt calida frigidis, frigida calidis, & consimiliter de humidis est dicendum. ex quo patet, quōd, cum rapæ humidæ sint; meliores erunt assæ, quā elixæ. pro isto videtur sententia Auic. tertia primi de regimine eius, quod comeditur, & bibitur: nam quæ humida sunt, non oportet amplius humectare, & quæ sicca, non amplius exiccare; cū simile additum simili distemperet, & corrumpat. hæc tamen vltiori indagatione indigerent; sed præsens opus non exoptulat.

De tri. Rubrica. 22.

TRI est, sicut corrigiæ rotundæ longæ factum ex azimo, quod coquitur cum carnibus, & aliquando sine carnibus, & uocatur à quibusdam, vt in marchia tria, à quibusdā vermecelli, à quibusdam oriti, et quibusdā minotellæ. natura ea est, et hu. humiditas eius superflua existit. est tardæ digestionis, et descensionis à stomacho, & maxime azimū, sed fermentatum melius, & tale elixatur, & coctum cum carnibus, & abiecta prima aqua, & tunc est plurimi nutrimenti, & si comedatur cum penidiis, aut zuccha. confert pulmōni, & pectori propter tussim, & sputum, & lenit ventrem constipatum. remouetur eius nocuentum secundū plurimum; si post ipsum bibatur vinum antiquum bonum, & si cum eo ponatur oleum amygdalarum, & parum piperis. De vua. Rubrica. 23.

VVARVM alia acerba, alia perfectè matura, & dulcis, alia muza, id est medijs saporis. acerba frigida est, & humida intelligendo per acerbam illam, quæ non est quasi dulcis; sed in qua tamen processit digestio complete; quoniam agresta, in qua digestio non processit complete; vt est agresta, seu agrestum, est frigidior valde, & forte vsque ad tertium gradum, vt voluit Isaac, & sicca in secundo. perfectè matura calida est in primo, & humida in secundo, vel circa; licet cortex eius frigidus sit, & sic quanto dulcior, tanto calidior. quidam tamen ponunt dulcem benè maturam temperatam. muza vero medio modo se habet.

Sequendo de perfectè matura, de qua sermo videtur, est principaliter dicendum, q̄ eligi debet alba alijs paribus in dulcedine subtilitate, & humiditate, deinde rubea, tertia nigra. & melior ex ea est, quæ est subtilium corticū, & modicum aquosa, & quæ post eius collectionem suspensa stetit tribus, aut quatuor diebus, ita vt eius cortex detumescat, & est boni nutrimenti, impinguat corpus, & ipsum confortat, & assimilatur eius nutrimentū nutrimento ficuum, & si stomachus vacuus sit; benè digeritur, & laudabilē sanguinem facit, confert pectori, & pulmōni.

Vua verò cum deposita est à vite; si comedatur, est inflatiua, ventris solutiua, & si stomachum inuenit repletum humoribus; conuertitur in malos humores, & rugitum facit, & fumum nociuum plurimum creat. & quando vua nō digeritur; eius nutrimentum crudum est, & nutrimentum vix cum sua dispositione plus est nutrimento succi eius. sed succus eius est velocioris penetrationis, & descensionis. & quæ habet corticem grossum; vt sunt apud nos variationes; magis difficile digeritur; si cum eorum cortice comedatur. & vua dulcis nocet hepati, & spleni oppilandō &c. Præterea sciendum, quōd in vua reperiuntur quatuor substantiæ, cortex, granum, carnositas, & aquositas. vnde carnositas, & aquositas sunt eiusdem complexionis. cortex vero, & granum vix frigida sunt, & sicca à virtute, digestiua non patiuntur, & experientia notat; vt enim comeduntur, extra geruntur. si tamen ex granis eius fiat farina granis assumptis; stomachum confortant, & cholericā stringunt egestionem. sed quæretur rationabiliter aliquis, an ante cibum, vel post cibum assumi debeat.

Pro isto dicendum, quōd vua dicta, vt supra, quæ stetit suspensa, vt supra, debet sumi ante cibū, eo q̄ stomachum confortat

Poma edē di modus.

Rapa vt coquēda.

Vua substantia.

confortat &c. & quia longinqua est ab inflatione, & firmitate, & ab alijs nocentis. sed vna, quæ statim deposita est &c. debet post cibum comedi; quoniam ante cibum assumpta impedit digestionem, & nocet stomacho eo modo, quo infra de raphano. postremo sciendum, quod vna ab authoribus nostris plus laudatur ceteris fructibus excepta ficu. & dixit Auic. Omnis vna nocet vesicæ; quoniam cauendum est eam concedere in dispositionibus eius, vt quidam faciunt. & Diosco. præcepit succum vna acerbæ ante dies caniculares ad solem poni, donec inspissetur; vt mel, & ex isto facere clysterem in vulneribus intestinorū, & in fluxu humorum ex vulua diuturno. sed, quia passula est species vna; hinc in eodem capitulo de eo consequenter agendum. passula triplex reperitur: est enim quædam carnosa multorum paruorum granorum. est & alia parua non ita carnosa, & magnorum granorum in comparatione ad carnem. est & alia absq; granis siue arillis, magna, carnosa, & multum dulcis. calidæ est, & humidæ in primo complexionis. parua autem, & multorum granorum, seu magnorum minus calida maiori stypticitate participans. media verò medio modo inter has. & hæc fortasse est illa, quam Rasis temperatam dixit. eligatur carnosa rotunda parua dulcedinis. & dixit Habé Mesue. Et bescha meliores ex eis sunt pingues subtilis corticis, & parui grani. est multum nutritiua, & confortat stomachum, & magis illa, quæ est minor, & magis styptica plus granis abundans, ratione quorum illud operatur. & multo plus nutrit carnosa non carnosa alijs paribus. confortat etiam hepar non oppilando; vt dactyli. vnde Auic. xvij. tertij de cura fluxus hepatici. & iam laudatæ fuerunt passæ pingues in hoc capitulo, ita quod æstimauerunt, quod ipsæ sanant fluxum lotium difficilem. & nos experti sumus illud; fuit res non longinqua ab eo, quod dixerunt. & ego vidi experientiam in Baptista Galeazij, quem his passulis curauit. Cermifonus noster confortans renes, & vesicam. vnde Auer. quinto col. Passæ profunt hepati à tota substantia, & conferunt renibus, & vesicæ. & Auic. Passa amica est stomacho & hepati. & Galen. in de alimentis. Passæ sunt meliores stomacho ficibus.

Et est notandum, quod passæ aliquando administrantur cum granis suis, & aliquando abiectis granis. vbi enim queritur stypticatio, & membri confortatio sicut in dispositionibus stomachi, & fluxu hepatis debilitatione renum, aut vesicæ; tunc debet cum granis administrari. vbi verò querimus æquationem humorum, & confortationem virtutis, & non stypticationem in membro sicut in passionibus pulmonis, pectoris; vt in tussi, & huiusmodi; debet tunc absque granulis administrari. nocentum ex eis est adustio sanguinis. & remouetur, si cum eis comedantur citrulli recentes. & vna passa confert doloribus renum, & vesicæ, & doloribus intestinorum. vnde Isaac. Si malos in stomacho inuenerit humores; temperat, & mitigat morsionem, præsertim si carnosa sit, & corticis tenuis. exiguorum autem ofsiū mundificat renes, & vesicam, & ventrem laxat.

Et est notandum, quod vbi est oppilatio, aut in hepate, aut renibus, aut vesica &c. debent administrari abiectis arillis, siue nucleis, & illæ, quæ naturaliter carēt nucleis, sunt alijs dulcibus subtiliores. habitantes in oriente diligunt eas plus alijs, & miscent eas cum zuccharo, & nucibus amygdalis, vel auellanis. nos autem passulis cum amygdalis vtimur; si est nutrimentum bonum, cum quo commiscetur zuccharū, vt in splendidis conuiujs adhuc præstantius.

De zuccharo, vel saccharo. Rubrica. 24.

DISTINGUITUR zuccharum ratione ætatis, & ratione præparationis, ratione cuius existimo ipsum in complexione variari: quoddam est vnus coctionis, aliud duarum, aliud trium coctionum. zucchari complexio à diuersis diuersa habetur. vnde quidam, vt Tacuinus de Baldach, siue Albucahis, ipsum temperatum pronuntiauit. quidam, vt Auic. Haben, Mesue, & cæteri ipsum calidum in primo, & in fine humidum in medio eius esse dixerunt. nonnulli calidum in secundo illud ponere non dubitauerunt. & omnium horum opiniones veras esse existimo. vnde zuccharum nouum, antequam ad soliditatem aliquam educa-

A tur remanens. s. sub forma pulueris, quod appellatur zuccharū rubeum; est calidæ complexionis vsq; ad secundum. zuccharum verò nouum ad soliditatem reductū per vnā decoctionem calidæ complexionis existit in fine primi: reductum verò ad soliditatem, per duas calidum in medio primi: reductum verò per tertiam, & appellatur zuccharū trium coctionum; temperatæ complexionis existit, & tale est zuccharum taberzet. & hanc sententiam visus est velle Auic. 2. can. proprio cap. de zuccharo: dum dixit zuccharum taberzet frigidius. i. minus calidū; cum zuccharum vniversaliter calidum ponat. per coctiones itaq; partes subtiles igneæ zucchari consumuntur, & quanto plus coquitur tanto, &c. ideo per trinam decoctionem ad temperiem reduci videtur. De antiquo dicendum, quod sine dubio quanto magis antiquatur, tanto magis exiccatur ita, vt siccum dici debeat comparatione noui; vt Auic. & Serap. de eius verò caliditate similiter dicendum, quod variatur, licet non multum à caliditate. eligatur album, clarum, trium, coctionū; vt est taberzet, quod sic nominatur, aut à loco, aut quia in locotali sic trina decoctione decoquitur. confert stomacho, in quo non generatur cholera propter facilitatem conuersionis eius in choleram. abstergit stomachum, & mundificat eum à phlegmate, & propriè antiquum: & nutrimentum eius maius est nutrimento mellis. est lenificatiuum, ventris absterfium, lauatiuum, lenit pectus, & asperitatem eius remouet. confert doloribus vesicæ, & renum, abstergit obscuritatem visus, & est oppilationum aperitiuum.

Nocentum autem eius est, quod sitim facit; minorè tamen, quàm mel, & in choleram conuertitur. remouetur, si comedatur cū granatis muzis, & si decoquatur ita, vt ab eo spuma remoueatur. soluit ventrem, quod est sub forma pulueris propriè, vt zuccharum rubeum. & ipsum cū oleo amygdalino confert colicæ.

ARGVMENTVM IN CAP. IIII.

Medicamenta calida in secundo gradu cum siccitate ea sunt, quæ, quando corpori obuiant in suo temperamento existenti; multum, & citò labi ipsum cogunt, atque grauari: sed corpus lapsum potius restaurant sua temperie, & in omnibus est acuitas, vel amaritudo, vel salsedo, quæ sensui non latent. sunt hæc medicamenta phlegmatis digestiua, dissolutiua frigiditatis, atq; humoris congelati. quapropter sunt mollificatiua, aperitiua, resolutiua, diuretica, & menstrua prouocantia, lapidem frangentia, ac demum in morbis frigidis admodum conuenientia. sed calida in secundo cum humiditate sunt prædictis suauiora, & debiliora; propterea quod siccitas addit in acuitatem, & asperitatem cum calido: humiditas autem addit in lenitatem. verum hæc sunt magis incidentes, abstergentes, & aperientes.

De aniso. Rubrica. 1.

ANI S V M ab Auic. autoritate Gal. ponitur calidæ complexionis in secundo, sicca in tertio; licet Serap. ipsum ponat calidum in tertio, & siccum in eodem. propter quod tenendum est, vt supra, quod sit tale inter secundum, & tertium, vel quasi. vnde & Auer. 5. col. videtur adhærere opinioni Serap. propter acuitatem saporis, &c.

Eligatur recens habens grana grossa, plena, & penetrata: & quod portatur ex insula Cretensi alijs omnibus est melius, licet Auic. Romanum videatur plus laudare. confert oppilationi splenis, & hepatis generatæ ex humiditatibus: carminat uentositatem, sedat dolores, prouocat urinam, & menstrua, mundant matricem à fluxu humiditatum albarum, est motiuum coitus, aperit oppilationes renum, & vesicæ, & matricis. est & aqua eius decoctionis, sudoris prouocatiua maximè, cum calida bibitur: & si decoquatur in uino; fortius confortat stomachum frigidum, maxime in quo uentositates multiplicantur.

Passularū administratio.

De artemisia. Rubrica. 2.

Artemisia
i.e. quod
apud ara-
bas beren-
gesif.

Artemisia
aliarū her-
barum ma-
ter.

INVENIO eam apud Diosc. apud Cerniso. & fm Simonem Ianuensem, & fm Auic. sub vocabulo berengesif. & licet Auic. exponat berengesif; quod est abrotanū; tñ, cum de abrotano speciale capitulum fecerit; dicit berengesif esse artemisiam. et Diosc. ponit eam calidam, & siccam in tertio. Auic. uerò ponit calidam, & humidam in primo. Cerniso, calidam, & siccam in secundo: quod credo uerius; apposui enim eam hic; cū sit herba, quæ dicatur aliarum herbarum mater. et multi eam matricariam uocant, præcipuè domine, quibus ipsa est thesaurus; & ex qua cum caseo, ouis, &c. faciūt tortellos tempore festiuitatis S. Mariæ. vnde & quædā dominæ eā herbam sanctæ Mariæ uocant. eligantur folia eius uiridia magis, quàm sicca. est aperitiua, subtiliatiua, conuenit in uia cibi dominabus pinguibus, & nō macilentis; sed in uia medicinæ cōuenit omnib⁹ mulieribus, quæ à matrice uexantur; ut dñæ. est stomachi confortatiua, & præcordia sanat, ualet contra sterilitatem ex humiditate prouenientem; nam, si ex siccitate obesset sanis, sed hoc comprehendī potest ex complexionē eius mulieris, si sit pinguis, aut macilenta. item accipiatur puluis artemisiam, bistortæ, nucis mulcatæ, ana, & conficiatur cum melle, aut syru. simplici, & detur in uinō albo, serò, & mane cū decoctio. artemisiam. item accipiat patiens fumum colophoniam super carbones positæ, deinde calefiat artemisia super testā, & calefacta ponatur sup lapidem molarem, & de super sedeat infirma, probatum est; frangit lapidem in renibus, & prouocat menstrua sedendo in eius decoctione.

De capparibus. Rub. 3.

Sple. su-
pramodū
iuuantia.

CAPPARES calidi sunt, & sicci in secundo secundum Auicem. licet aliqui, ut Diosc. traxerunt eos ad tertium, confirmat autem opinionem Auicem. Isaac dicens. Hoc testatur eorum amaritudo, & acumen. eligantur Alexandrini. sunt incisui, & mundificatiui stomachi à superfluis humoribus, & maximè phlegmaticis grossis, aperitiui oppilationum hepatis, & splenis, & remouent splenis durtiē, & ut dixit Galen. conferunt spleni plus omni alia re, siue medicina, quæ ponitur exterius in emplastris; & etiam, quando interius assumitur cum aceto, & melle, postquam desiccatur, & teritur. sunt mali nutrimenti; nam sanguinem melancholicum multiplicant, & humores cholericos generant.

Cappares
esui, ut p-
parentur.

Remouet eorū nocumentū, si prius cum aqua tepida, & sale à sorde mundentur; deinde exiccetur, & cōdiantur cū aceto, & oleo. cōsueuerūt et hoc modo præparari, & mundificari. in aqua feruenti ponantur, & deinde extrahantur integri; deinde præparentur cū oleo, & aceto: hoc enim modo præparati esui sunt delectabiliores; sed nō sunt ita faciles digeri à stomacho, & alijs membris ita conuenientes. ipsi igitur præparati, ut prius sunt appetitus prouocati ui, & laxatiui uētris, & qui timent acetū, comedāt cū uino subtili, albo, & bono, aut cum aceto passulato, q̄ sic fit. R. passularum electarum; ut supra. 3. iij. aceri lib. j. bulliant usque ad consumptionem tertiæ partis. quidam delectantur eos comedere cum carnibus; sed tales eos sic comedāt cū coriandro; quoniam coriandrum, ut ponunt authores, remouet omne nocumentum capparorum: sed nutrimentū eorum hoc modo est plus, quàm nutrimentum ipsorum primo modo præparatorum. sunt tamen in uia medicinæ utiliores, quàm in uia cibi; & capparum nō ablutus, qñ comeditur; laxat uentrē; licet etiā ablutus expellit phlegma grossum per secessum; sed debilius. & sumitur de radice eius in potu. 3. iij. omni die usq; ad tres dies resoluit durtiē splenis, & extenuat ipsum. prouocat urinam, & educit ægritudines sanguinolentas. et dixit Diosc. Si ille, qui habet dolorem in dente, momorderit radicem eius; cū dente dolente sedatur dolor. similiter collutio oris facta ex decoctione capparum in aceto. et qñ terunt folia, & radix eius, & fit inde emplastrum super scrophulas, & apostemata dura; resoluit ea. et dixit Serap. ego quidē resolui durtiē scrophularū aliqñ in paucis diebus cū folijs capparum sol. et nota dictum Habē mesuai. Illi, qui condiuntur cum sale, faciunt operationem supra, nisi quia sunt mali stomachi malitia tamen pauca. et, si condiuntur cū aceto; prouocāt ap-

Coriandrū
noxā cap-
parorum
infrenat.

petitum; qm acetum prohibet nocumentum eorum à stomacho. cortex radice capparum masticatus extrahit, & purgat humiditates phlegmaticas à capite. & ut dixit Auic. eorum usus interficit vermes in ventre.

De dactylis. Rubrica. 4.

DACTYLI ponuntur calidi, & humidus in 2. gradu. Cerniso. tamen ipsos calidos in primo, & siccos in eodem pronuntiauit. & diuersificari dicuntur fm diuersitatem regionū, in quibus nascuntur: nam eorum aliqui in regione nascuntur calida, & hi sunt cæteris dulciores, & magis viscosi, & in caliditate fortassis altiores; alij in regione nascuntur frigida, & hi sunt minus calidi, crudi, pontici, & sicci respectu primorum: nonnulli in regione harum media nascuntur, & tales licet in perfecta maturitate existāt; tñ eis tanta est siccitas, ut maturitate seruari nequeant: abū dant. n. quadā humiditate superflua, qua corpora replent multis, & crudis humoribus. eligantur minores minus dulces de regione media, & perfecta maturi. & si quaratur eorum maior caliditas, & siccitas; eligantur antiqui: noui uerò, ubi econtrā. difficilis sunt digestionis, sanguinis grossi generatiui. sicibus tñ siccis sunt digestibiliores. & usus eorum hepatis, & splenis grossitiem, & constipationē, siue oppilationem facit. nocent gingiuis, dētib⁹, gutturi, & uoci, & frequenter dolorē in ore stomachi adducunt, & fm Serapionē facillē in choleram conuertuntur, propter qd mali sunt stomachis calidis à cōplexionibus calidis. iuuant habentes oppilationem pulmonis, & nocumentum in eo, maxime, si cū pineis mundatis comedantur: & hoc per quartā uirtutē; ut supra in primo tractatu, & similiter, his, qui non sunt calidæ complexionis; sed tñ fortis uirtutis qui quarunt impinguari. & dixit de eis Auic. tertia primi de regimine eius, quod comeditur, & bibitur, q̄ dactyli sunt in numero fructuum magis similibus nutrimento nostro, & præcipue in locis, in quibus nascuntur. remouetur pars maxima nocumenti eorū, si cū papauere comedantur, & amygdalæ et in hoc proprietatē habere videntur: ossa eorū trita, positæq; super umbilico pueroꝝ stringunt eorum fluxum, & ipsa assata valent multū in egressione, & eminentia oculi; ut Aui. 1. 3. tertij de cura exitus oculorum.

De enula, seu inula. Rubrica. 5.

ENULAE duplex maneries reperitur; hortulana. s. domestica, qua sæpe utimur: & alia, quæ campana dicitur, & est respectu alterius syluestris, & in medicina fortioris efficaciam, & habet folia magna super terram expansa. ponitur ab Auic. præcipue, & ab alijs doctoribus calida, & sicca in secundo gradu. Cernisonus tñ posuit eam calidā in tertio, & humidam in primo, & fortē hoc dixit propter illud, qd dixit Diosc. autoritate tñ aliorū, qui eam zinz. de sceni uocant: aut locutus est de syluestri, q̄ absq; dubio calidior est. dixit tamen Aui. q̄ habet humiditatem superflua: & ideo nō calefacit corpus statim; cum ei occurrit. eligatur hortulana, & præcipue radix eius; quia ipsa est, q̄ est nobilis cibus; & melior est parua, alijs paribus magna, & sit boni odoris & exiccata melior est humida. est. n. pectoralis, & in hoc multū ab authoribus nostris laudatur. & consulunt, ut cum electariis mundificantibus pectus commisceatur. ipsa enim cum melle deglutita maxime iuuat ad excreandū humiditates pectoris grossas, & viscosas. & posuit eam Auic. cordialem. & dixit Humaim ex verbo Hipp. Enula aufert iram, & tristitiam, et fortificat os stomachi. et dixit Diosc. qñ radix eius cōmiscetur cum reb. est bona stomacho, nescio, an à proprietate, an quia in se sit difficilis digestionis; qd magis credo, est mihi inimica; quia. s. eam malè digere valeo. vnde magnā partē grossam terrestre in ea inuenio. facit sodā: uerum exterius embrochata capiti curat hemigraniam. fit ex enula uinum, ut accipiatur radice enulæ fasciculum unum, & minutim incidantur, et ponatur in dolio musti. ita, ut totum ad inuicem bulliat, et post tres menses sit usus uini: mirabiliter mundificat pectus, etiam pulmonem; et est sententia Hipp. quam maxime cōmendat Gal. Auic. et alij. succus eius cum melle bibitus interficit vermes. hoc expertum est. et, cum folia eius coquuntur cū uino, et præcipuè cocto, et fit ex eis inde emplastrū; maxime confert doloribus scia. de Campana est versus talis.

Enula

Enula campana, reddit præcordia sana.

Et conuenientior modus præparationis eius est, ut existimo, ut prius sub cineribus assetur: deinde ponat in aqua feruenti ad ignem, & stet per certum spatium; ut bene mundificetur: deinde exprimatur fortiter; ut recedat ab ea humiditas illa superflua, quæ corpori nocet, ut supra. deinde bene pistetur, & ea utatur, ut libet aut cum ouo, aut caseo, aut in artocrea, &c. est eius usus communis, & est eius usus utilis ualde dominabus, quæ in mensuris suis non debite purgantur. soluit etiam uentrem, & urinam prouocat.

De eruca. Rubrica. 6.

Eruca domestica, & hortulana, de qua ad præsens calida in primo, & sicca, in primo est sicca, & ipsa humida est humida in primo. eligatur hortulana. et cocta est aperitiua, & facit abundare lac, & est faciens digerere cibum, & quando de ea cocta multum comeditur; incitat libidinem. & de proprietate eius est facere erectionem uirgæ; sed sola comesta facit dolorem capitis, & præcipue hemicraniam, uentositatem, & inflationem facit: & ideo Gal. de differentijs feb. eam ponit in numero malorum ciborum. remouetur autem eius nocuentum; si cum lactuca, aut endiua, portulaca, aut scariola comedatur, & aceto: unde melior est cum lactucis. hæc herba comesta salubris, succus erucae recetis, qui miscetur cum felle bouino; cicatrices ulceris ex ea linitas delet. et semen eius cum uino tritum maxime ualet in apostematibus pestiferis, & fortius est syluestris semine. quare in emplastris ponendum. conuenit frigidis natura, & sanguinei, & cholericis ab ea, & usu eius se abstinere saltim eam sola comedendo. inuenit inter Diosc. & Hipp. cõtatio de eruca, seu curuca; dixit Diosc. eam urinam prouocare. quod Hippo. absolute negauit, cuius sententiam plurimi medicorum secuti sunt.

De foeniculo. Rubrica. 7.

Foeniculus domesticus calidus est, & siccus in secundo. & Isaac dixit ipsum calidum in medio secundi, & siccum in medio primi. syluestris, ut ponit Auic. est dignus tertio gradu: & auctoritate Gal. dixit Serap. eum in tertio gradu collocari debere. eligatur hortulanus, & domesticus, plenus, & ponderosus. est tardæ digestionis. et eius nutrimentum est malum; sed tamen, cum datur cum aqua frigida; cõfert nauisæ, & inflationi stomachi. Aperit oppilationes hepatis, renum, & uesicæ. lapidem frangit, & proprie syluestris. urinam, & menstrua prouocat. et humidus hortulanus comestus facit abundare lac, & acuit uisum in omnem modum administrationis eius. unde Auic. auctoritate Democriti dixit, quod uenenosi uermes pascunt semen foeniculi recentis; ut eorum uisus confortetur: & uiperæ & serpentes, qui steterunt in cauernis, cum egrediuntur per hyemem; fricant oculos suos super ipsum; ut confortentur, & illuminentur eorum oculi. et ideo putarunt aethores eius usum maxime conuenire in reparatione oculorum senum. utantur eo, & radice sua dominæ, quæ a mensuris suis non debite purgantur: unde radix eius supposita menstrua educit. si tamen in parua quantitate utatur cum alijs bonis cibis; non uidetur facere nocuentum, sed iuuamentum. postremo habendum est, quod dicit Circainstans experimentum optimum, & certum ad oculorum pruritum. conficiatur modicum aloes optimi in succo foeniculi, & ponatur in uase æneo ad solem per .xx. dies; deinde in oculo ponatur ad modum collyrii.

De phisticis, siue pistachijs. Rub. 8.

Phisticus calidi, & sicci sunt in secundo; licet in eis sit humiditas plurima. & dicit Auic. Dicitur, quod sunt uehementioris caliditatis, quam nux, & amygdala: & fuit opinio Archigenis; eos tamen humidos absolute protulit Circainstans, cui non tantum fidei adhibeo, quantum Isaac. nonnulli eos temperatos, uel quasi temperatos esse dixerunt.

Eligatur noui, pleni, boni saporis dixit Diosc. quod sunt stomachi maxime iuuatiui, & Gal. illud noluit affirmare, & dixit eos nec iuuamentum, nec nocuentum facere stomacho. dixit tamen, si assentur; stomacho iuuamentum præstare. a quibus abstinere calidam habentes complexionem. et, dixit Aui. prohibent nauisæ, & subuersionem stomachi, & os eius confortant, bonum comedentibus præstare nutrimentum. habet tamen in se aliquid amaritudinis, & ponticitatis: unde sunt etiam hæ-

Apatis confortatiui, pectus, & pulmonem mundificant. et oleum cõfectum ex eis tritis addito puluere nucis indicæ, & sumptum in modica quantitate, & melle sufficientis quantitatis optime coitum confortant.

De melle. Rubrica. 9.

Mel apum calidæ, & siccæ complexionis existit in secundo. eligatur id, quod est ueræ dulcedinis declinans ad ad aliqualem acridinem, & rubeitatem. & est, ut palea in colore, quod non est subtile, & uiscosum, neque nimis liquidum. sed, ut dicit Gal. 7. de ingenio sanitatis, quod est odoriferum, clarissimum, & a uisu penetrabile saporis aliquanti acuminis, & delectabilissimum in gustu. & cum distillatur coniunctim; descendit sine sui separatione. nam, si non sit cõtinuum; aut est grossius, quam oportet; aut subtilius, aut dissimile per partes. i. quædam partes apum grossæ, & quædam subtiles. mel autem, quod est grossius, quam oportet, est propter nimiam ceræ multitudinem. quod autem subtilius est, quam oportet, est propter tarditatem, aut propter indigestionem, ideo oportet, ut sit inter hæc mediocre, ut dictum est. et dixit Diosc. Signum bonitatis eius est odor bonus, sapor dulcis, color subrubeus. et, quando miseris in eo digitum; adhæret digito, & uenit cum eo. & recipit diuersitatem in bonitate, & malicia ex parte temporis nutrimenti apum, & præparationis. ex parte temporis; quia melius est uernale; æstiuum uerò melius est; autumnale, & hyemale omnibus deterius. ex parte nutrimenti apum; quia factum ab apibus pascentibus bonos flores; ut est, flos amygdalæ ceteris temperatius existit. ex hyssopo, uero calametho, absinthio, eupatorio, & huiusmodi herbis calidis aromaticis calidius est, & ægritudinibus frigidis; ut est epilepsia, paralysis, &c. magis est conueniens. fit etiam mel apum syluestre ex floribus castanearum: & idem est subamarum, non ita bonum saltem in cibis condiendis. ex parte præparationis; quia quoddam est coctum: quoddam crudum; & crudum uentositatem, & inflationem generat, & pectoris asperitatem augmentat propter sui acumen a natura apum acquisitum. Coctum uerò, & cum aqua, & sine aqua ab his nocuentis remouetur: ideo, ut præstatius eligatur, & est tanquam aurum, commendandum memoria, ut semper spuma remoueat; quia ipsa non abiecta inflat, & facit tussim. et sic habetur remotio nocuentorum eius. est absterfuum, aperitiuum, corpus mundat, & purgat, & expellit humiditates a profundo corporis, & prohibet putrefactionem, & corruptionem carnis, & linimentum eius interficit pediculos, & lendines, abstergit tenebrositatem oculorum, si fit ex eo collyrium per .xx. dies, & aqua eius facit appetere cibum, & confortat stomachum. et ualet in passionibus pectoris ita, ut sit uehiculum aliarum pectoraliu. frigidis, & humidis natura maxime conuenit præcipue in senioribus; citò in sanguinem in eis conuertitur; & similiter ægritudinibus frig. & hu. ut paralyti, &c. calidis cholericis maxime conueniens. et, dixit Circainstans, quod mel album debet uti in ægritudinibus frigidis; subrubeum in calidis. et sciendum, quod coctum non mouet uentrem; immo quadoque stringit phlegmaticos, & est plurimi nutrimenti, non coctum autem e contra. postremo habeatur hoc iocosum de melle, & uerum, quod aqua eius facta ad alembicum, & quater alembicata dummodo fuerit mel primo coctum; facit capillos pulcherrimos, & interficit lendines, & pediculos.

D Res pueris optima, & dominabus placidissima.

De mentha, &c. Rub. 10.

Mentha calidæ, & siccæ complexionis existit in secundo, & in fine; ut etiam uoluit Habé mesuai: licet ad tertiam traxerit. & licet sicca sit; tamen in ea est superflua humiditas, & tanto plus, quanto in loco humidiori nascitur. sunt eius plures species; sed inter alias eligatur hortulana, quæ in uisum nostrum sæpe uenit. est stomachi confortatiua, & ipsum calefacit, & sedat nauisæ, & maxime phlegmaticam, & singultum, & digerere facit. prohibet uomitum phlegmaticum, & sanguineum. unde de ea dicitur. Nunquam fuit lenta, stomacho succurrere mentha. et dixit Serapio, quod ipsa cum alijs comesta est bona stomacho, prouocat appetitum prostratum propter suam odorabilitatem, & aufert fastidium, & prohibet coagulationem

Practica Sau. E 2 lactis

foeniculus
oculis
prodesse
dicatur.

Mel est ue
hiculum
aliarum me
dicinarum
pectoraliu

lactis: unde cataplasma factum ex ea super tumorem mammillarum ex coagulatione lactis genitum statim dissoluit ipsum, & prohibet coagulationem, & caseationem lactis in stomacho; si cum lacte ipso comeditur, & coitum incitat maximè hortulana. unde secundo problemate propter hoc prohibetur, ne mentha comedatur, aut semen in bello; quia propter usum coitus corpora redduntur frigidiora, aut minus animosa. vltimò pro habentibus maximam quantitatem casei habeatur, quòd, si caseus liniatur succo menthae; à putrefactione præseruatur.

De nuce.

Rubrica. 11.

ET, LICET de nuce. 8. ponantur species; sermo tamè ad præsens est tantum de nuce, quæ in usu venit: & est nota. cuius complexio ex calida ad tertium, & sicca in primo: quod maximè credo, verum de non recenti. recentis verò complexio, vt ipse existimo, est ad intra secundum. in ipsa tamen est humiditas grossa, quæ deletur, cù antiquatur. eligatur nutrita, & recens mundata à corticibus suis, & quæ velociter enucleatur: est. n. stomacho minus nociua, & est dulcior, & gustui delectabilior. & nux quidè cù melle nutrita, & præparata confert stomacho frigido, & renibus frigidis, & soluit, & si cù ficibus comedatur; laudabilè generat sanguinem, stuporem dentium remouet. nuces sunt grauis digestionis, nociua stomacho, generant choleram; & ideò inconuenientes sunt stomacho calido, nocent pectori, & tussientibus, per maximè inducunt dolorem capitis, grauant linguam, & faciunt in ea postulas, & in ore, remouetur aut hoc nocumentum; si cum sale, aut amygdalis: aut femine papaueris albi comedatur. remouetur aut earum nocumentum, si prius mūdatur ponantur in aqua calida per noctem; vt recipiant humiditates aquæ, & fiant, vt virides. unde, & oleaginitas earum remouetur, sicut de pineis dicitur. dixit tamen Auer. 5. col. q. tpe magni frigoris non sunt nociua. & vsus earum multus inducit vermes paruos, qui in recto nascuntur intestino. & dixit Aui. c. proprio, q. comesta cù ficibus, & rutha est medicamen omnibus venenis. unde & moderni quidam hoc cibo vtuntur tpe pestis, & ipsum per maximè commendant. & Isidorus lib. 17. de nuce dixit ad propositum, q. tantam vim habet, vt, si ponatur cum frigidis, & aliis venenosis; quicquid in eis violentum est, effundit, rapit, & extinguit. & posset esse rex dictarum proportio hoc mō. Reci. ruthæ folia. 20. caricarum. nu. ij. nucem i. quæ, & si comedatur ante medicinam mortiferam; est theriaca optima contra ipsam. & est res valde utilis pro dñis, & pro his, qui timent intoxicari. consimiliter valebit; si contra assumptum toxicum sumatur. & cortex eius, quoniam adurit, & miscet cù vino, & oleo, & liniunt inde capita puerorum; facit capillos pulchros, & bonos, & facit oriri pilos in alopecia.

De pastinaca.

Rubrica. 12.

PASTINACAE duæ sunt maneries; alia domestica, alia syluestris. & domestica, alia alba, alia rubea. similiter quoque & syluestris idem. eligatur domestica rubea dulcis, & hyemalis, quæ non stetit longo tempore in terra; cuius complexio est calida in secundo, & humida in primo. syluestris tamen complexio magis ad siccitatem vertitur, & ad gradum intensiorem; licet non transcendit secundum. est difficilis digestionis, duri, & grossi nutrimenti maximè, quæ humida, & recens est. grossa scilicet quæ stetit longo tempore sub terra, est inflatiua, & mali, & corrupti sanguinis generatiua, & coitum commouet. remouetur autem nocumentum eius, si bis elixetur, & proiectis aquis tertia coquatur cum lactuca, coriandro, cepis, oleo bono, & omphacino, aceto, pipere, sapa, & sinapi. est menstruorum prouocatiua, & facit detumescere ventrem dñarum, quæ aliquando apparèt prægnantes, & hoc notetur; quia hic casus non rarò venit, prouocat urinam, & propriè semè eius, & maximè syluestris plus oī alia re; unde pueris sufficit decoctio seminis eius, aut radicis, in qua est etiam virtus, urinæ, & menstruorum prouocatiua, & valet decoctio eius ad lumborum, hepatis, & splenis tumorè. & quidam dicunt, q. fricata super dolentè dentè dolorè aufert, & decoctio eius in lacte multum valet in asthma. & est remediū pro pauperibus, & rusticis. & scito, q. in oī re fortioris est operationis syluestris domestica; licet domestica in nutrimento est magis conueniens.

De pineis.

Rubrica. 1.

ARBORIS pini reperitur masculus, & foemina; & est foemina maior masculo, & est illa, quæ fructum facit bonum. sunt vniuersaliter calidæ, & siccæ, & est calida in 2. sicca in 1. & masculus calidior. eligantur pineæ ex foemina pini productæ non inueteratæ. difficilis sunt digestionis, & sunt mordicatiua stomachi, & habent in se acuitatè; propter quod tussientibus nocent, nisi præparerent, vt infra, dant grossum nutrimentum, & ad dissoluendum difficile. remouetur nocumentum eorum; si prius in aqua calida infundantur: unde Serap. sic recedit acuitas, & punctio, quæ in eis est, & elongantur à mordicatione, & tunc sunt quasi mediæ inter qualitatem calidam, & frigidam, & inter substantiam aquosam, & terream. similiter recedit ab eis oleaginitas, qua redduntur inflammabiles, & sic præparatæ, aut in electariis, aut in cibis laudabile dant corpori nutrimentum. & confirmat Isaac. conferunt tussientibus, maxime à causa frigida, & educunt sanie de profundo pectoris, & dolorè in eo mitigant, & si cù feminibus cucumeris data fuerint; renum ardorè urinam prouocando auferunt, & quædo cù sapa præparantur; mūdificant vesicam à sanie, & lapidem frangunt, præcipue in pueris, & debito modo corpori debili, aut hectico exhibitæ fortitudinem præstant, & sanguinem augmentant, & calefacti comedant eas cum zuccharo, & infrigidati cù melle; postquam infusæ fuerint in aqua.

De sale.

Rubrica. 14.

LICET salis multiplices species sint; tamè de sale cōi, siue de sale panis ad præsens noster sermo fiat. & est duplex. Vnus marinus, alius mineralis, siue metallinus, & vterque ponitur ab authoribus calidæ, & siccæ complexionis in secundo; licet Isaac eū minus calidum expressit. eligatur s̄m Diosc. mineralis boni, & clari coloris non habes lapides, & cuius partes sunt æquales, & hic fortior est marino; licet hoc Ga. negauerit, qui dixit eorū acuitatem esse æqualem. dixit tamen Diosc. & confirmat Mes. cui hac in parte fidem non paruam adhibeo, & ipsum saltè mineralem esse fortius existimo, & potentius saltè ad operationes, quæ sunt incidere, exiccare, putrefactionem prohibere, &c. de quibus infra; et ratione horum dico ipsum potius eligi debere, sed ratione, qua virtutes naturales confortant; vt quia appetitiuam, digestiuam, etc. præstantiorem esse existimo salem marinum. et ex hoc eligatur albus, clarus, æqualis in partibus suis, factus in radio solis æstiuo tempore. sal autem componitur ex partibus terreis adustis, et amaris, et aqueis sapore carentibus; quare, cum plus partes terræ dominantur; tanto sal amarior, et est vnum de signis bonitatis salis scilicet priuatio amaritudinis. est autem sal liquefactius medius, subtiliatius, resolutius ventositatibus; propter quod ponitur in facculis carminantibus. & adustus, vel ustulatus est maioris resolutionis, & exiccationis, solutius, constrictius, præseruatiuus à putrefactione, exiccatus, mordicatiuus, & interdum ad vomitum præparans. vbi sciendum, quia dicebatur, quod est solutius, quod non est propriè radix in re medicina; sed est, sicut stimulus; propter quod ponitur in clysterijs, collyrijs, pilulis, & alijs medicinis; vt eas in educendo confortet, & etiā; vt educat humores grossos, viscosos; & hoc facit liquefaciendo, quod ex humiditatibus venit, & post illud stringit ventrem. Thomasinus noster accipiebat medium manipulum salis, & inuoluebat lino in modum suppositorij, & ex eo habebat sedes plures ex grossis humoribus phlegmaticis, quos propriè educit. & sal est confortans appetitum, & virtutem digestiuam, & facit cibos facilius digeri, propter quod ponitur in eis. unde Arist. de sensu & sensato. Sal facit cibum ad fundum stomachi citò descendere; & propter hanc etiā causam admonet. 21. problematum. proble. 5. vt in pane ponatur; quia ex eo redditur saporosior, & gustui delectabilior, & digestioni facilius. sed diceret aliquis contra, sal habet in se multas partes terreas, per quas valet facere cibum, cui admiscetur magis terrestrem; vt exempli gratia, panis. & ex consequenti redderetur difficilior digestio: igitur, &c. & motum est dubium propter auaros, qui non permittunt in pane salem poni; cum dicunt ipsam frustra in eo positum esse. soluit Conciliator ex sententia Orib.

Methacur
manti in
uisa.Nuces co
medendi
modus.Salis bo
nitas.

Orib. quia sal sui caliditate & siccitate habet resolvere, & A
desiccare illa, quibus admisceat; unde cum humido aqueo;
exempli gratia, panis admisceat ipsum resoluit, & exiccat,
ratione cuius panis reddebatur grauior, & ponderosior.
ex quo patet, quod panis sic salitus leuior est, & digestionem
paratior, quantum est ex parte salis, licet etiam ad hoc con-
currat confortatio uirtutis digestiuae per ipsum salem fa-
cta, & q̄ ita fit, ut responsio dicit, habere possumus signa
duo. Primum, quia panis sic salitus quanto plus inuetera-
scit, tanto leuior efficitur; quod non est ex alio, nisi ex cō-
sumptione humiditatis, ratione cuius panis reddebat pon-
derosior. Secundum, quia pistores falsi hoc scientes salem
in pane non ponunt, nec sufficienter decoquunt; ut ponde-
ra à præsente constituta adæquent: nam cognoscunt humidi-
tatem in pane causam esse ponderositatis, quam igne mini-
mè consumere uolunt. Tertium potest addi, & si in. 2. ui-
deatur uerti; sed ad clariorem notitiæ euidentiā pone-
tur, & est, quia panis non bene fermētatus est alijs paribus
grauior, & huius causa nulla alia est, nisi, quia partes humi-
dæ, aqueæ nō sufficienter à fermento fuerunt resolutæ, quæ
erat causa grauitatis panis. et ex dictis haberi potest cau-
sa, quare sal corpora à putrefactione præseruat, & est causa
sæpe quæsitā, sui enim siccitate consumit humidum super-
fluum ebullire aptum, ac putrescere à calido continentis
subintrando, & sic denudando partem ab illo humido facit
corpora longo tempore esse incorrupta; sicut aloë, myr-
tha, balsamus, &c. amplius sui stypticitate constringit po-
ros, & meatus corporum, quæ saluantur ita, q̄ neq; calidū
eorum innatum potest exire, neque calidum cōtinentis ex-
traneum potest subintrare; propter quod talia tēpore lon-
gissimo permanent imputrida. nocet cerebro, & uisui ad-
intra sumptum. remouetur eius nocumentum; si lauatur,
aut torrefiat, aut si comedatur cum aliquo remittente eius
acuitatem; ut est sisamum propriè, aut semen papaueris,
stringit gingiuam mollificatam; sed magis sal gemmæ, &
quando commiscetur cum oleo, & ponitur super combu-
stionem ignis; non finit locum uescari. et coctū cū oleo,
& pauca terebinthina ponitur super puncturam nerui cæ-
cam, & prohibet ab eo spasmus.

De Saluia. Rubrica. 15.

ET, LICET saluia reperiatur syluestris, & domestica;
de utraq; tamen erit sermo noster: diuersimodè enim gra-
duantur. nam Serap. autoritate Gal. dicit secundū unum
textum, q̄ est calida caliditate modica; & alius dicit cali-
ditate manifesta, & est parum styptica. Auic. uerò dicit
autoritate Damasc. q̄ est calida in tertio, & sicca in secū-
do: nam, ut dicit, calidior est, & fortior maiorana. credo
tamen, cum sit multum stomachalis: q̄ eius caliditas non
transcendat secundum gradum: unde Serap. numerat eam
in latitudine medicinarum calidarum in secundo gradu. &
sic plus adhæreo Gal. q̄ Damasc. in hac parte. Circūstās
eam in primo gradu collocauit, & siccam in secundo dixit.

Eligatur hortulana benè culta, & in loco non nimium
humido nata boni saporis. est resolutiua uentositatum, &
phlegmaticarum oppilationum aperitiua, confortat stoma-
machum maximè, & exiccat humiditatem eius, confortat
intestina debilia; propter quod eius usus cōfert his, qui ex
frigidityte intestinorum uētositates multiplicant. inebriat
uelociter, cum ponitur in uino; propter quod caueant sibi,
qui catarrhum patiuntur ab impositione eius in uino; ut
stomachum confortent; nē ex una parte iuuamentum sen-
tiant, & ex alia sibi nocumētum augmentent. et appositū
hoc propter multos, qui sic delectantur ab impositione
eius in uino, cum prandent, aut cœnant, est tamē capitalis,
cum ponitur in embrochis, & sacculis ad resoluendum ma-
terias phlegmaticas frigidas. decoctio eius cum suis ramu-
lis zuccharo dulcorata, quando bibitur; urinam, & men-
strua prouocat, & foetum educit, similiter sedat pruritus
genitalium uirorum, & mulierum. & eius usus in salsamen-
tis optimus est, & trita posita super morsus uenenosos op-
timè confert. & similiter super uulnera recentia retinet flu-
xum sanguinis. et est ultimò notandum, q̄, Auic. fecit ca-
pitulum de marmacora; & est saluia, si benè inspiciatur ca-
pitulum illud; licet Simon Ianuen. videatur dicere, q̄ mar-

macora sit melissa; nam Auic. fecit capitulum de melissa
sub hoc uocabulo bederenzegni, & est uocabulum arabicū,
& ponitur à Simone, quod est melissa, similiter à Serap.
ueruntamen est eliphaeos græcè, saluia latina, & in hoc
uocabulo imitatus est arabs græcum; & hoc uocabulo scri-
psit etiam Serapio saluiam.

De petrosellino. Rubrica. 16.

PETROSELLINVS calidus est, & siccus in tertio, ut
placuit Serap. uerum non graduatur ab Auic. & Isaac po-
nit ipsum in fine tertij. Circa instans uerò ponit in secun-
do calidū & siccū, & credo esse uerius præcipuè intelligen-
do de hortulano, qui multā habet humiditatem obtunden-
tem caliditatem eius. et fortassis authores illi de syluestri,
aut montano intellexerunt. et, si benè consideretur mens
Auic. in capit. de apio; non uidetur eum eleuare multum
in gradu; cum uideatur ipsum ponere ex speciebus apij.
est diureticus dissoluens uentositatem, & herba eius cum
alijs cibis posita digestionem confortat. radix tamen eius
est difficilis digestionis. et remouetur eius nocumentum;
si benè coquatur. ualet etiam in prouocatione menstruor-
um, & in cibis patientium colicam.

ARGVMENTVM IN CAP. V.

QVÆ autem medicamenta in tertio sunt calida
cum humiditate, ea pauca inueniuntur; eorū
nanque humidum absimitur, ac destruitur à ca-
lido. sed si quæ reperiuntur, sunt admodum mixta, ha-
bantq; caliditatem in alia substantia, quam in humiditate.
quas ob res sunt citò separabilia. medicamenta uerò,
quæ in tertio sunt calida cum humiditate, sunt multum
potentia, & si appropinquamus ea temperato corpori,
vehementer laborat id, ideo euitanda sunt, nisi magna
necessitas coegerit: nam subito calefaciunt, & malas ex-
hibent qualitates in medicinis calidis, & siccis. in tertio
quidem gradu est acuitas, aut amaritudo, quam uix fer-
re ualeamus. has non attinges nisi coactus à morbis fri-
gidis, aut nisi urget necessitas ad subito, & multum ope-
randum, nam omne dissoluunt humidum congelatum, re-
soluuntq; ac subtiliant.

De calidis in tertio.

De allio.

Rubrica. 1.

ALLIUM enim est duplex. s. domesticum, & syluestre.
Domestici complexio ab Auic. ponitur calida, &
sicca in. 3. usq; ad. 4. & intelligo p̄ ly usq; &c. quod
fit in tertia mansione tertij, quæ ad quartum terminatur, ita
quod ly usque teneatur exclusiue: multi tamē posuerunt ip-
sum cal. in. 4. quod intelligi debet de prima mansione quar-
ti, qui terminatur ad tertiam tertij credentes recens esse
minus calidum non recenti, & hoc modo possunt concilia-
ri hi, qui uidentur adinuicem aduersari. de syluestri autem,
de quo non est præsens sermo, tantum credo dicendum, q̄
fit absolute tale in quarto. eligatur illud ex domestico, q̄
est minus acutum. est incisuum, uentositatum carminati-
uum plus omnia alia medicina, quæ uentositatem resoluat
secundum quod Serap. posuit, aperit oppilationes, prouo-
cat urinam, uocem clarificat, cōfert tussi ex frigidityte, in-
terficit uermes, & propriè cucurbitinos: propter q̄ pue-
ris interdum datur, confert dolori stomachi, & intestino-
rum ex frigidityte, est prauus, & parui nutrimenti, debilitat
uisum, & nocet capiti, cholericis, & naturaliter calidis. re-
mouetur ab eo nocumentum; si comedatur cum acetosis,
& oleribus; ut si ante comestionem in aceto infundatur
per tempus. similiter si bis elixetur, deinde condiatur cum
aceto, & sale, & si comedatur à frigidis, & humidis; con-
fert, & urinam prouocat, & uentrem humectat. unde Aui.
proprio ca. docet facere enema ex decoctione eius in scia-
tica, & ipsum multum laudat, & subiungit, Quoniam so-
lutione

Practica Sau.

E 3

lutione

Bederenze-
gni idem
quod me-
lissa.

Sal cur à
putrefac-
tione præ-
seruat.

Salis vim
infrenatā

Saluia ca-
ueatur in
uino.

Marmaco-
ra quid s-
pud Auic.

Allium ut
comeden-
dum.

lutione educit sanguinem, & humorem cholericum. et decoctio eius cum olibano confert multum dolori dentium, & suppositum prouocat menstrua, & extrahit secundinam, & dixit Habé mesuay, q̄ proprietās eius est, q̄ abscindit sitim, quā est ex phlegmate falso, quod generatur in stomacho propter resolutionem, & desiccationem eius in eo, & ualet contra multa genera uenenorum, morsus serpentū, & huiusmodi, & aerem pestiferū. unde Gal. 12. therapeut. dixit. & ego demū theriacā rusticorū nominem hanc escā. et Isaac in fine cap. dixit. Et alia quidem profunt his, qui sunt ueneno infecti, & frigidas passiones habētibus, sicut theriaca magna, mundificat, & incarnat uulnera. et dixit Gal. Et ut ualet ad uulnera fraudulenta; si ponitur recens super ea, aut si desiccatur, & puluerizatur super ea. et expellit sanguifugas undecunq; adhāserint.

De anetho. Rubrica. 2.

ANETHI complexio diuersificatur: Aui. ponit ipsum cap. inter secundum, & tertium gradum. Gal. uerò usq; ad 3. Idem Habé Mesuay, & Oribasius. quibus tribus, ut aestimo, magis credendum est; quoniā experimentatores fuerunt. et ipsorum sententiā alludit Serap. ponens ipsum cal. usque ad finem tertij. sed unum quæro, q̄, cū reperiatur uiride, & recens, & siccum; sit calidius humido, & humidum sit eligibilis sicco, q̄ Auic. tanquam de eligibiliore locutus est. & de hu. Gal. uerò, & cæteri de eo, quod est magis in usu, quā siccū. et sic conciliari possunt hi uiri. siccum est in secundo. semen est magis in usu. radix secundario, tertio herba eius. debet colligi in Vere. est maturatiuum humorum frigidorum, sedatiuum dolorum à causa frigida uentium, carminatiuum uentositatum, & est aperitiuum. remouet singultum ex inanitione cibi in stomacho factum; sed generaliter semen eius stomacho nocet.

Remouetur eius nocumentum; si cū limonibus comeditur, & sorbitiones ex eo factæ lac multiplicat. et similiter semen eius positum in polentis lac multiplicat. & sessio eius in aqua decoctionis eius hæmorrhoidibus confert, & si comburitur eius semen, & ex eo fiat emplastrum super hæmorrhoides; aufert eas.

De cæpis, & scalumnia. Rubrica. 3.

EX CÆPIS reperitur diuersitas ex parte coloris, formæ, & præparationis: nam eorū quædam rubea, quædam alba, quædam rotunda, quædam oblonga, quædam cruda, quædam cocta. conueniunt quasi omnes authores, quod sit calidū, & siccū in tertio; licet in ea sit humiditas superflua. diuerso quasi; quia quidam non dubitauerunt eam ponere calidam in primo, qui longinqui sunt, ut existimo à ueritate, & Gal. posuit eā calidam in quarto, quod forte de sicca longa rub. contrariauit; quæ est fortior, & potest conciliari, ut supra. et ex eo melius est album, rotundum, coctum, siue assatum. est subtiliatiuum, incisuum, abstersiuum, fortiter aperitiuum, & inflatiuum. et crudū nō generat nutrimentū, de quo sit curandū, est tñ stomachi debilis confortatiuum; licet sit difficilis digestionis, & specialiter syluestre, & facit appetitum. est eligibilis; si bis decoquat, & usus eius facit subet, & nocet intellectui, obtenebrat uisum mirabiliter; ideò uulgares dicunt, Tu me ha struccà la cepolla in l'occhio. minoratur nocumētū eius; si cū aceto colluit, aut decoquitur. et similiter, si assumat cū lacte. et, qñ admiscetur cū adipe gallinæ, & super callos apponitur; aufert eos. et, quando emplastratur cum sale, & ruta super locū morsus à cane rabido; confert ualdè. scalumnia sunt quasi in uirtute similes cæpis, & mulieres nostræ utuntur eis dando pueris contra uermes. non sunt ergo pueris dandæ in magna quantitate; sed pauca & interuallatim.

De porro. Rubrica. 4.

PORRVM domesticum, quo in uia cibi utimur calidum est. & sic in tertio; & eo fortius est syluestre. est inflatiuum, malum stomacho, difficilis digestionis, & illaudabilem humorem generat, facit capitis dolorem, obtenebrat uisum, & intellectum. remouetur nocumentum eius cum aceto, & oleo; si cum eis præparetur. et similiter si bis elixetur, deinde cum bonis carnibus pinguibus addita radice fœniculū, uel petroselinū. quidam eo utuntur ante cibum cum sale, & eo casu confert purgando stomachum à grossis hu-

moribus, & uiscosis, prouocat appetitum, & uentrem soluit, & fuit cibus Thadei de Florentia medicinæ maximi illustratoris. et ipsum cum melle sumptum clarificat uocem purgando cannam à grossis humoribus, & suffumigatio facta ex semine eius cum alchitram, siue cum gummi cedri facit exire uermes de dente. quidam moderni super ponunt pueris porros nō transplantatos super stomachum ipsorum, & dicunt mirabiliter conferre in expellendo lumbricos.

De raphano. Rubrica. 5.

RAPHANVS est duplex; syluestris, de quo non est sermo, & domesticus, qui est in usu comestionis; de quo ad præsens. cuius complexio, ut asserunt Isaac, Serapio. & Gale. calid. in tertio, sicca in secundo. quibus hac parte adhæreo; licet Auicē. dicat ipsum, seu lignum eius calid. in primo & humidū, & semen calid. in tertio. et non est dubium, quin semen eius calidius est corpore eius. unde credo corpus ponendū esse in prima mansione tertij, semen in tertia tertij. et eligatur raphanus elixatus; est enim magis temperatus, & maiores alijs paribus sunt minoribus meliores, ut patet. 20. proble. secundo. est malus stomacho faciens eructationem, difficilis digestionis, & post cibum lenit uentrem, & facit cibū penetrare, & ante cibum facit natate cibum, & non quiescit, & non permittit ipsum descendere ad fundum stomachi, & ideò impedit digestionem, & propter hoc etiam facit uomitum, & proprie cortex eius. nocet capiti, dentibus, & palato, & uisui saltem multum comestus; licet aqua eius in oculo destillata ipsum mundificet, & abstergat. si uerò coquitur; confert tulsu antiquæ, & humoribus aggregatis in pectore, & ipse confert præfocacioni accidenti ex fungis mortiferis.

Comedatur nutritus in aqua, ita ut projiciatur aqua bis, deinde præparetur cum aceto & oleo, & sale, & scindatur ualde subtiliter in frustra subtilia, ut digestioni sit paratior, & folia eius uernalia, quādo elixantur; comeduntur cū aceto, oleo, & sale nutriunt plus, quā radix. et raphanus multiplicat lac, & auget sperma, & mistus cum farina lolij facit nasci pilos in alopetia, & eius aqua bibita prouocat menstrua, & urinam, & lapidem in renibus frangit. & semen eius bibitum ualet contra uenena; ut theriaca, & ualet contra morsum scorpionis, ut qui comederit raphanum à scorpione non sentit nocumentum. et in aqua eius uisa est hæc experiētia; ut proiecta super scorpionem redditus est scorpio immobilis, & tumefactus intantum, ut crepatus sit: unde & Auicē. dicit, q̄ fructum eius super scorpionem positum interficit ipsum. postremò ex omnibus habetur, q̄ in uia cibi conuenientius est comedere eū post cibū, quā ante; nam sic comestus minorem agit uentositatem superius ascendentem, & cum sua grauitate descendit inferius, & deponit cibum in loco coctionis, & melius digeritur, & uirtutem magis confortat: ubi ante cibum assumptus inducit maxima nocumenta.

De Ruta. Rubrica. 6.

ETA, LICET ruta non sit cibus usualis; plurimi tamen ea in cibis utuntur; quare de ea aliquid dicere institui. Ruta domestica diuersificatur ex tēpore; nam recens, & humida minus calida ponit, & uiridis, q̄ sicca, & antiqua: humidæ & recentis complexio calid. est in secundo Auic. cæteri q; quā plures authores, Isaac, Circa instās, Gal. & cæteri omnes absolutè pronuntiauerūt calidam, & sic in tertio; quod maximè existimandum est ipsos intellexisse de sicca, & antiqua: & in hoc conuenit sententiā Auic. cum eis.

Et ex ea melior est, quæ oriū apud ficum, est incisua, resolutiua, carminatiua ualdè, & confortatiua stomachi, & facit appetitum cibi, sedat singultū phlegmaticum. et eius folia retenta in uino tempore messis, confortant stomachū frigidū, & aufert fatorem siue odorem cæparū, & alliorū masticata. et nota pro bibulis, qui prudētes, & temperati haberi uolūt in populo suo inordinato appetitui studētes. uisum corroborat, & inter cætera potenter ualet ad epilepsiam puerorū, si cū succo eius nares eorū intingant. Auic. prima tertij de cura eius, & fortius isto, si puluis præoniæ bulliatur in succo eius, & cū uino detur patiēti, aut liniant nares, &c. item ex ea cū nucibus, & ficu fit compositum siue anti-

Raphani præparatio:

ue antidotum in pestilentia. non pono remotionem nocu-
menti; quia non inuenio nocumentum manifestum in ea
saltem, dum accipitur in via cibi, vel in cibis.

De rosmarino. Rub. 7.

R O S M A R I N U S est herba, qua rustici corpora leporū
implent, vt sint melioris odoris, & ne fateant. calidus est,
& siccus vsque ad tertium: quidam tamen non determināt
eius gradum. credo, quod sit talis infra tertium, & flos eius
dicitur anthos, ex quo fit electarium, siue confectio, quę du-
citur anthos, quam ponit Nicolaus: quę valet macilentis,
cardiacis, & miro modo lætificat hominem. herba eius est
in vsu. est calefactiuus, resolutiuus, subtiliatiuus, & ex con-
sequenti ventositates expellit, & aperit oppilationes hepa-
tis, splenis, & intestinorum, confert cerebro ex causa frigi-
da debilitata, scilicet, recepto fumo ex decoctione eius cū
vino, nec est in vsu eius nocumentum apparens. dico in vsu
eius moderato, & quibus conuenit: nam calidis cholericis
est aptus nocere, vbi frigidis aptus est conferre, & tu in his
semper considera.

De sinapi. Rub. 8.

S I N A P I S est granum calidum, & siccum in quarto gra-
du, licet Aui. dicat vsque ad quartum, quod potest teneri in
clusiue, & exclusiue: sed credo teneri debere inclusiue, vt
eius via non dissonet a sententia Isaac, & aliorum: nā sem-
per debet quæri authorum conciliatio, vt quam melius fie-
ri potest, & ex eo melius est recens hortolanum, & ad rube-
dinem declinans. est splenis extenuatiuum, & stomachi,
exiccat humiditates capitis, lædit tamen cerebrum.

Cuius nocumentum remouetur; si cum ea misceatur
acetum, aut amygdale, & si sumitur de ea parum; prouocat
vrinam, si multum; laxat ventrem. cataplasma ex eo, vel
herba eius factum soluit stranguriam, & dysuriam, & masti-
catio multum valet his, qui linguam habent ingrossatam ex
mala humiditate, & maxime præcedente bona purgatione.
similiter valebit in sciatica. cataplasma ex eo factum: nota
tamen semper, quod vniuersalia debent præcedere par-
ticularia.

Sequitur de quibusdam calidis, quę magis vim habent
medicinę, quàm cibi; immo cibi nihil, sed sunt ciborum cō-
dimenta; vt sunt piper, garyophyllon, cinnamomum, maio-
rana, zinziber, &c. de quibus breuiter pertransibo de eis so-
lum tangens, quę necessaria erunt ad vsum, & condimētū.

De pipere. Rub. 9.

P I P E R reperitur in multiplici differentia; quoddam ni-
grum, quoddam album, quoddam longum: horum tamen
in vsu magis est nigrum. sed nota, quod album est magis cō-
ueniens stomacho, & ipsum magis confortat, vt Auic. pi-
per autem nigrum est fortius albo; medicinę autem stoma-
ticę siue res stomachum confortantes aliis paribus non de-
bent multum in gradu eleuari, omnes nanque conueniunt
piper esse calid. & sicc. vsque ad quartum: quod ly vsque a
quibusdam tenetur exclusiue, a quibusdam inclusiue. ego
verò credo album esse tale infra. 3. nigrum verò ad. 4. ten-
dere: propter quod album amplius laudatur; sed, quia ni-
grum sine proportione habetur in maiori copia, & meliori
foro; hinc de eo plus vtimur non attendentes multum sani-
tati, sed auaritię, & gulositati. est calefactiuum, & vrinę
prouocatiuum, si de eo multum sumitur; ventris solutiuum,
si de eo parum, vt prima probl. probl. 10. est stomachi con-
fortatiuum præcipue frigidis, & facit appetitum: est enim sa-
nis conueniens, & confert ægritudinibus neruorum secun-
dum omnem eius administrationem, & mundificat hepar,
ventrem, & pulmonem, vt dixit Serap. propter quas pro-
prietates fortassis Theutonici eo vtuntur in condimentis.

De garyophyllo. Rub. 10.

G A R Y O P H Y L L O N graduatur ab Auic. calidus, & siccus
in. 3. quidam in. 2. debet intelligi vsus. 3. vel aliter; quoniã
quidam est optimus, & talis calidior, quidam nō ita bonus,
& talis in. 2. graduabitur. & hoc patet ex decoctione ipso-
rum: nam qui sunt meliores, sunt acutiores.

Eligantur autem, qui in superficie habent aliqualem pla-
niciem; nam per hoc arguitur ipsos subtilem habere humi-
ditatem, qui sunt tuberosi aliquantulum, & qui sunt acuti sa-
poris, & quanto acutiores aliis paribus meliores, & quorū

A color ad aliquantulum ruborem vergat.

Stomachi, & hepatis sunt confortatiui, & confert dolo-
ri stomachi vinum decoctionis eorum ex causa frigida, aut
ventositate prouenienti, odorem oris bonum reddit, & ci-
baria gulosis gratiora reddit, aut puluis eius positus in con-
dimentis, aut corpus totum positum in corporibus auium,
& aliorum animalium, ita vt non solum ex ipsis stomachus
confortetur, sed cerebrum ex odore eius &c. vt patet. va-
let in suffocatione matricis puluis eius bibitus cum vino
odorifero calido. item tale vinum odore sui confert præci-
pitationi eiusdem. propter quod illud multum veneran-
tur mulieres, & vsus eorum habent. in eis non est nocumē-
tum apparens.

De maiorana. Rub. 11.

M A I O R A N A ab Auic. & Gal. ponitur calid. & sicc.
in. 3. Circa instans, & ceteri dicunt eam calidam in. 2. quo-
rum diuersitas tolli potest, & ad consilium reduci cum sicca
& humida: nam sicca calidior est, vt supra in reliquis confi-
milibus dictum fuit. est resolutiua, subtiliatiuua, &c. confor-
tat omnia viscera, & præcipue caput. vnde, vt credo, pro-
pter eius bonum odorem a quibusdam diligitur. & fomen-
tatio cum ea facta matricem mundificat, & confortat mira-
biliter. & eius superfluitates consumit, & in initio præfoca-
tionis potenter valet. propter quę existimandum est mulie-
res eam tantum diligere, licet domicellę, & philocaptę ex
alia causa eam diligant; & propterea ferta ex ea faciunt sibi
vt causam legitimam habeant eundi ad fenestras, vbi a pro-
cis videri possint, in quibus communiter eam tenent, aut
gratia spatiandi.

De cinnamomo. Rub. 12.

C Y M C I N N A M O M V M multū in vsu, siue condimento
cibariorum conueniat, stomachoque præ ceteris maxime
confert; hinc in hac parte non est prætermittendum, sed de
eo dicendum quantus fructus ex eius vsu humano corpori
accidat: inuenio duos textus Auic. de eius graduatone,
vnus ponit ipsum calidum, & siccum in tertio, & huic ap-
plaudit Isaac de dietis particularibus, proprio ca. alius cali-
dum in secundo, siccum in tertio, & huic adhæret Auer. 5.
col. de cannella sine cinnamomo. Gal. verò visum est, vt po-
nit Serap. eum trahere ad tertium gradum caliditatis. sed,
cum considero ea, quę maxime stomacho conferunt præci-
pue aromatica; inuenio ea non transcendere ad. 3. gradum,
& si transeunt: non exeunt primam mansionem tertij. vnde
cum illa, quę sunt calida in tertio notabiliter corpus huma-
num alterent; vt supra, primo trac. & non sic confortent, &
præcipue stomachum; hinc credo textum Auic. cui applau-
dit Auer, esse magis verum. eligatur nouū, nigrum, cineri-
tium cum rubore, quod est subtile, leue & rami eius sunt
spissi adinuicem leues, & pleni nodis odorem habentes bo-
num, & eius odor debet declinare ad odorem rutę, & cor-
dumeni, & duo sunt signa bonitatis eius. primum, quia suo
odore vincit odorem aliorum, quę sunt circa ipsum. secun-
dum, quia, quando masticator, & gustatur; subito replet fau-
ces suo odore magno. dixit Galen. in libro de cibis. Cinnamo-
mū aromatizat stomachū; pp quod cinna. & alia stoma-
tica debent cum eo aromatizari. confert frigiditati eius, &
frigiditati hepatis, facit somnū, apit oppilationes, puocat
menstrua, abstergit obscuritatem visus, & desiccāt humida-
res, quę sunt in capite, & stomacho. & de proprietate eius
est, quod vsus comestionis eius confert obscuritati visus,
quę accidit ab humiditate; etiam si cum pane comedatur.
conueniunt autem auctores omnes in magna laudatione
cinnamomi in dispositionibus stomachi, & maxime frigi-
dis. confert etiam frigiditati intestinorum, & expellit ven-
tositates ab eis, & confert doloribus renum, & vrinam pro-
uocat. Aui. in de viribus cordis dixit, quod inest ei proprie-
tas theriacę. & propter multa, quę viderat Marsilius pata-
uus scripta ab auctoribus de cinnamomo dixit, quod in om-
ni dispositione stomachi non erat prætermittendum cinna-
momum. dixit Auic. oleum eius mirabilem proprietate
habet in tremore, & quando fit linimentum ex eo, & mel-
le; delet maculam lacteam oculi, & lentigines faciei, &
quando teritur cinnamomum, & ex eo, & vino odorifero
fiunt trochisci, & desiccantur in umbra; seruatur eius vir-

Practica. S.

E 4 tus

Cinnamo-
mum aro-
matizat
stomachū

Sinapis vi
anfrenan-
tia.

tus vsque ad xv. annos, & vsus horum trochiscorum maxi-
mè confortat stomachum frigidum, & si non habetur cinna-
momum; ponatur loco eius duplum cubeborum; & hoc ad-
ditum est; quia aliquando repertum est marchiam nostram
x. annis continuis carere cinnamomo.

De zinzibere. Rub. 13.

ZINZIBER calidum est in tertio, siccum in secundo;
nam habet in se quandam humiditatem superfluam, & ma-
ximè recens, & cum antiquatur, efficitur magis siccum, &
minus calidum. & calefactiuum, resolutiuum, incisiuum, sto-
machi confortatiuum, & maximè frigidum, & consumit super-
fluitates in eo existentes. & ideo habentes stomachum fri-
gidum, aut humidum, eo condito libenter vtuntur. à cuius
vsu absteat, qui hepar calidum habet: ratione cuius cali-
ditatis stomachus redditur frigidus, & quasi communiter
in omnibus inueni, & rationabiliter inueniri debet. ponit-
ur in condimentis, & saporibus, & in eo inuenio nocu-
mentum.

De croco. Rubr. 14.

CROCVS, qui etiam in condimentis cibariorum sæpe
venit, à diuersis diuersimodè graduatur. Auicena eum ponit
calidum in secundo, siccum in primo, & in hoc conuenit
cum Galen. Isaac ipsum calidum & siccum in primo abso-
lutè protulit. non nulli verò temperatum. credo autem, vt
ex effectibus apparebit ipsum calidum, & ipsius fortassis ca-
lidity est circa finem primi, aut principium secundi, vt in-
ter hos tantos viros medietatem aut ad concilium reducam. eli-
gitur nouus, cuius color tendat ad albedinem, longus, non
frangibilis, plenus, qui quando fricatur; cito tingit manus,
acuti odoris. est maturatiuus, stypticus, resolutiuus, & secun-
dum Gale. viscera confortat, & oppilationes hepatis aperit,
& cuius potus clarificat calorem, & est cordis, & instru-
mentorum anhelitus confortatiuus. & licet stomachum
confortet propter id, quod est in ipso caliditatis, & stypti-
citatibus; tamen facit nauseam, & deiecit appetitum; propte-
rea quia oppositus est acetositati, quæ est in stomacho, ex
qua est appetitus: vsus tamen eius facit dolorem capitis,
& inducit somnum, & obtenebrat sensus. & cum bibitur cū
vino; inebriat, ita vt roona perducatur, vt dicit Auicena. & est
roona; cum quis sine causa ridet, & dixit Constantinus, pro-
prietas croci est, quod letificat adeo, quod occidit nimietas
eius, quantitas eius ad hoc est. 3. iij. ad hanc sententiam
posuit Auicena. excitat coitum, vrinam, & menstrua prouocat
& partum facilem facit. vnde Rasis fuit mulier quædam, quæ
pluribus diebus laborabat in partu, & dedit sibi in potu. 3.
ij. croci, & peperit statim, & expertus fui hoc sæpe, & sem-
per fuit ita, & est hoc remedium commune in Italia apud
dominas, & apud medicorum maiorem partem. dixerunt
auctores, quod, si accipiatur. 3. costi. & 3. corticis cassiæ li-
gnæ, & quarta pars. 3. i. de spica, & totum adiuuicem po-
natur, quod tantum valet sicut. 3. i. croci, & ex dictis appa-
ret, quare communiter in emplastris ponitur; in emplastris
tamen capitis poni non debet.

ARGUMENTVM IN CAP. VI.

SED persequamur intemperata medicamenta in pri-
mo gradu frigida, ad quæ recurre, cum calidas pa-
tietur corpus ægrotudines, atque ab eis perturbabitur.
sunt igitur frigida cum siccitate saporis inspidi, aquosi,
acuti, acetosi, styptici, pontici, aut talis, quod dum gustetur
exoluitur sapor. facultatem habent inspissandi materias
subtiles calidas, ac dissoluendi, meatus constringendi, mem-
bra laxa coadunandi, materias præterea concurrentes re-
percutiunt, restringunt fluxum tum sanguinis, tum ventris
medicamenta. porro cum humiditate frigida multo antedi-
ctis sunt debiliora, atque inspidas gustamus cum viscosita-
te quadam, & humiditate manifesta. hæc tamen scias uelim
efficaciora esse in febribus; & omnino in morbis calidis,
& siccis; extinguunt enim ægrotudines, leniuntq; asperi-
tatem, ac sine colore corpus totum reddunt. sunt lubrica,
atque lauatiua.

De frigidis in primo.

ET si aqua sit primum frigidorum; quia tamen de ip-
sis institui scribere secundum ordinem graduum, &
ipsa sit talis in quarto; hinc de ea post amplius; quia
de cibis prius, & potu posterius dicendum, & ipsa inter po-
tus numeretur hinc &c.

De amylo. Rubrica. 1.

AMYLVM, quia sic nominari, & proferri debet; licet
aliqui amydom pronuntient; est medicina cibalis magis,
quàm cibus: de eo tamen aliquid dicatur; cum plurimi eo
loco cibi vtantur, vt iusculis eius. frigidum est, & siccum in
primo. duræ est digestionis aequalis, & si benè à stomacho
digeritur: nam malum generat sanguinem, & si cum simila
vel flore frumenti coquitur; generat sanguinem tempera-
tum, & benè nutrit. & potest fieri amyllum ex hordeo, vel
farre, & tunc optimè conuenit febrientibus acutè. decoqui-
tur cum plurima aqua addito modico zucharo, & fiant ius-
cula clara, & sic remouebitur nocumentum eius. valet re-
mouendo asperitatem pulmonis, & canæ, & iuscula eius
valent in abscindendo sanguinem à pectore, maximè si den-
tur cum zucharo vnius anni, & consolidat vlcera pectoris
& pulmonis, & tales pulmonatici vtuntur, & aliquando cū
lacte decoquant.

Ce citonijs seu cotoneis. Rub. 2.

CITONIA reperiuntur in duplici differentia; quædam
ex eis dicuntur poma, & quædam pira. poma sunt minus sic-
ca, sed in actiuis non multum excedunt pira, nec excedun-
tur ab eis, vt existimo; quia tamen pira sunt magis terrea,
& poma magis aerea; hinc dicere poma minus frigida non
imputabitur morsu digna sunt frigida in primo, sicca in se-
cundo; licet Isaac dicat ea esse frigida in medio secundi. &
dulciora ex eis sunt minus frigida, & minus styptica. eligan-
tur matura, & grossa. ex eis conuenientiora sunt affata, quæ
hoc modo præparantur. concauentur, & extrahantur semi-
na, & impleantur melle, vel zucharo rub. deinde cooperian-
tur, & liniantur pasta, vel argilla, & sub cineribus decoquan-
tur. & moderni plures citonio concauato in eius concaui-
tate ponunt zucharam tabarzeth coquendo sub cineribus.
vtuntur in fluxu vëtris, & in hoc casu eligibilis est zucha-
rum; licet aliud esui sit delectabilius. est stomachi conforta-
tiuum, & confortat appetitum deiectum, & mortuum redu-
cit, duræ est digestionis. Remouetur eius nocumentum; si
cum zucharo, vel melle decoquatur, vt supra, aut elixetur
plurimus tamen eius vsus generat dolorem neruorum cho-
lericum, & post cibum assumptum soluit, & si multum de
ea assumitur; facit cibum descendere indigestum; ante cibum
verò stringit, & tollit vomitum cholera; non corrumpi-
tur faciliter in stomachis ægrotorum, quanto magis in stoma-
chis sanorum.

De endiuia. Rub. 3.

ENDIUIA est dupliciter, syluestris, & domestica, do-
mestica recens frigida est, & humida in primo. & dicitur
notanter recens; quia sicca est sicca, vt Auicena. 2. can. ex quo
apparet, quod, aliquando ex tempore variatur rerum com-
plexio in passiuis, quod de actiuis concludi posset, & sicut ex
loco: nam hortulana, & culta humidior, quàm non hortula-
na, & non culta orta in loco arido. existimo tamen, quomo-
docunque ipsam neque in actiuis, neque in passiuis tran-
scendere primum gradum; licet aliqui trahant eam ad prin-
cipium secundi; sed inter finem primi gradus, & principium
secundi, non inuenio sensibilem differentiam. syluestris au-
tem frigida, & sicca, est in eodem gradu; sed remissius ta-
men: & quæ ex ea est amarior, est minus frigida, vt. 14. ter-
tij, de rebus conferentibus hepatis; quamuis quidam dicant
quod quæ vehementer est amara, est calida. quam opinionem
secutus est Guil. placentinus in suis simpl. & Haly secundo
techni. & apud nos dicitur rostrum porcinum in Tuscia, &
in Lombardia radichio, atque in foro Iulij. talis est aperiti-
ua, & aliquam participat stypticitate. eligatur syluestris
magis, & maximè calida, & est hepatis confortatiua, & sto-
machi, quæcunque dyscrasia fuerit, & aperit oppilationes
hepatis, & maximè, quæ est magis amara. nec in ea est nocu-
mentum, sicut in reliquis oleribus frigidis, & quando co-
meditur

Croci do-
sis.

Corone-
rum præ-
paratio.

Endiua
syluestris
rostru di-
citur por-
cinum, vel
radichio.

meditur cū aceto, sicut cōiter fit; stringit uentrem, & tamē quādo coquitur siue syluestris, siue domestica confert debilitati stomachi. Serap. et, quæ ex ea est amarior, deteriorē sanguinem generat. et emplastrum factū ex ipsa, & radice eius cōfert moribus uenenosis scorpionum, & huiusmodi.

De faba. Rubrica. 4.

FABA est frigida, & sicca in primo, ita enumerat illam Serap. inter illa huius gradus; licet Auic. & Gal. ponat eā proximā esse æqualitati; sed quæ ex ea sicca est, sicca complexionis existit; quæ uero uiridis humida humidæ. eligatur grossa alba non recens, quæ à gurgulionibus non perforatur; nam recens est inflatiua magis. est absterfua; & ideò decoctio eius purgat pannum ab oculo. est inflatiua uentosa difficilis digestionis, & maximè cum cortice comesta, & quæ frixa est, tardius digeritur, sed paucioris existit inflationis. remouetur eius nocumentum; si absq; cortice comedatur, & decoquatur bis abiecta prima aqua usq; ad spissitudinem pultis cum salua, pipere, origano, sale, aut oleo, &c. & prius steterit in aqua notabili tempore infusa. & ipsa sic decocta apud Lombardos dicitur pachiarina. confert pectori, & pulmōi, & sputo sanguinis sic præparata, & bonum dat nutrimentū secundū Gal. & Hip. faba autem diu agitata donec ad spissitudinem uenerit, & magnum, ut est faba dicta faua menada facilius est digestionis ea, quæ est cum corticibus, & difficilius ea, quæ est decocta sine cortice, ut dictum. si tamen de ea assumitur à stomacho forti, & moderata quantitate; bonum, & solidum dabit nutrimentum, & maximè cum oleo oliuæ comesta, aut brodio carniū pinguium, & intellige, qd sit benè agitata, & ducta, ut inde sit facta lenis, & alba, ut faciunt solenes religiosi. facit sodam, & nocet his, qui sunt consueti habere eā. et facit uidere somnia mala, & confert dysenteria; si concedatur decocta, aut frixa cū aceto, aut prius decocta cū aqua & aceto, deinde frixa. est autem cibus optimus dysentericis rusticis, & patauis. et ex ea sic cocta, & fracta cū uino, & agitata, &c. fit optimum, & expertum emplastrum apostematibus, & tumoribus testiculorum, & ego plures cum eo sanauī. sed nota, qd in calidis cum frigidis applica, & in frigidis cum calidis, & similiter in tumoribus mammillarum, & maxime quādo lac erit caseatū. et docet mulieres nō dare fabam gallinis suis; quia abscondit generationem ouorum, & qui usi fuerunt eā, efficiuntur timidi, & cogitatiui, propter quod pataui, &c. cortex autem fabæ nunquā digeritur, sicut nec botrum uuæ. postremò aduerte ad id, qd uulgares, & matronæ dicūt, & de hoc se habere experientiam, ut qd ea, quæ à gurgulionibus perforata est, sit melior contra Auic. & auctores medicinæ. credo dicendū, quòd ea, quæ à gurgulionibus, &c. fit facilius decoquibilis; quoniam talis est humidior; cū ex eius humiditate superflua, & nō benè regulata generētur gurguliones. unde arguunt uulgares, citius decoquitur: ergo melior; quæ cōsequenzia non ualet: quæ autem sicca est non perforata difficilius, uel tardius decoquitur; ipsa tamen cum humiditate superflua sit, magis munda melior existit; ideo considera, & quia Patauis sum; tantū de faba motus sum scribere.

De granatis. Rubrica. 5.

REPRIUNTUR granata dulcia, muza, & acetosa. dulcia & si à quibusdam ponantur æqua in actiuis; credo, ut placuit Auic. ipsa declinare ad latus frigiditatis, & humiditatis saltem in prima mansione primi, & si sint cito inflammabilia. unde Auenzoar cito in choleram conuertuntur. acetosa uerò frigida, & sicca usque ad secundum. muza, siue medij saporis medio modo se habent inter hæc. acetosa præcipuè reprimunt choleram, & multos curant cum exhibitione bucellæ panis infusæ in succo eorum ante exhibitionem cibi, quibus post assumptum cibum contingebat uomitus ad choleram in stomachis eorum existentem stimulantem stomachum. omnia stypticitate participant; licet dulcia minus, sed dulcia sunt stomacho conuenientiora, & acetosa minus. muza uerò medio modo. unde ex eis uinum est melius, & grana eorum stomacho nocent. Febrientibus conuenientiora sunt muza; dulcia uerò mala acutas feb. habentibus, & ipsa sunt pectoralia. remouetur eius nocumentum cum caseo mellino, aut diacito

A nite. & dixit Auic. tertia quarti de cura prunæ siue carbūculi, & ignis perfici. & de medicinis bonis in hac hora, & post ipsam est, ut sumantur granata acetosa, & fundantur retro quater in aceto, donec humectentur, deinde terantur, & ponantur super pannis, & administrentur; ipsum. n. conueniens est in omni hora, & eradicat hanc ægritudinem in principio, & statu.

De charubijs.

Rubrica. 6.

CHARUBIÆ, siue charobæ fructus apud nos non benè notus. frigida sunt, & sic complexionis. Auer. & Archadius; licet aliqui, ut Iesus eas dixerit calidas esse, & licet non expresserint gradum; tñ cum Iesus eas calidas, &c. credo non multum eas eleuari debere; sed in primo gradu frigiditatis, & sic. poni. Habent saporem dulcem cum aliqua stypticitate, & maximè sicca. ex eis meliores sunt stomacho sicca, tardæ sunt digestionis. remouetur earum nocumentum; si cum penidijs comeduntur. Isaac auctoritate Gal. dixit. Utinam non ducerentur ad nos de hierosolymitanis; quia earum nocumentum est nobis apparens magis, qd in locis, unde apportantur, eo qd recentes faciunt fluxum, & quando desiccantur; stringunt; quoniam deperditur humiditas earum, & substantia remanet terrestris.

De myrto.

Rubrica. 7.

SPECIES myrti, & si sunt in usu; quia mittuntur in saporibus &c. tamen habent vim magis medicinæ. de eo parum est frigida & sic. complexionis in primo, siccitas est maior frigiditate. sunt stomachi confortatiua, & præcipue calidi; sed inter cætera prohibent fluxum humiditatum ad stomachum, & maximè grana earum. quidam tamen trahūt ipsas ad secundum. ex granis earum cum uino cocto fit sapor bonus.

De melica.

Rubrica. 8.

MELICA est granum, ex quo fit panis minus nutriens, quàm aliquis alius ex quocunq; alio grano fiat. frigidum, & sic. in primo Gal. difficilis digestionis, stringit ventrem; & ideò in dysenteria facimus ex ipso sacculum, quem ventri, & ano calefactum superponimus, & urinam prouocat.

De nespillis.

Rubrica. 9.

NEPILLA fri. & sic. est in primo gradu. Isaac. confortat stomachum maximè calidum, modicum nutrimentū præbet, & grossum. & melius est eam assumere ante cibū, post cibum uerò quandoque conferunt ad robur stomachi, & ventris. Gale. in libro de euchimia. sunt duræ digestionis: quòd, si comedi uoluerint in stomachi confortatione assumantur in pauca quantitate.

De hordeo.

Rubrica. 10.

HORDEVM ponitur ab Auic. frigidum, & sic. in primo; licet aliqui illud in secundo, uel ad secundum trahant. Circainstans, & cæteri. est absterfuum, & mundificatiuū, aperitiuum, absterfuum quidem, cum fuerit excorticatum à cortice exteriori, et eo sic utimur, cuius excorticatiōne facilem docebo in fine capituli. ex eo fit aqua, iuscula, & far, ut dicetur. eligatur album, et mundum, et subtile, medium inter antiquum, et nouum, non corruptum, perfectum, et maturitate sua non pulueri admistum, quod steterit in aere libero. nutritiuum est; sed minus frumento, et aqua eius est nutritiua sanich ipsius, et ambo frangunt acuitatem humorum. aqua eius fit accipiēdo de eo excorticato partem. 1. et aquæ partes. 20. decoquendo cum facilitate usque ad cōsumptionem medietatis, aut duarum partium semper abijciendo spumam, et decoquatur sine fumo in olla munda. et sic decoquendo existimo, quòd remouetur nocumentum eius, de quo dicit Auic. quòd nocet stomacho. aqua eius est inflatiua; quæ omnia credo verificari de aqua ipsius non excorticati, et non multum decocti. iuscula fiunt ex farina eius, et aqua semper agitanda, et ducendo leuiter, ne ex fumo contagium recipiat. far eius fit ex eo mundato, et grosso modo confracto in olla, uel etiam cum mola, et cum aqua decoquitur, et fit cibus optimus febricitantibus, et maximè ex apostemate in spiritalibus, et in pleuresi, etc. et in calidis feb. aqua eius multum ualet. laudat Auic. eo, quòd est infrigidatiua, & humectatiua, &c. & in frigidis uerò cum apio, & foeniculo & quod est coctum cum ficibus, & melle trito ualet in febribus

Hordei aqua ut inflicuenda.

Far ex hordeo quo.

Faba ut comedenda.

Hordeum
ut excorti
ectur.

bribus phlegmaticis. modus excorticandi ipsum facilis est, ut prius in sole, & melius in furno extracto pane desiccetur, deinde balneetur optimè, & sic balneatum ponatur in pixidem magnam, deinde cum pistello ligneo magno, & grosso pistetur leuiter, deinde exufflentur cortices, & sic vsquequo fuerit excorticatum benè. si cum pecia fricetur fortiter, optimè excoriabitur.

De pisif. Rub. 11.

R O B I L I A secundum vulgare nostrum pisa ab auctori bus dicta. Mes. & Serap. & c. ab Auic. verò dicitur meisce. sunt secundum Isaac frigida in primo; medix verò inter sic citatem, & humid. & secundum Serapionem sunt siccitati quàm humiditati magis propinqua, & est maximè verum de non excorticatis; quoniam in cortice eius est ponticitas. eligantur recentes, & magna, sunt inflatiua, sed minus faba. à qua, ut dixit Gal. in tota sua substantia non remouetur præterquam in duobus; quia non sunt inflatiua, ut faba. secundò sunt tardioris descensionis à stomacho. generant chymum laudabilem, & laudabiliorem; si decoquantur cù oleo amygdalino. verumtamen nocumentum eorum remouetur; si cum eis decoquatur parum carthami. nota tamen, quòd textus Auic. sic iacet, ut reperio, & non est in ipso tarditas digestionis fabarum: quòd videtur contradicere textui Gale. paucum dat nutrimentum, & multam habet substantiam, sicut cætera legumina. est cibus, qui conuenit febrientibus, ut Baldach. conferunt dysentericis; si abiecta prima aqua decoquantur, & acetosentur cum granatis acetosis.

De spanachijs, vel spinachijs. Rub. 12.

Spinachia
ut esui ap
ta.

S P I N A C H I A frigida & humida est in fine primi: quidam trahunt eam ad secundum, nec inter hos magna existit distantia. est lenitiua, abstersiua, & vincēs choleram, & brodium earum fortassis refugit stomachus; quare sine brodio comedatur, ut etiam placuit Gal. decoquitur prius lota cù aqua, & modico olei in patella. & est cibus conueniens famis, & confert pectori, & pulmone, & maximè si coquantur cum oleo amygdalino, aut sisamino, & esset cibus plectoriorum. dum decoquantur in aqua, est melioris nutrimenti, quàm blitis, uel gryfolocanna.

De tribulis. Rub. 13.

T R I B U L I dicti ab auctoribus tribuli, & maximè fluuiales, de quibus est sermo, sunt frigidi & humidi. licet aliqui dicant ipsos declinare ad ca. propter dulcedinem, quæ est in eis, & de eorum gradu proportionabiliter dicendo, ut de charubijs. sunt multi nutrimenti. & quidam ex eis faciunt panes tempore necessitatis. difficulter digeruntur, & videtur habere similitudinem non paruam cum castaneis, & Padda nominantur castaneæ marchesanæ. nascuntur ibi in fosfato magno sanctæ Iustinæ, & plurimi in eis delectantur. Conferunt renibus, & stranguriæ, & frangunt lapidem in renibus, & vesica.

De piris. Rub. 14.

P I R A & saltem domestica, de quibus principaliter est sermo absolutè, pronuntianda sunt frigida, & sicca, sed eorum quoddam magis appropinquat temperamento in actiuis, quoddam magis distat declinantia plus ad actus frigiditatis. exemplum primi; ut sunt muscatella, iaceola, sementina. & post ista pira dicta sancti Nicolai, pira de Pola seraceana. exemplum secundi; ut sunt pira Nicolai, & multa alia, quæ non participant dulcedine multa; sed habent dulcedinem remissam cum ponticitate admistam. & de his omnibus apud nos reperiuntur in magna copia. ex quibus inferre possumus, quòd, muscatella, & huiusmodi sunt calida in primo; reliqua uerò in secundo. dicit tamen Auic. quòd in partibus suis reperiuntur pira magna capacitatis, & rotunda multum subtilis corticis, boni coloris, quasi pini, & boni saporis, ut videantur, sicut aqua zucchari congelata, & cum cadunt ab arbore super terram destruuntur, & quòd ista sunt, in quibus non est nocumentum apparens de speciebus pirorum. ista autem nobis possunt esse, sicut metru, & mensura in iudicando de bonitate pirorum. eligantur benè matura, & non laudo maturationem eorum in paleis, sicut communiter fit; nam illa maturatio uidetur mihi non maturatio; sed eorum ad putrefactionem præparatio, sunt

Pirorum
electio.

E stomachi confortatiua, & quæ ex eis sunt propinqua temperamento, ut supra. sunt boni chymi, & laudabilius præbent nutrimentum pomis. dicitur, quòd de proprietate ipsorum est facere vermes, colicam, quòd maximè intelligendum est de crudis, & ponticis, & ieiuno stomacho sumptis; & ideò decoquantur, & sint dulcia, & maximè cum aniso, & zuccharo, aut aniso confecto comedantur, aut cum paucopipere, cinnamomo, zinzibere, aut ligno aloe, sic. n. remouetur eorum nocumentum. decoquantur cum fungis, & maximè syluestria; licet domestica etiam ad hoc ualeant, & sunt bezoar eorum, comedantur post cibum, & non ieiuno stomacho; quoniam sic comesta non nocent. Diosc. & semina interficiunt vermes. de syluestribus; quia in usu cibariorum non ueniunt; dictum est: sunt tamen magis styptica & frigida domesticis.

Pirorum
efus.

De cerasis. Rub. 15.

N O N I N V E N I O expressam graduationem cerasorum sed ipsa pono frigida, & humida saltem in primo, & magis frigida quàm humida Isaac. cap. de prunis dicit. idem dicens de cerasis, quòd de prunis. Gale. verò in libro de cibis dicit, quòd idem est dicendum de cerasis, quòd de moris. sed nota, quòd reperiuntur dulcia, acetosa, siue acria, & pôtica. dulcia dicuntur proprie cerasa. acria uerò bifurcatur; quoniam eorum quædam dicuntur marasce, quædam uerla. dulcia cito descendunt de stomacho, & iuuamentum, quòd ei inferunt est paucum; sunt enim cito putrescibilia, & molliunt uentrem. ideò uulgares tempore cerasorum multum de eis comedunt, asserentes ipsa esse optima medicina ad subductionem uentris. & malè opinantur; quoniam nocumentum est maius iuuamento: sunt enim multum, & facilliter putrescibilia. & acetosa, quæ dicuntur uerla, styptica sunt, & magis, cum sint sicca, & simul pôtica; sed minus acetosis. unde in fe. benè conueniunt maximè, & eo modo, quòd consueuerunt dari infusa in aqua, & c. in fe. autè phlegmaticis conueniunt magis acetosæ. est enim in eis uirtus incisiva conferens, sed, ut dictum est, in præcedenti ca. medicus semper debet comparare iuuamentum nocumeto, & quòd præstantius est eligere. dicunt uulgares, quòd cerasa sunt inimica medicis; quia soluunt, & c. relinquo de moro acetoso syluestris; quia dictum est supra de moro dulci.

Cerasa in
mica me
dicis.

ARGUMENTVM IN CAP. VII.

F R I G I D A in secundo cum siccitate ualde patent gustui; sunt enim multum acria, pontica, ac ualentia in frigiditate. maiorem habent uim, sed eiusdem generis prædictis. sed quæ frigida habent humiditatem, ea generant multum humidi aquei, & sunt insipida cum aliqua uiscositate. hæc uerò febrem expellunt, somnum prouocant, sitim extinguunt, & sine asperitate, & mordacitate percipiunt, locaque combusta restitunt ab igne, & liberant. & nisi styptica ethicos offenderent laborantes, & siccos, magnam in febribus afferunt utilitatem, & præsidium.

De frigidis in secundo.

De bliti. Rubrica. 1.

B L I T I S apud Auic. dicta sicla nota est, & reperitur alba uiridis trahens ad nigredinem, & nigra est minus humi. & minus styptica. frig. & humi. in secundo, ut Gale. licet Isaac trahat ipsam ad tertiam. quòd intelligi debet de prima mansione tertij. Auic. uerò medians dixit ipsam esse compositarum uirtutum: nonnulli eam pronuntiauerunt calidam, ut Oribasius, & Ioan. est abstersiua propter uirtutem baurachiam, quæ in ea est subtiliatiua, lenitiua, aperitiua. est nociua stomacho propter bauicitatem, mordacitatem, & propter hoc etiam est mali chymi, & pauci nutrimenti sicut cætera olera. dixit tamen Isaac, quòd laudabilem generat chymum; quòd intelligi debet de ipsa correcta, ut quòd abiiciatur prima aqua, et præparetur cum aceto, aut sinapi, aut musci, aut aliis speciebus communibus

Olera pau
ci nutri
menti ex
stant.

munibus in usu cibiorum; usus tamen est malus. & ex succo eius cum melle communiter fit caput purgium in educendo superfluitates à capite; quia atriplex quasi propinqua est bliti: & sic ab Auic. ponitur cap. de ipsa non facio mentionem; quoniam in usu cibiorum non venit.

De cucurbita.

Rub. 2.

CUCURBITAE frig. & humi. sunt in secundo. eligantur recentes, & virides. sunt infrigidatiua, humectatiua, laxant uentrem, & non prouocant urinam. Baldach. de quo mirabitur quis forte; cum earum semina sint urinae prouocatiua. nec mirandum; quoniam semen saepe contraria est complexionis ab eo, cuius est semen, ut supra de citro, & ex consequenti contrariae proprietatis, & virtutis. nam pira vermes generant, & semen eorum interficit eos, ut supra. de cucurbita conueniunt omnes, quod ipsa conuertitur in eum humorem, quem in stomacho inuenit, & ex ipsa generatur humor bonus, uel secundum, quod ei associatur alter, aut alter cibus, ut si cum sinapi comeditur; malus inde humor generatur: si cum citoniis, aut agresta, aut uino granatorum commiscebitur; inde bonus humor generabitur, & praecipue in stomacho calido. semper aduertatur ad complexionem, cum laudatur res; quoniam per eas graduatur, & non ita conuenit maxime, cum simplex datur, ut medicinae cibalis, & pauci nutrimenti, sicut caetera olera; sed maioris existit, cum elixatur, & uelociter descendit de stomacho; si non corrumpitur ante digestionem propter aliquam causam. uniuersaliter cucurbitae sunt malae, quibus dominatur phlegma, aut melancholia, & bonae sunt cholericis, & maxime in aestate, cum modicum elixantur, & decoquantur in sarta gine, & super ipsam funditur agresta, ut communiter fit. conueniunt itaque habentibus humores calidos in stomacho, & de proprietatibus earum est inducere colicam. dixit Gale. sicut cucurbita est minoris malitiae, quam caeteri fructus aestiui, quando bene digeritur; ita si non digeritur, & non descendit à stomacho cito corruptio eius est mala valde; ideoque bene sani, & mundi stomachorum calidorum, aut non frigidorum eis uti possunt secure in moderata quantitate plus aliis, &c. experimentum optimum, & probatum, cinis cucurbitae siccae, & combustae puluerizatae super ulcera virgae putrida mundificat, & consolidat perfecte.

De lactuca.

Rub. 3.

LACTUCA frig. & humida in secundo. eligatur ampla, & citrina, & quae lacte caret. est facilis digestionis, & confert stomacho maxime calido, & maxime hortulana, de qua est sermo; quia de syluestri ad praesens non curo. unde assumpta cum aceto facit appetitum; sed ea meliorem, quae recipit decoctionem aliqualem, non abluta melior est abluta: ablutio enim addit inflationem, sicut in omnibus oleribus frigidis. remouetur nocuumentum eius: si cum ea comedatur apium, uel petroselinus, facit somnum, & maxime semina eius, & etiam herba. unde Gale. non inueniens remedium suae magnae uigiliae comedebat lactucas in ferculo cum modico piperis, & parum post restitutus est somno, & hoc remedium multum magnificat, ut supra in praecedenti tractatu.

De melon.

Rub. 4.

MELON, siue pepo frigi. & humi. complexionis usque ad secundum, & dulcis minoris est frigiditatis; immo quidam dulcem calidae existimant complexionis. est abstersiuus, & prouocatiuus, minus tamen, quam bateca, & cucumer tardae est digestionis. melior tamen est bateca, nec ita facilliter corrumpitur; nam bateca in eum humorem conuertitur, quem in stomacho inuenit, sed ad phlegma est declinior, & si non digeritur cito; ad naturam conuertitur uenenosam. quare, cum sentitur eius indigestio; euomatur. debent tamen pepones comedi ante cibum alium; nam, si post cibum comeduntur; faciunt cibum indigestum ex stomacho lubricare, & rugitum, & uentositatem generant. uolentes itaque eos sine nocuumento comedere ante omnem cibum comedant stomacho existente uacuo ab humoribus. &, ut remoueatur nocuumentum ipsorum; comedantur cum seminibus & matre seminum eorum, quae cum carne eorum cum modico zucha, aut penidiarum. utrum autem post eorum assumptionem sit bibendum, dicetur in fine capituli. nocuumē

A tum, quod multus, & continuus usus eorum, ut communiter fit, inducit homines ad colicam: caueant ergo, qui hoc peccato intincti sunt. semina eorum ualent in mundificando renes, & in frangendo lapidem in eis.

De cucumeribus, & citrullo, & anguria. Rub. 5.

DE CUCUMERE dicit Gale. quod est substantiae grossae, & durae digestionis malum generat chymum, paratum corrumpi, & fieri materia februm putridarum malarum; quamuis pepo magis sit corruptiuus & virtus eius est, sicut peponis; sed est frigidior, & humidior ad intus secundum gradum. ex quibus fortasse colligi potest causa, quare Venetijs omni anno tot multiplicantur febres putridae; nam usus multus, & continuus cucumerum non solum à pauperibus, uerum & à diuitibus, & nobilibus factus causa est earum; ad quod concurrunt usus multus, & assiduus aliorum fructuum. est abstersiuus, prouocatiuus; non tamē sicut melo, &c. Diosc. tamen dixit de eo, quod est bonus stomacho. hoc idem Auic. proprio. c. credo ipsos intelligere ipsum esse bonum in uia medicinae alterando stomachum calidum: nam subdit Auic. & ipse raro digeritur bene; sed intelligit de eo in uia cibi; quia ut sic est stomacho ualde malus. de citrullo idem dicatur, quod de cucumere: nam est tardioris digestionis, & facilius discurrit in uenas crudus, & febres magis chronicas facit. de bateca, siue anguria idem dicatur; quia ipsa est frigida, & humida, plus, quam pepo; ad intra tamen secundum gradum, & quae ex ea est dulcior minus frigida, & est magis abstersiuus melone. mouetur hic dubium à multis expectatum. utrum post pepones debet uinum sumi & quale, & quantum. Auic. tertia primi. c. de regi. aquae, & uini. super cibum mali chymi bibere uinum, dum comeditur aut ante, aut post, quam digeritur, est malum; quoniam facit malum chymum in extrema corporis penetrare, & similiter super fructus, & proprie melones. ad oppositum: fama communis non omnino deperditur, quam populi famae. & haec septimo; ipsa enim consequitur impetus coelestes: famosum enim est, & proprie apud nos Patauos; cum aliquid uinum est potentius, & aromaticum id bonum pro peponibus existere. respondetur praemittendo, quod uinum assumptum post elum peponum, aut sumitur uia alimenti, aut gratia corrigendi malitiam peponis assumpti. secundo praemitto, quod aut sitis post ipsum assumptum est ualida, & fortis, aut debilis, & remissa. iuxta hoc ponantur conclusiones. prima, quod, si sitis fuerit ualida, & fortis; super peponem assumptum est bibendum. haec conclusio est de mente Rasis, quarto Almanf. & Gal. in libello de marafmo. secunda conclusio. si sitis fuerit remissa, & debilis, & uinum bibatur gratia corrigendi &c. tunc super ipsum est bibendum uinum potens & aromaticum, & in parua quantitate. & haec conclusio est Isaac in libro suo de diat. & Gale. secundo regi. acutorum, & Auic. tertia primi. allegato. c. tertia conclusio. si uinum bibatur alitionis gratia; super peponem non potandum, & praecipue in quantitate magna: praua enim humida in extrema corporis penetrare facit. hoc uoluit Auic. in auctoritate ante oppositum deducta. & si dicatur, uidemus quotidie oppositum; ut quod non patiuntur, qui bibunt uina potentia in magna quantitate post pepones. dicendum, quod, si non patientur in praesenti; laeduntur deinde in posterum ex aggregatione paulatine facta humorum, &c. ut Gal. alimentorum primo. quarta conclusio, & est in Auic. alleg. c. super peponem bibere. ij. vel. iij. brielas. briela est nomen mensurae; unde bria. i. mensura, briela est parua mensura. q. d. Auic. ij. vel. iij. brielas, i. duos; uel tres paruos haustus non nocet ei, qui consueuit: consuetudo namque est res potentissima in conseruanda sanitate. secundo in regi. acutorum.

De prunis.

Rub. 6.

PRUNA reperiuntur in multiplici differentia. eorum quaedam alba, quaedam citrina, quaedam rubea, quaedam nigra. omnia namque frigida, & hu. complexionis; sed ex eis, quae dulciora sunt ad intra primum gradum ponuntur frigida, quae autem minus dulcia, & aquosa magis ad secundum perueniunt gradum. muza uero ex eis medio modo se habent; inter haec omnia sunt magis hu. quam fri. & ex isto tollitur quaedam apparens controuersia inter auctores de graduatione

duatione ipsorum; & tū considera. de electione ipsorum ab auctoribus eliguntur damascena; sed talia non habemus hic apud nos, sed loco ipsorum eligimus nigra, quæ nascuntur de mēse Augusti, & dicuntur augustana, & talia reperiuntur parua, & magna. nam magna rotunda, & magis carnosā, & parui ossis ex his sunt eligibilia, deteriora omnium sunt alia magis; tu tamen per te habita notitia extremorum notitiam de mediis iudica. sunt infrigidatiua, & humectatiua, grauant stomachum præcipue alba, & omnia ipsum mollificant, & penitus stomacho non conueniunt nisi illi, in quo est multa cholera citrina, & est complexione fortis. ex quo sequitur, quod non semper laudandus est usus eorum, vt communiter à quibusdam medicis fit. nam in corpore cholericō multiplicante cholera in æstate in stomacho eius competere possunt, & conceduntur ad subductionem cholerae à ventre. nota tamen, quod omnia soluunt, & humida magis, quàm sicca, & dulciora magis, quàm acria, & muza, & magis magna, quàm parua; licet Dios. dixerit, quod damascena stringant. quem errasse expressit Gal. & Mes. videtur idem implicite dicere. sed aduertendū, quod reperiuntur pruna parua syluestria nascentia in fratigeris, siue cesis: quæ dicuntur apud nos brugnoli, & ista sine dubio ventrem manifestè stringunt, & ex eis fit acatia, & de ipsis non sum locutus principaliter; quoniam non veniunt in usum cibarij, sed medicinae. remouetur nocumentum eorum cum zuccharo ros. de ipsis dicit Gale. in libro alimentorum. ex isto autem fructu corpus recipit paucissimum nutrimentum. vtilis ad infrigidare, humectare, subducunt ventrem mediocriter. item dicit, quod confert subductioni ventris; si post oblationem eorum superbibatur vinum stando per certum spatium tēporis, deinde prandere. post assumptionem eorum nobilibus conuenit vinū dulce, cæteris melicratū: vtimur eis siccis infusis in aqua in feb. scito tamen, quod, licet vtraq; in stomacho corrumpatur; sicca tamen minus corrumpuntur, & humida putrefactioni sunt parata: sed, quando assumuntur sicca; dantur ad alterandum, non ad nutriendum. & tunc oportet medicū comprehendere, quid inde magis sequatur iuuamentum, aut nocumentum respiciendo quantitatem eorum assumptorum; licet eo casu solus videatur succus deglutiri. postremò notandum, quod pruna possunt ad solatium fieri solutiua multū hoc modo. perforetur arbor in duobus, vel tribus locis, ita quod vnū foramen distet ab alio per spatium vnus palmi, deinde impleantur foramina scāmonea, & luto siue argilla cooperiantur, & inde fiunt fructus solutiui, & hoc maxime faciunt iamēni. item scito, quod, si decoquantur pruna in aqua vsq; ad spissitudinem, & detur de ea aqua aratori lib. i. cum zuccharo soluit. ego autem dedi succum ipsorum cum zuccharo, & successit.

Acatia ex quibus cōfecta.

Pruna quō solutiua fiant.

De chrysomillis.

Rubrica. 7.

CHRYSOMILLA, seu grifolima, & nostro vulgari armilini sunt frig. & hu. in secundo. meliora sunt minora ex eis, & in montibus nata. generant phlegma grossum, viscosum in concavitate hepatis, & venarum: quare ex eis feb. diuturnæ fiunt. sunt vomitus prouocatiua, & infrigidant stomachum vehementer, & facile corrumpuntur, & eorum corpus vniuersaliter malum est; sed horum infusio sedat sitim, & conuenientiora sunt stomacho, quàm persica. comedantur ante cibum stomacho inanito; quia post cibum existente pleno natant in superiori parte, & in aciditatem putredinemque citò conuertuntur, & post eorum assumptionem accipiatur anisum, mastix, vel vinum vetus, vel odoriferum nouum, & valet contra cholera; sicut thamarindi, & sibi similia, & infusio siccorum confert febribus acutis. & oleum ex nucleis eius valet hæmorrhoidibus, & expertum est. Auē. sunt naturæ persicorum; sed non habent omnem proprietatem eorum.

De persicis.

Rubrica. 8.

PERSICA reperiuntur multifaria; nam ex eis sunt quædam, quorum caro ab osse non separatur, quædam quorum sic. item quædam dulcia, quædam muza ad acredinem, vel remissam acetositatem declinantia. item quædam, quæ dicuntur persica citonia, quædam, quæ dici debent, aut possunt persica poma. item quædam dicuntur, & sunt persica

E sanguinaria, item quædam nux persica, & quædam antipersica, et sunt grifolima de quibus supra: & horum omnium quædam sicca, quædam hu. siue recentia. omnia sunt fri. & hu. vsq; ad secundum. veruntamen recipiunt intensiorem, & remissionem intra hunc gradū; nam dulcia cæteris paribus sunt minus frigida: acria, vel acetosa magis frig. muza vero medio modo se habentia. eligantur magis dulcia odorifera. &, quoniam sunt nociua propter eorum humiditatem putrescibilem de facili; hinc forte existimo citonia eligibilia, quàm poma alijs paribus. citonia dico persica, &c. sanguinaria vero sunt multū putrescibilia. nux persica vero digestionem difficiliorem, &, vt existimo, cæteris frigidiora; sunt enim magis ad ponticitatem, & acredinem, vt supra tendentia. omnia tñ stypticitate participant; licet remissa: sed nux persica magis, & persica citonia plus pomis, & sicca plus humidis. &, licet sint citò putrescibilia, quod declarat velox putrefactio; quæ eis ad extra contingit; tamē stomachum confortant, & mouent appetitum ad cibum. & meliora, & digestibilia sunt ea; ex quibus egrediuntur ossa. Baldach, sed sapidiora sunt illa, à quorum carne ossa non separantur semper alijs paribus. ex quibus patet solutio ad quæstionem moueri solitam à nobilibus, quæ meliora sunt, an ea quorū caro, &c. & sic arguitur; sapor melior insequitur meliorem pepansim. i. digestionem; sed, vbi est melior digestio alijs paribus, hoc digestibilis videtur: igitur considera tu. nota tamen, quod quæ ab ossibus separantur, sunt minus humida humiditate superflua: idē, &c. sicca autem difficulter digerunt, & non sunt boni nutrimenti; sed tamen multum stomachū confortant, & maxime si cum melle decocta fuerint. & non debent persica comedi post cibū, sed ante; quia corrumpuntur, & corrumpunt cibum. & debet cum eis ad remouendum nocumentum eorum bibi vinum vetus odoriferum, aut in eo infundi, vt fit communiter. & de eis dicit Auē. quinto col. quod habent mirabilem proprietatem resistendi fetori à stomacho prouenienti, & odor eorum valet contra cardiacam passionem, & est cordialis. scito postremò tu, qui eis libenter vteris, quod post spatium assumptionis eorum satis longum vnus, vel duorum mensium, &c. faciunt feb. longas, oleum ipsorum valet in doloribus aurium in causa cal. & fri. vt dicit Auē.

Persica quādo comedenda.

De milio.

Rubrica. 9.

MILIVM granum latis notum fri. & sic. complexiōnis vsque ad secundum. & est granum stypticum, & exiccatiuum sine mordicatione. est tardæ digestionis, & in sua substantia, & in pane est sanguinis pauci generatiuus, & cum hoc regulariter generat sanguinem malū. quare ab eo abstineant, qui debilius sunt stomachorum; sua tamen stypticitate videtur stomachum confortare. & ex eo fit polenta, & similiter fit ex eo fracto, & excorticato, sicut fit de panico cibis polenta, aut naturam sapit milij. & si in decoctione aliqualem recipiat caliditatem; tamen ab aqua recipit frigiditatem fortasse ampliorem, & est difficilis digestionis; tamen, si comedatur cū lacte, & bene digeratur; dat bonū, & solidum nutrimentum. & datur cibis ex grano eius excusso cum lacte, aut cum aqua surfuris, & oleo amygdalino recēti. ex isto apparet, quare pastores sunt ita pingues, & pinguedine solida. fit etiam ex eo panis, & ipse minus nutrit pane, qui communiter fit ex alijs granis. dico communiter; quia etiā interdum fit panis de panico, qui est minoris nutrimenti. Auē. & panicum ipsum est species generis, sicut, & milium. Auē. sed est magis frigidum, & cōstrictiuum: vnde cæteris dicitur habere similitudinem. nam quinto col. cum dixit de milio, subdit, & hoc idem facit panicum. idem Isaac. Et multum quidem decoctum cum rebus dulcibus; vt cum lacte, & maxime chalibeato, confert fluxui cholericō, & dysenterico, & cum zuccharo, & lacte amygdalæ, & oleo amygdalino, & butyro confert asperitati pectoris. Gal. Panicum consuevit multipliciter preparari, & assumi; quādoque preparatur cū carnibus pinguibus; vt anatibus pinguibus, quādoque cū lacte, & quādoque cum aqua sola, & bibitur, quādo sic preparatū est cum vino, cū carne pingui coctum boni, laudabilis, & plurimi nutrimenti existit, siccitatem suam amittit, & stypticitatem pp molliem, & lubricitatem pinguedinis. coctum cum lacte est

Panicū, vt preparatū.

est laudabilis nutrimenti; cum vino verò bibitum cum ex se solum aqua decoctum est; stomachum mundificat, & ventrem soluit per accidens. dicunt Mediolanenses, quòd est refrigeratiuum, &c. & verum dicunt. cæteri verò, quòd sumptum cum vino calefacit, & est verum hoc modo, si assumitur calidum cum vino satis potenti; ipsum nanque multum retinet caliditatem vini propter eius terrestreitatem. & ideò patientes tussim ex frigore eò cum vino calido vtuntur, & benè quando ex sola complexione frigida dependet.

Sed vltimo restant dubia duo de milio, primum, an super polentam comestam sine lacte, sed cum caseo sit bibendum vinum, aut aqua. secundum, an super ipsam cum lacte comestam sit bibendum vinum, aut aqua. ad primum dicitur quòd sumatur vinum in pauca quantitate; cum corrigat malitiam polentæ ex parte qualitatum primarum, & secundarum, cum viscositatem tollat aliquantulum; propter quòd post ipsam bibendum est vinum. dico secundò, quòd consuetis audacius, & plus dandum vinum est, &c. vt supra de pepo nibus. ad fm dicitur, quòd melius est bibere aquam; vinum. n. vlt. assumptum post lac bibitum ipsum coagulat, & corrumpit. quinto de ingenio sanitatis. & ideò phthifici, qui assumunt lac post ipsum assumptum vinum, non potent.

De arancijs.

Rubri. 10.

In arancijs duplex reperitur natura; vna, quæ corticis, & alia, quæ carnositatis. corticis complexio est cal. & sic. in secundo, acetositas eius est fri. & hu. in eodem; sed intèsiorem gradum obtinet, vt experientia docet. ideoq; cum acetositas sit in quanto maior cortice, & intensioris gradus frigiditatis, quàm sit cortex caliditatis; existimo dicendum ipsas posse dici frigiditas, & hu. in principio primi. eligatur ponderosa magis, & minus acetosa, & iuxta vulgares minus acris; nam illa, quæ ad dulcedinem trahunt, minus stomachum lædunt, & sunt minus frigida. odor eorum confortat cerebrum, & cor. & cortex eius si sit difficilis digestionis; tamen confert stomacho frigidus, & maxime confectus, & adiuuat ad digestionem. caro eius confert stomacho calido, & cholericò, & nocet frigidus multum, vt experientia notat. reprimit cholera, & ipsius acuitatem extinguit. ideo cum phlebotomatur quis, & dubium sit de motu cholera; debet exhiberi ante phlebotomiam acetositas eius. interficit vermes maxime propter amaritudinem corticis, & seminum eius. & ideò quidam concauant aranciũ, & replent eum oleo absinthij, & aloë puluere garyophyllorum, & hæc omnia faciunt ad ignem bullire in arancio, deinde exprimunt totũ, & faciunt inde oleum, quod sublimè habetur contra vermes.

De limonibus.

Rubrica. 11.

Quid de limonibus dicam; cum de eis non legerim adhuc apud aliquem famosum auctorem præterquam apud Auic. prima quarti ca. de cura feb. acutarum circa mediũ capituli? vbi sic dicit. & aqua agresta, & aqua mori de sceni, & aqua acetositatis limi non falsi, & omnes per limum exponunt limonè: nam ex sententia Aui. eius acetositas debet esse fri. & credo non minus ea, quæ arancijs, & si minus non multum; nam conuenit in se. acutis, vt patet. ad quod facit experientia; quia videmus eorũ acetositatem lædere stomachum frigidum, & iuuare calidum. cortex verò eius est pauca caliditatis; vt existimo. itaq; totum absolutè dicendum est fri. & hu. vsq; ad fm. eius cortex est difficilis digestionis, & vtilis in saporibus, & gustui multum delectabile. datur cum assato, & benè habito respectu ad assatum, vt assatum est.

De sorbis.

Rubrica. 12.

Nunc de sorbis & sorbellis dicam, & si aliqui eas, comedant; tamen sunt magis medicina, quàm cibus. & ideò de eis hoc dicat, quòd sunt fri. & sic. & siccitas in eis est maior frigiditate earum. & ideò sunt multum stypticæ. & ex eis fit electarium de sorbis multum comendatum à Mes. & hodierno die vsitatum est à medicis in dysenterijs. existimo siccitatem ad tertium peruenire: frigiditatem verò stare infra secundum. sunt tardæ digestionis, confortant stomachũ sua stypticitate, & dicuntur arabice zaror. i. faciens appetitum. alia litera habet zarinx. Aui. reprimit cholera ru-

A beam, & stringit ventrem plus omni alio fructu.

De tuberibus.

Rubrica. 13.

De tuberibus, siue tartufulis nondum inueni complexionem determinatam: nam, cum orientur in locis aridis, & siccis, & multum terrenis; videtur, quòd debent esse sicca, & terrea frigida; cum locus, & locatum debeant esse similia. item ponunt multi ea frig. & hu. vt Iesus zarauius Baldach sub vocabulo chemi, vel cheme. ex alia parte videtur calida; quoniam vbi nascitur, non potest stare, vel durare nix: quod non videtur nisi ab eorum caliditate prouenire. itè proprie ipsam nõ ponitur herba. ego autem credo, quòd sint frig. complexionis, & hu. in primo; quia sunt de natura, vel specie fungorum, qui hu. sunt & fri. vsq; ad tertium. secundò; quia omnes auctores conueniunt, quòd ipsorum nocentũ remouetur præparando ea cum rebus notabiliter calidis; vt pipere, &c. quod non ex alia causa facimus nisi, vt excessum eorum in suis malis qualitibus remoueat; vt de alijs supra, quòd fit cum his, quæ sunt contraria. item dicit Auic. quòd in eis est subtilitas, & acritas pauca. item dicit, ex eis timetur paralysis, & apoplexia, & faciunt colicam; ergo ex effectibus suis arguemus ipsa fri. & hu. sed ad rationem de niue dicendũ, quòd hoc prouenit ex parte dispositionis terræ, vbi nascuntur; nõ est terra arenosa, & sicca valde: & ideò ab ea sorbetur nix; sicut videmus de terra sicca sorbente aquã respectu humidæ. & propter hanc eandem causam non nascitur ibi herba; cum locus ille sit nimis calidus, & congruo nutrimento carens. hæc materia habet multa argumeta, seu habere posset, quæ recuso; qm esset prolixare, & quasi egredi propositum nostrum. sed quæreret aliquis in quo gradu sunt fri. dicendum puto, quòd, cum plus ab auctoribus laudentur, quàm fungi, ipsa nõ debent in suis qualitibus tm excedere, vt fungi: & ideò credo ipsa collocanda esse inter fri. & hu. in secundo, & sunt minus hu. quàm fri. nam dixit Auic. Sunt ex substantia terrea, & aquea nimis. & ista sententia est visa meo iudicio grata Iesu, & Azaraij, vt in Baldach in ca. de oleribus. dixit Gal. quòd, si miscetur species calidæ cum eis; efficiuntur ca. si frigidæ, frigida. & subdit, quòd sanguis gñatus ex eis est grossior temperato. ex quibus verbis videretur concludi, quòd essent temperata, aut à temperamento minus distantia. Aui. dicit Gal. dixisse ea non esse mali chymi, & ipse non consentit in hac parte sibi. ego autem adhæreo pronunc rōnibus à dictis auctoribus allegatis, & Auic. magis, quàm Gal. & pcat Gal. & considera. eligantur magna, rotunda, alba, nata in loco arenoso, & in quibus non est odor malus. sunt tardæ digestionis impediencia, seu grauãtia stomachum grossi chymi. remouetur nocentũ eorum; si prius excorticantur, & scindantur cum cultello, & elixentur, & præparentur: deinde siue decoquantur cum oleo, sale, pipere, aut alijs speciebus odoriferis; vt fit de fungis, aut decoqui possunt in vino cū his speciebus; & generabitur inde nutrimentũ grossum non malum: vnde vinũ purum est eis theriaca. quidam decoquunt ea sub cineribus, & præparant cum oleo sale, & pipere: quidã condiunt cum carnibus pinguibus, & est laudabile cum speciebus, de eorum nocentis dictum est; nam vltra colicam inducunt stranguriam: ideò nobiles, qui in eis delectantur; quia sunt res rara; ideò cara; deberent nõ vti; sed eis abutis; cum in eis nullum reperiatur iuuamentum. & propter ipsos me in eis tantum extendi; nam ad malum finem vtuntur. timeant Deum, &c.

De fungis.

Rubr. 14.

Compatiens gulosis, qui Adæ comparandi sunt; cū ex vno bolo se periculo mortis exponunt, de fungis quædam tangam vtilia valde; nam eorum natura frig. & hum. vsque ad tertium. & qui ex eis uenenosi sunt, amplius fri. & hum. ita, ut quidam trahant ipsos ad quartum: vnde dicunt ex hoc ipsos interficere. reperiuntur uenenosi, & non uenenosi. & prius de uenenosis, & malis dicendum. & primò notandum signum, per quod comprehenditur ipsos malos & putridos, ac, ut ita dicam, uenenosos esse: nam in superficie malorum reperitur humiditas uiscosa multum, & cū frangitur fungus malus, & permittitur modicum stare; statim comprehenditur; quòd incipit putrescere siue corrumpi.

Practica. S.

F pi.

pi. item tales sunt multum molles, & viscosi, & humidi valde, & grossi. item ex loco ortus ipsorum acquirunt malitiā & venenositatem; vt, si sub arbore nati, quæ proprietatē habet, vt corrumpat fungos, qui sub ea nati sunt; vt est oliua. item, si apud ferrum æruginosum; vnde frequenter in campis; aut quia fuerit fimus ex equo, aut ex uaccis, aut ex cultellis rusticorum; iacet ferrum æruginosum. item, quia sunt nati apud parietes putridos, aut prope cauernas serpentū, aut quia nati sunt apud herbas venenosas, vt tithymallus, & apud alias res putridas. nonnulli, ut dictum est, sunt à tota specie venenosi, albi, rubei, dicti boleti, aut perforati dicti spongiæ, quia spōgiæ simulantur, quorū oīum bonitas ex signis comprehenditur contrariis dictis; ut quod sint nati extra illa loca dicta; vt quod sint solidi non multum humidi & cū franguntur non cito corrumpuntur, & c. & oīum minus fri. sunt boleti, & meliores sunt sic. quàm hu. recentes. sunt difficilis digestionis, & quasi semper integri emittuntur, faciunt strāguriā, colicā, syncopim, & frequenter mortem. remouetur nocuentū eorū, si prius elixantur bis, & cum eis bulliant pira sic. uel hu. & maximè syluestria, uel buccella panis cū modico calamenthi, deinde præparentur cū oleo sale, & speciebus optimis, & superbibatur vinū bonū purū, & potens in parua quantitate; ne multū faciat chymū malū ex eis generatum in extremas partes corporis penetrare. & bezoar post comestionem ipsorū est alleum crudum. & si contingit aliquem assumpsisse fungos malos; cū ex eis sentiat nocuentū, quod est eis propriū, sentiat ei peruenire præfocionē, & stomachi angustiam, strāguriā, & c. tunc immediatè faciat vomitum cum oxymelle aqua, & calamētho siue pulegio. item facit in modum loch ex stercore gallinæ, melle, & aceto compositum, de quo sumat. item propinandum est uinum, in quo bullitum sit piper nigrum. item clysterizetur ex aqua melle, & sale, & fomentetur foemur cum oleo nardino. multos modos præparationis ipsorum haberem, quos taceo; quoniam diligens hominum uitā consulo, vt omnino dimittantur; cum in eis nullum prorsus iuuamentum reperiatur, & tanto, ut comprehenditur eorum usū; periculo exponuntur.

De portulaca. Rub. 15.

PORTULACA frig. est in tertio. hu. in secundo; nonnulli in primo, eligatur, quæ est foliorum latorum tendens ad acetositatem. & succus eius est in ea utilis operationis. in via cibi paucum dat nutrimentū, & laudabile; quia frigi. & hu. viscosum, & debilitat appetitum. sed in via medicinæ cōfert stomacho calido, & prohibet vomitum cholericum, & inflammationi hepatis, cōfert sputo sang. maximè propter eius stypticitatem, & uiscositatem. & si assetur portulaca; ualet in solutione dysenterica. & similiter clystere ex ea factum, uel succo eius, delet per proprietatem desiderium coitus: & idè eo utantur religiosi. & si masticetur, aut fricentur ex ea dentes; remouet stuporem eorum.

De piscibus. Rub. 16.

PISCES reperiuntur in multiplici differentia; quoniā quidam sunt maritimi, quidā non maritimi; sed ex aquis dulcibus, vniuersaliter recentes non saliti fri. sunt, & hu. usque ad secundum. dicitur vsq; ad secundum; quia aliqui sunt in ultima mansione primi, vel in prima secundis; sed marini minus fri. & minus hu. & paucarum spinarum. fluuiales verò econtrā; sunt. n. omnes phlegmatici, & specialiter aquosi generatiui inconuenientes frigidis corporibus humidis natura, & mollificant nervos. eligantur aliis paribus maritimi; sunt enim meliores; sunt enim minus frig. & hu. & viscosi, de quibus prius. maritimorum quidam magni, quidā parui, quidam saliti, quidam non saliti. & ex salitis quidam recēter saliti, quidam in quibus processit iam tempus multum. de quibus maritimis dixit Auic. quod sunt optimi, & subtilis carnis præcipuè, cum eorum habitatio sit in littoribus petrosi, aut arenosi. ut solis rubei, rubei varioli, oratæ, passeris, arbores, menolæ in suis temporibus, & c. ceuoli quoque in suo tempore dant bonum nutrimentum, sunt tamen difficilis digestionis. & quoniam prima differentia est de magnis, & paruis; audi, quid scribit Auic. Meliores pisces sunt illi, qui non sunt magni ualdè, neq; habent carnem duram, neq; siccā, & in quibus non est pinguedo ita,

quod quasi frangantur, neq; mucilago, & in quibus non est malus sapor, uel odor, in quibus etiam est sapor suauis, & qui sunt pingues superfluum non habentes pinguedinem neq; grossam, ut sepum, & quibus non citò aduenit fe. cum ab aqua separantur. hæc. n. uidetur regula ad discernendum bonos à non ita bonis. Gal. tamen de diætā subtiliatiua dixit. Quicunque pisces mollem, & frangibilem habent carnem, sunt aliis meliores. & subdit, quod hæc sunt duæ veræ cognitiones de cuiuslibet animalis carne. s. mollities, & frāgibilitas. & maior, cuius caro est mollis, melior: minor verò, cuius caro dura est, melior. sed diceret aliquis. fama, quā omnes famant, nō ex toto perit ethicorum septimo; ipsa. n. celestes impetus sequitur. sed fama est, quod meliores sunt pisces antiqui, qui cōiter maiores sunt non antiquis, ergo & c. pro isto credo dicendum, quod illud dictum absolutè non est uerum; sed intelligitur meliores. i. gustui delectabiliores. cum quo stat, quod non sunt meliores; quia saniores; immo minores viuentes in eadem specie sunt saniores; ut temali parui, minuti, saniores ipsis magnis. de salitis dicendum, quod ipsi sunt cal. & sic. in primo. & quanto plus crescunt, antiquantur, tanto plus crescunt in ambabus qualitibus, & meliores sunt recēter saliti, & sunt grauis digestionis, & faciunt sitim, ut sturiones saliti, morona, tonina, & huiusmodi. de piscibus aquarum dulcium eligantur parui, petrosi, subtilis corij, & plurimi, cum inueniuntur textus auctorum dicentium, pisces parui, petrosi; exponūt, ut marfiones. credo quod auctores de marfionibus non intelligūt cum dicunt pisces parui. & causa est, quoniam marfiones carent duabus conditionibus in bonitate piscium requisitis. prima, quod non debent esse mucilaginosi; vt Auic. supra. secunda debent esse multi exercitij; vt infra, vt in regulis ipsorum. marfiones autem non sunt multi exercitij, sed locis petrosi sub petra iacent; sed temali parui, & tenchæ parue, quæ apud nos dicti iaceoli sunt sine mucilagine, sunt maximi exercitij, optimi saporis, & odoris ita, quod credo text. de illis uerificari, uel exponi debere. apud nos reperiuntur plures species piscium commendatorum; ut temali lucij de aquis currentibus, carpiones, lampredæ. vituperantur squalitice, & præcipue vallosæ, & similiter lucij vallosi; sed tamen magna est differentia inter ualles; quoniam aliqua sunt multum cenoosæ, aliqua à ceno magis mundatæ. in uallibus magis cenoosis vituperantur magis. de anguillis verò specialiter dicam; quoniam est cibus gulosorum, gustui amenus, & suauis. vnde de abbate guloso dicitur uersus. Gaudeant anguillæ; quia mortuus est abbas ille. Oribasius auctoritate Diosc. dicit, quod anguillæ sunt multi nutrimenti, lubricantes uentrem, mundificantes cannam pulmonis & uocem clarificantes. & remouetur omnem nocuentū earum, si cum bono uino, & optimis speciebus præparentur; dummodo recipiant aliqualem ebullitionem in aqua, quæ proiciatur. item comestio alliorum, uel earum præparatio cum allio. non sunt ergo ita eiiciendæ, sicut quidam dicunt; timendæ tamen sunt tempore suspecto, ut tempore Maij. & eligendæ sunt, quæ sunt ex aquis mundis, claris, currentibus, & bonis, quæ sint purgatæ, ut quod steterint captæ in uiuario, & c.

De piscibus dantur canones siue regulæ. prima, quod à lacte piscium omninò cauendum est; cum sit facilè putrescibile, & reliquum cibum corrumpat. Rasis. secunda abstinendum est omninò à piscibus assatis, & infrigidatis, qui in loco steterunt humoroso. tertia, quod post assationem eorum non sunt multa inuolutione inuoluendi, & suffocandi, quod non possit aliquā uapor ex eis exire. solent. n. ut ex secundo praua accidentia generari, & sicut ex quibusdam rebus uenenositatem habentibus. quarta, ut saniores sint; debent decoqui in aqua: nā in aqua remanent viscositates, & eorum superfluitates, & præparentur cū sale, & aceto, & erunt eo casu conualescentibus idonei. decoctio namque eorum cum aqua, aceto, & bonis speciebus optima. & nota, quod prius aqua debet feruere, antequā imponantur pisces, & maximè, cum decoquantur recentes. quidam præsumperunt differentia, quod meliores sunt asii, q̄ elixati; & ante eorum assationem debent præsaliri per spatiū unius hore; deinde inuolui in herbis odoriferis, & bonis; ut petroselino.

Anguilla, ut eius ac comodè.

trofelino, mētha, saluia, rosmarino, &c. quinta; quòd meliores sunt frixi, quā affati. Gal. 3. alimen. ex quibus patet solutio, qua quærebatur, qui sunt meliores an elixi, an afsi, an frixi. Gal. verò al. lo. uidetur differentia, q̄ frixi sanis sunt meliores; conualescentibus vero elixi. postremò ad cōplementum notitiæ bonitatis ipsorum scito, quòd ex loco, cibo, &c. bonitatem capiunt, aut malitiam. ex loco; qm̄ qui morantur in locis petrosis, arenosis, aquis dulcibus, currentibus, quæ non sunt limosæ lacunales, campestres, neque de lacunis paruis, quæ flumina non imbibunt, & in quibus non sunt fontes, sunt meliores, & qui morantur in aquis discoopertis flatui ventorum, & qui morantur in aquis multarum agitationum, & undarum, & qui morantur in littoribus petrosis, præcipuè sunt alii meliores. ex cibis, qui cibantur bonis herbis, & radicibus plantarum sunt meliores eis qui cibantur fordibus, quæ proijciuntur in ciuitatibus ad locum infusionum; & qui cibantur herbis malis, dato, quòd sint sapidiores. ex quibus patet, quòd pisces, qui capiuntur in canalibus Venetis, uel iuxta, sunt tales, quales, &c. item pisces, qui pascuntur in oris fluuiorum recedentium de mari, & venientium ad mare ad loca fluuiorum, ut sunt sturiones, &c. sunt boni. hæc tibi breuiter de piscibus.

De cancris. Rub. 17.

CANCROVUM complexionem non inuenio ab auctoribus determinatam. sed, quia uidetur esse de specie pisciū, & qm̄ inducunt somnum, uehementer existimo ipsos fri. & hu. & amplius humidos: nam credo ipsos fri. in primo. hu. in secundo. quidā tamen protulerunt eos ca. qm̄ in eorum decoctione efficiuntur rubei, quibus hac in parte non consentio. difficilis sunt digestionis, & si benè digeruntur, plurimi sunt nutrimenti, Aui. & de fluuiatibus loquor. conueniunt phthificis, & maximè decocti cum lacte asinæ, ubi fe. putrida non fuerit. & similiter decocti cū aqua hordei decoquantur cum robiliis, siue misce. comedantur cum aceto, speciebus, & sale. de marinis dicti gābarusoli, siue parui cācri, Gale. nocēt stō, & maximè neruositati eius pp nitrositatē, quæ est in eis, sunt difficilis digestionis, & solutiui pp falsedinē, &c. de cæteris vero marinis quid dicēdū sit, sicut de piscibus dictū est, quòd maritimi sunt minus frigidi; ita de cancris p portionabiliter, ut q̄ maritimi sunt respectu illorū de aqua dulci minus fri. & minus hu. sunt tamē difficilis digestionis. pistetur cācer, & misceatur cū fermēto in modū emplastri, & superponatur morsuræ canis rabidi; mirabiliter confert.

De ostreis. Rub. 18.

VNIVERSALITER ostrea, & conchilia sunt difficilis digestionis, & neruositati stomachi nociua, & sunt uetosa. de eorum cōplexione non inuenis; sed credo de ipsis dicendum, ut de piscibus. eligantur, quæ ad albedinē trahunt, & quæ ad nigredinem minus bonæ. vtuntur hoies multi eis ad saturandam gulam, & luxuriā, & male. de eis ab auctoribus non inueni vsq; modo, q̄ faciant multū in uia cibi, sed plus in uia medicinæ: nam ex eis plurima fiunt experimenta in ulceribus; vt patet per Sera. in suo de simplici. proprijs. decoquuntur qn̄q; super prunas, qn̄q; in aqua dulci, & melius. & eorū cōpleta decoctione cognoscitur, qn̄ aperiuntur. & de his hæc pauca cū modicis valeāt specialiter in uia cibi.

ARGUMENTVM IN CAP. VIII.

CARNIUM quædam sunt domestica, & quædam syluestres. domestica uerò omnes sunt calidæ minus, & sicca, melius dant nutrimentum, facileque digerimus. ex ferunt primas, quæ circa ossa existunt. faciliusq; digeritur caro dextræ partis; sed sinistra gustū magis delectat. sed domestica uel est masculina, uel fœminina, uel castratorum, laudabilior primum est masculina, deinde castratorum, ac demum fœminina. omnium carniū quædam est adolescens, quædam iuuenis, quædam uetus. adolescens præsertim quadrupedum uel est lactea, uel non. lactea est magis calida, ac humida; sed non lactea perbelle nutrit, ac digeritur. probatur adolescens, deinde iuuenis, & postremò uetus. præterea quædam est quadrupedum, & quedam

A *auium. leuior est, ac siccior auium, & exercitata magis commendatur, quàm otiosa. est porro alia pinguis, alia macra, alia media. pinguis citò digeritur, humidissimum præstat sanguinem, est excrementosa, pauci nutrimenti, uentrem lenit, atque appetitum deturbat. macra autem generat siccum sanguinem, est minus excrementosa, & si digeritur, magis nutrit. media quidem bonum procreat sanguinem, & temperatum. salitarum carniū nutrimentum est malum, ac maximè uetustarum. sed de carniibus, ac quo pacto in mensis sint apponendæ abundè in cap. dicetur.*

De carniibus.

De carniibus in generali. Rubrica. 1.

PRIMO dicendum est de ipsis in generali; secundò in speciali discurrendo per omnes species animalium, de quorum carniibus uescitur humanum genus. carniū quædam domestica, quædam syluestres, & tam domesticarum, quàm syluestrium quædam salita, quædam non salita: de domesticis primò agendum. absolutè domestica sunt minus cal. & minus sic. & melius dant nutrimentum, & sunt facilioris digestionis, & per comparisonem ad syluestres sunt temperatæ. uerum Isaac exceptuat capreolinas; nam ipsas maximè laudat. carnes absolutè inter cætera cibaria uehementius nutriunt tertio Almanso. idem Auicē. idem Galen. subdens quando digeruntur; quoniam in quibusdā stomachis non benè digeruntur carnes. & ex omnibus laudabilior est, quæ circa ossa existit, & caro dextræ partis leuior est; sed, quæ est sinistra; est melior. & subdiuiditur caro domestica; nam quædam masculina, quædam fœminina, quædam castratorum. masculina cæteris paribus calidior, minus humida, laudabilior, facilioris digestionis; ipsa nanque plus humanæ appropinquat complexioni: fœminina uerò minoris est caliditatis naturalis, & minoris humiditatis naturalis; licet sit accidentalis, & indigestæ humiditatis magis abundans; propter quòd indigestibilior redditur. castrata masculina inter has media existit; nam ex parte castraturæ fœminæ magis uidetur vicina; sed propter calorem, & complexionem suam naturalem magis masculinæ appropinquat. quare redditur temperatior, & dicitur masculina; quia etiam animalia fœminina castrantur, ut sues, canes, gallinæ. & debent hæc omnia intelligi facta comparisone semper in his, quæ sunt eiusdem speciei. ex quibus infertur, quòd caro bouis castrati melior est non castrati. infertur secundò, quòd caro caponum iuuenum est melior, quàm gallinarum iuuenum, aut gallorum iuuenum semper cæteris paribus. infertur tertio, quòd febrientibus competunt magis gallinæ iuuenes castrate. nec miretur quisquam de castratura gallinarum, nam de eis habeo in domo, & sine dubio caro earum est albior, & mollior, & frangibilior, & statim, cum sunt decoctæ, sunt teneræ, & esui delectabilissimæ remque istam, ut expertam scribo. item amplius caro domestica recipit diuisionem; quia adolescens, iuuenis, & decrepita. adolescens, & præcipuè quadrupeda, aut est lactea, aut non lactea. lactea calidior est, & humidior aliis paribus, sed non lactea minoris est humiditatis, & est in uia nutrimenti conuenientior, & digestionis uelocioris. prima enim est natiuitati suæ magis propinqua, in qua sanguis magis dominatur: secunda uerò plus à natiuitate distat; & propter hanc causam est siccior, & calidior. sed diceret aliquis; caro lactea plus à uulgo, & gulosis laudatur, &c. pro isto dicendum, quòd dictum est de carne lactea, sic est intelligendum, quòd caro, quæ est media inter lacteam propinquam natiuitati, & iuuenum, quæ est remota à natiuitate, est cæteris melior absolutè, & talis est media per participationem; & hanc uulgo lacteam appellat, sed medici ipsam non lacteam dicunt, intelligentes solum lacteā, quæ est propinqua partui, uel natiuitati. uulgo uerò omne animal uiuens ex lacte solo non comedens herbam, uel fœnum, siue sit propinquum partui, siue iuuenis, uel remotum, lacteam appellant. decrepita omni deterior; ut decrepita inter ætates frigid. & sic. & insipida melancholicum

Caro probatissima quæ.

Gallinæ castrate.

Practica. S. F 2 præstans

præstans sanguinem. adhæreamus illi mediæ per participati-
onem, quæ est adolescens. vnde tertio alimentorum om-
nis caro crescens est melior prouecta, & antiqua. subdivi-
ditur adhuc; quia alia est auium, alia quadrupedum. abso-
lutè auium calidior est, & siccior, & leuior; vt infra dice-
tur. item alia exercitatur; alia non. Galen, de subtiliatiua
diæta, animalia exercitata non exercitatis sunt meliora, &
quæ siccioribus cibis vtuntur eis, quæ humidioribus. etiam
diuiditur in pinguem, macram, & mediam, pinguis velo-
cius digeritur; generat sanguinem humidissimum, multam
faciens superfluitatem, pauci nutrimenti, & ventrem le-
nit, & multum pinguis appetitum deiicit. macra sine pin-
guedine generatiua est sanguinis sicci, paucas faciens su-
perfluitates; maioris tamen est nutrimenti, cum digeritur.
media vero temperatū generat sanguinem, & bonum, ter-
tio Almanf, ex quibus patet, quid dicendum de syluestribus;
sunt enim calidiores, sicciores, indigestibiliores, & illau-
dabile præstant nutrimentū. Isaac tamen; vt supra maximè
capreolinas cōmendauit, de quibus infra suo loco dicen-
dum. de salitis dicendum, quæ meliores sunt alijs paribus, quæ
sunt de propinquo salitæ. sed vniuersaliter s̄m auctores ea-
rum nutrimentum est malum, & præcipue vetustarū, & ef-
ficijuntur calidiores, & sicciores.

De auibus, & primò de gallis, & gallinis. Rub. 2.

DE gallinis domesticis, pullis, caponibus, gallis & gal-
linis syluestribus, cum dictum sit de carne, vel carnibus in
vniuersali; non curo, cum medicina non sit subiecta grā-
maticæ. consequenter agendum de eis in speciali, inquit
faciens à gallinis, & sequacibus nobis magis familiaribus,
& communibus magis, & consequenter de omnibus au-
ibus inusualibus.

Gallarum. Rubrica. 3.

CARO gallinarum iuuenum est cali. & hu. licet parum.
vnde Gale. dicit, quòd est temperata; quia nec conuertibi-
lis ad choleram, nec ad phlegma. verum ipsa pulchrū efficit
colorem; & ideò mulieres eam diligunt. decrepitarum
verò caro frigi. & sic. ad digerendum dura; sic & caponū,
& gallorum decrepitorum. audi gulositatem Auic. tertia
primi de regimine eius, quòd comeditur, & bibitur. ex
gallinis, quæ assantur meliores sunt, quæ in ventre agni, aut
hocdi assantur; earum enim humiditates conseruantur.

Pullorum. Rubrica. 4.

PULLORVM caro est temperata ad humiditatem de-
clinans respectu complexionis humanæ. sunt facilis dige-
stionis, sanguinem laudabilem generant, appetitum con-
fortant, omnibus complexionibus ferè conuenientes. &
ex eis sunt meliores, qui sunt in temperata pinguedine ini-
tiantes cantare, qui nondum coire incœperunt. eorum ius
humores æquat, & ventrem soluit Auic. in secundo sexta-
decima tertij in cura cholericæ inter lenitiua ventris frigi-
da, & plus quàm ius gallinarum, & gallinarum ius est ma-
gis nutritium.

Pullæ. Rubrica. 5.

PULLARVM verò caro minus cal. est magis hu. non
sic sanis conuenit; sed discrasitatis quibusdam plus. sed earū
iuuenum, quæ nondum oua pariunt, caro mediocriter pin-
guis bona, & temperata. Auic.

Galli. Capones. Rub. 6.

CARO verò gallorum iuuenum castratorum, vel capo-
num in temperata pinguedine in cāpis altis habitantiū est
oibus alijs melior; vt in substātia, & qualitatibus, & ex cō-
sequenti nutribilior. quare in via sanitatis oibus p̄ferenda.
Isaac, Ioānes Mes. qui addit, quæ sunt meliores, & leuiores.

Syluestres gallinæ. Rubrica. 7.

DE syluestribus verò, quæ dicuntur gallinæ desertæ,
scito, quæ appropinquant complexionem perdicis, & est mul-
tū sicca; & ideò est multū constrictiua.

Columbi. Rubrica. 8.

CARO columbarum iuuenum ca. est vsque ad secundū,
& hu. plus generat sanguinem de facili inflammabilē; pro-
pter quæ febricitantibus & calidis naturaliter nō conuenit.
veterum verò ca. est siccior, grossæ substantiæ, & mali nu-
trimenti, & ex iuuenibus meliores, qui incipiunt sibi nu-
trimentū acquirere, proximi inceptiōni sui primi volatus,

E & affati nocent cerebro, & oculis, & sanguis eorū est velo-
cis corruptionis, & generant ægritudines sanguineas. re-
mouetur eorum nocumentū cum aceto, & coriandro, quā-
do cum eis præparantur, & tu considera.

Anas. Rubrica. 9.

CARO anatis est calidior omnium auium domesticarū
carne, & Aui. & eam graduat in secundo; quòd debet in-
telligi, in fine secundi; dicit enim, quòd calefacit infrigida-
tum, & calefactū facit possidere se. est grauis digestionis,
& generat plures superfluitates, & fastidium plurimū, dat
nutrimentum; non tñ plus nutrit, quàm gallina. eligantur
iuuenes. iuuantur, si ante earum interfectionē insufflētur,
& assentur, & inungantur cum oleo, & condiantur cum bo-
nis speciebus; vt cum zinz, rusticorum, & scito, quòd inter
aues lacunales sunt humidiores. Hippo.

Anseres. Rubrica. 10.

ANSERVM caro ca. multū, & minus ea, quæ anatū;
sed humidior est inter carnes domesticarum auium. est
grossæ substantiæ, tardæ, & difficilis digestionis, & propter
humiditatem earū superfluam sunt se. generatiuæ. mitiga-
tur nocumentum earum; vt de anatibus dictum est, & eli-
gantur iuuenes.

Grus. Rubrica. 11.

GRVIS caro à Theodosio ponitur frig. Ioannes verò
eam ca. ponit: existimo ipsam plus ad frigidum declinare;
est enim grossæ substantiæ, dura ad digerendum, & mali
sanguinis generatiua. vnde in summa eam existimo frigi-
dam, & siccam; plus tñ siccam, quàm frigidam. eligantur iu-
uenes, & cum falcone captæ, & similibus. remouetur earū
nocumentum; si stabunt ante earum decoctionem suspen-
sæ cum lapillis; vt statim de pauone dicitur, & si fuerint
cum bonis speciebus conditæ, & post earum comestionem
vinum bonum odoriferum.

Pauones. Rubrica. 12.

PAVONVM carnes ca. sunt & hu. circa secundum. eli-
gantur iuuenes. sunt difficilis digestionis, & multi sangui-
nis generatiuæ, & magis, qui ex eis antiqui sunt. sunt mul-
tū odoriferæ. remouetur de eorū nocumento multū; si
suspendantur per collum, & ad pedes eorum ligentur lapi-
des, & sic teneantur per vnā diem, & noctem, aut per duas.
& quidam tenent eos suspensos sine pondere. x. dies. est ci-
bus malus eis, qui vtuntur quiete; & bonus, qui utuntur
exercitio. præparentur, vt de grue; & post ipsorum come-
stionem bibatur vinum bonum.

Perdices. Francolini. Rub. 13.

CARO de perdice, & francolina apud nobiles precio-
sæ sunt, & est temperata in actiuis declinans ad quandā sic-
eligantur iuuenes, & pingues; vt pernicones completi,
& facti magni; nam, quæ est antiqua, durioris est digesti-
onis, & non multū boni nutrimenti. iuuenis verò multum
nutrit. in omni modo suæ præparationis est bona. & tā assa,
quàm elixa proprietatē habet constringendi, & multi asse-
runt eum cibum cardinalium. credo francolinū non multū
à perdice distare; visi sunt mihi eiusedē saporis, & quasi odo-
ris; leuiores tamen, calidiores, & sic. perdicibus sunt: nam
magis syluestres, & in locis altis, & montibus degunt; &
cariores sunt nobis, & rariores.

Fasianus. Rubrica. 14.

CARO fasianus est temperata, sana, multum nutritiua.
eligatur iuuenis. pinguis est maximè conueniens conuale-
scentibus, & extenuatis multum confert. nocumentum fa-
cit his, qui forti exercitio vtuntur; vt sunt portatores, &
hmōi. audi de his tribus Baldach. starnæ, fasianus, perdices
sunt in natura propinqui, & s̄m ordinē se habent in tempe-
rantia, & subtilitate: nam starnæ principaliter, fasianus
consequenter, vltimò perdices propter desiccationem ip-
sorum. & hi sunt cibi, quibus non debent vti sani; vt su-
perueniente ægritudine aliquid vltra consuetudinem co-
medant.

Cortunix. Rubrica. 15.

CARO cortunicis etiā ponitur temperata; licet Rufus
eam ca. pronuntiauerit. eligatur iuuenis, pinguis. est ge-
neratiua boni sanguinis, & pauca superfluitatis, est cōua-
lescentibus debilibus, & sanis multum conueniens.

Turtures

Handwritten note: c. 14. v. 10. d.

Turtures.

Rub. 16.

TURTURVM carnes cal. sunt vsq; ad secundum, & sic. licet habeant humiditatem quandam superfluam, & indigeant. eligantur iuuenes, & pingues. Gal. dant bonum nutrimentum; sed antiquæ grossum, difficilis digestionis, & sanguinis melancholici generatiuæ. quare, cum pertranseunt annum; non comedantur. non debet comedi prima die interfectionis suæ. unde Galen. de diæta subtilissima. per dicitur autem, & turtur neque summè duras carnes habent, neque digestibiles, neq; cacochymas; sed duriores earum una die custoditis mortuis transcendunt faciliter, & sunt fragiles, & inculpabiles omnino, & quia benignum exhibent corpori nutrimentum, & viscosum, & in medio grossitie, & subtilitatis existunt; puto sanis cibum conuenire. acunt ingenium à proprietate Auer. 7. & Auic. quartadecima tertij de curâ malæ complexionis hepatis. & ex carnibus piscium paruorum decoctorum restringit. i. cum aceto, oleo, & sale, aut cum aceto, & almufes, & congelant frigida, & carnibus subtilibus. s. carnibus hœdi, & auium leuis digestionis; sicut est caro perdicis, & turturum nō superfluè pinguium cum pomis præparantur. nota contrarios, qui tantū detestantur carnes turturum: uerum pinguedo mediocris multum præparat ad facilitatem digestionis.

Qualea.

Rub. 17.

CARO de qualeis cali. in fine primi, & uerius, ut puto vsq; ad secundum, & multæ humiditatis; & ideò citò corrumpuntur, ut patet, tam temperatis, quam distemperatis inconueniens cibus, difficilis digestionis, & præparat corpora ad feb. & auget eas.

Turdi.

Merulæ.

Rub. 18.

TURDORVM, & merularum carnes sunt cali. & sic. in fine primi vsque ad primum secundi. ita dixit Iesus, eligantur pingues, & capti cum laqueo, siue retibus, Baldach, quibusdam placuit, quòd meliores sint, qui cum aue capiuntur. sunt difficilis digestionis. remouetur nocumentum, si brodijs humidis decoquantur. & meruli sunt turdis meliores, grauis odoris, & quidam eos odiunt; quoniam comedunt vermēs, & locustas.

Passeres.

Rub. 19.

CARO de passeribus cali. usque ad tertium, & sic. quasi in eodem, duræ digestionis, inconueniens cibus corporibus temperatis, de quibus Aui. Omnes passeres malæ sunt, commouent luxuriam.

Aues parua.

Rub. 20.

AVIVM paruorum aliarum carnes declinant ad caliditatem, & sic. sed plus ad siccitatem. eligantur pingues. est caro laudabilis, multum laudabile præstat nutrimentum. facile digeruntur, & conualescentibus sana.

Laudula.

Rub. 21.

CARNES laudulæ ca. & sic. complexionis existunt; sed est caro magis sicca, & existimo ipsam peruenire ad secundum gra. in ca. & sic. ad finem eius. unde Gale. de ipsa dixit, quæ uentrem stringit, & brodium eius uentrè laxat. eligantur iuuenes, pingues. difficilis sunt digestionis, & ad adducendum idem est ad id, quod dixit Gal. de minutis auibus, quæ quāto maiori participant rubedine, & nigredine, tanto melior est earum caro, & sanguini melancholico propinquior. cuius signum est, quòd illi, qui multum utuntur eis, sūt meliores, & graues in moribus. & quidam recitat se hoc uidisse in experientia in aquis degentibus.

Aquaticæ aues.

Rub. 22.

DE AVIBVS in aquis degentibus caro earum est mala, & quæ est deterioris odoris, est deterior, & multarum superfluitatum generatiua. earum complexionem non inuenio, nec in particulari de eis; sed existimandum est ipsas calidæ, & sicca complexionis existere; ut de anatibus dictum est; nam siccior. uidentur esse anatibus; ut supra de anatibus auctoritate Hipp.

De quadrupedibus.

Hædus.

Rub. 23.

DE animalium quadrupedum carne, & primo de carnibus hœdinis, de domino capreto exordiar; cū multū ac plurimū inter ceteras carnes comedatur. & itaq; detēperata caro nullā habēs malitiæ admistionē. Rasis. eligat lactās, & partui nō multū propinquus, & rubeorū ad nigredinē tēdē

A tiū, & pinguium, nā macri multū recedunt ab eorū bonitate, & decocta, & infrigidata est melior, ac sapidior. sanguinis boni est generatiua, de qua Auer. 5. col. melior caro ex ambulatibus est caro hœdi, ipsa. n. in qualitatibus, & substantia est temperata. ex quo inferitur, quòd rusticis, & multum laborantibus est inconueniens, cum eis non præbeat nutrimentum; sed in fimum à fortibus eorū stomachis, & cibis grossæ substantiæ consuetis resoluitur. est ergo delicatiorum proprius cibus; est enim facilis digestionis, & elixa est melior assata; immo quidam ponunt assatam nocere stomacho. Baldach. scito tamē, quod cum caprina caro naturaliter sicca sit; tēperatior uidet esse ea, quæ hœdæ, quæ hœdi cū in sui natura à siccitate sit remotior. & hanc sententiam præsertim laudauit Isaac. hircorum uerò, caprarū, & præcipuè fenum caro pessima est, sanguinem malum, & melancholicum generat, & difficilis digestionis est; quare omnino remouenda est, nullo modo permittenda.

De carne ouina, & agnorum.

Rub. 24.

DE CARNIBVS in specie ouina reperiuntur agnus ouis, aries castratus. agni lactantis caro humidissima est, & ut existimo, cali. in primo, & licet gustui sit delectabilis, tamen multi phlegmatis, & viscosi est generatiua. estq; indigestibilis, & sua lubricitate citò de stomacho descendit indigesta præcipuè in habentibus stomachum humidum. unde Isaac dicit, quòd Gale. vituperauit agnos lactantes, & oues, nisi comedens sicca fuerit complexionis. non lactantis uerò caro minus humida, minus viscosa, minusq; mala. unde Auer. auctoritate Rasis ipsam in bonitate ponit apud carnem hœdulorum. ouium caro, & præcipuè decrepitarū est superflua, & mala, mali humoris generatiua. & dixit decrepita; quia iuuenis bidens laudatur à Galen. Isaac. & hæc uidetur sententia Auic. in superficie uerborum secundo cano. cap. de carne in principio. est calida, & humida nimis ita, ut ad siccitatem tendat. arietum uerò caro mala tam iuuenem, quam decrepitorum, arietina decrepita minus mala, calida tamen & humi. complexionis existit, & ut existimo, in primo.

Castrati.

Rub. 25.

CASTRATORVM carnes, & maximè annuales, pingues, mediocris pinguedinis, quæ sic eligi debent. in omnibus qualitatibus temperatæ ponuntur complexionis à quibusdam; uerum Ioannitius ipsas ponit calidas, & humidas in primo: quæ sententia magis à modernis commendatur. sunt enim conuenientes omni ætati, regioni & c. & in omni tempore, & præcipuè secundum primam sententiam. eligantur, ut dictum est, annuales, conuenienter pingues, qui nutriti sint in bono aere, in locis altis, ubi depasti sint herbas bonas, odoriferas: nam Auerrois post hœdinas laudat has, & dicit, quòd hæc est opinio maioris partis medicorum præter Galen, qui abominatur carnes arietum, & uidetur sibi, quòd caro vitulorum sit melioris nutrimenti arietina.

De bouina.

Vitulus.

Rub. 26.

DE CARNE in specie bouina reperiuntur vitulus, bos, & vacca. vitulus temperatæ complexionis existit, & si declinat; ad calid. & humid. declinat. eligatur aliquantulum à partu remotus; ut duorum mensum, vel circa, & sit pinguis, & facilis digestionis, & bonum generat sanguinem, bonumque nutrimentum. unde Auerrois quinto col. Carnes vitulinæ sunt bonæ carnes; propterea quia non habent illam viscositatem, frigiditatem, & siccitatem, quam habent bouinæ ueteres, & sunt magis odorifera aliis carnibus, & quantum est, in hoc sunt meliores hœdinis; quia in hœdinis manifestatur quædam mucilago, quādo decoquuntur; sed hœdinæ sunt meliores; quia generant meliores humores, & scito, quòd sunt minus nauseatiuæ carnibus gallinarum & multarum aliarū; propter quæ omnia ego audax sum in dando eas infirmis, non lactantis uerò caro est minus humida; est tamen facilis digestionis, bonum generans chylum. vitulæ uerò aliis paribus caro est in qualitatibus actiuis temperamento magis propingua; ad humidū uerò magis declinat, ad quod sexus eam trahit. & ut existimo, meliores vituli carne. Bouis iuuenis carnes, & secundum uulgarem nostrum, manzinæ dictæ à vitulis distant in qualitate

rate passiva ita, ut sicca ponantur & cal. licet in caliditate non sint æquales; tamen parum distant. unde de eis eadem uertitur quæstio, quæ est de calore iuuenis, & pueri prima primi capitulo de complexionibus ætatum. sunt non multum facili digestio, & si bonum dant nutrimentum; ad melancholicum tendunt. sunt enim carnes robustis corporibus, & multum se exercitantibus conuenientes, & delicatis etiam; sed consuetis & fortis hystimbre permaximè; cū steterunt mortuæ diebus duobus ad minus præcipue tempore frigido. de uacca iuuenis dicendum est per frigidum, & humidum à vitulis recedere: unde Auic. dicit carnem uaccæ esse sicciorem carne caprina; quod maximè de antiqua intelligendum puto. de uacca antiqua, & boue antiquo dicendum carnes eorum ad frigidum, & siccum declinare, & ratione sexus uaccinas esse frigidiores, & bouinas esse sicciore. malum & melancholicum generant sanguinem. unde Gal. si comedentes fuerint sicca cõplexionis, de facili à melancholicis ægritudinibus capiuntur: caueant ergo.

De porcis. Rub. 27.

SUNT PORCI domestici, & syluestres: tam domesticorum, quàm syluestrium quidam sunt adolescentes, quidam iuuenes, quidam senes, uel decrepiti. absolute carnes porcinæ calidæ & humidæ sunt; licet antiqui, & decrepiti ex eis recedant per frigidum, & siccum, hoc est; per minus humidum. & ut existimo, sunt calid. in primo, & humi. in primo usque ad secundum secundum ætates, & dicitur: nam lactans qui intelligitur talis usque ad vij. hebdomadas, uel circa, est cæteris humidior, & usque ad secundum, in malos humores & putrescibiles conuertitur propter suam superfluum humiditatem. & ideo à Christianis inductum est consimiles porcos affatos in furno preparari; ut exicentur à superflua humiditate: habentibus tamen fortem stomachum, & sicca complexionis conuenire poterunt eò, quod plurimū habent nutrimentum. non lactans uero. vi. uel. vij. mensium lactante melior, & minus humi. etiam propter castrationem in caliditate remittitur, laudabilem sanguinem generat; licet viscosum, & plurimum dat nutrimentum. eligatur iuuenis unius anni, uel circa; cæteris enim melior existit, est multum nutritiua: unde septimo therapeu. Nutribilissimū uero omnium, quæ nouimus, est caro porcina, & de subtilissima diætâ. nutribilissimæ sunt omnium ciborum; licet in seipsis quid viscosum habeant. sunt difficilis digestio; faciliore tamen sunt syluestres alijs paribus: unde Auicenna. Christiani uero dicunt. & qui eos imitantur, quod melior caro syluestris est caro porci syluestris; nam cum hoc, quod est leuior carne domestici, & fortis nutrimenti plurimi, & uelocis digestio, & est melior, quàm esse potest in hyeme; conueniunt maximè stomachis fortibus, & pueris, qui sunt fortis hystimbre; cum plurimo egeant nutrimento. decrepitorum uero carnes duræ, lignæ, & humoris melancholici generatiuæ: & dubitatur ne ex earum usu febr. quartanæ generentur, Isaac.

Capreolus. Rub. 28.

CARO capreolina ponitur temperatæ cõplexionis cõmuniter in substantia, & qualitatibus suis; credo tamen ipsam ad siccū declinare. eligatur iuuenis, & capreoli decrepiti: ut cæterorum non laudatur; melancholicum præbet nutrimentum. facile digeritur. unde Isaac auctoritate Hipp. Caro capreolina inter cæteras carnes syluestres proprietatem habet, quod ipsa est saporosior, & nutribilior; uidetur tñ aliqua repugnatiã in dictis hic, & antè de porco. sed credo dicendum, quod caro porcina plus nutrit in quanto; sed capreoli nutribilior; quia facilius apta cæteris syluestribus quadrupedibus in nutrimentum conuertitur: & tu considera.

Lepus. Rub. 29.

CARO leporina est melancholiciæ magis generatiua alijs. Rasis. Auic. autem eam pronuntiauit calidam & sic. Iesus idem. unde ponuntur à quibusdam cali. & sic. ac secundum Baldach. eligantur iuuenes, & adolescentes, & captæ per uenatores. præstant iuuamētum his, qui sunt superati à pinguedine. non sunt difficilis digestio, & licet saporosiores sint affatæ; saniores tamen sunt elix. inducunt uigilias, stringunt uentrem; & ideo dysentericis conferunt, urinam prouocant; ideo patientibus stranguriam ualent. remouetur

nocumentum; si cum bonis speciebus condiantur: aliter in sanis, aliter in ægris moderandum est: & tu considera.

Ceruus. Rub. 30.

CARO cerui est dura, difficilis digestio, melancholici sanguinis generatiua. lupi, & uulpis, quæ quasi in uirtute & complexione carni leporinæ assimilatur, & caninæ. Gale. de subtilissima diætâ. Equina asinina hominibus asininis danda est.

Tassus. Ericius. Rub. 31.

DE TASSO credo dicendum, quod satis complexionis porci similatur; sed humidior existit. & de ericio quasi idem de quibus non multum curauit, cum ad usum humanum non ueniant; licet quibusdam in ægritudinibus conueniant, de quibus adhuc postea dicitur.

De partibus animalium. Cerebrum & medulla. Rub. 32.

DE PARTIBVS animalium, de quibus supra tam interioribus, quàm exterioribus, & in eodem capitulo annotabo, quædam curiosa, & utilia pro his, qui incidendo nobilibus in mensa seruiunt. sed prius de membris dicendum initium faciens de cerebro, & medulla, & huiusmodi. dicitur de cerebro. ut est cibus, & non membrum. est si i. & hu. complexio ita, ut quidam eum trahant ad secundum. eligantur membra uolatilium, & propriè montanorum. & ex qua drupedibus cerebrū arietis, hoedi, & uituli. est nauseatiuū, delet appetitum, est tardæ digestio, & in summa nocet stomacho. remouetur nocumentum; si bonis condiantur speciebus, & propriè stomachalibus. & origanum, piper, aut sal est condimentum eius, & debet comedi ante omnem cibum: sed, quando benè digeritur; notabile dat corpori nutrimentum, Gale. Cerebrum autem leporinum est optima medicina, ut dentes infantes leuiter emittant fricando gingiuas; licet lac canis præualeat. & quoniam ipsum est sicut medulla capitis. Conciliator; consequenter dicendum de medulla. est enim quasi temperata: unde Rasis inter caliditatem, & frigiditatem temperamento uicina existit. eligatur, quæ in ossibus existit, & vitulina cæteris nobilior: quæ uero est in spinali, sic se habet, ut quæ est cerebro propinqua dicta nuca, est cerebro similis. quæ uero in extremitate spinæ magis sicca: media uero medio modo. de ea dixit Gal. tertio alimentorum, quod, si benè digeratur, alimentum dat corpori non paucum. est stomachi conturbatiua, & appetitum delet, ut Auic. remouetur nocumentum; si cū pipere, & speciebus, aut sale comedatur. in me expertus sum, & in alijs pluribus, si ex ea modicum comedatur calida, & cum sale; confortat stomachum, & prouocat appetitum: unde credo dictum Auic. intelligi debere, si sola, & in quantitate comedatur.

Oculi, nerui, & aures. Rub. 33.

DE OCULIS dicendum, ut de cerebro: nam aliter cõplexionatur membrum, ut est membrum, & aliter, ut est cibus. oculi enim sunt compositi ex humoribus, tunicis, & pinguedine. unde oculi pingues de animali pingui ponuntur fri. & humi. & existimo in primo. macri uero, & sicci ex animali sicco, & macro sunt fri. & sicci. Isaac, sunt tamen graues ad digerendum, & viscosum dant nutrimentum; & hoc propter pinguedinem eis admistam: ad quod concurrunt muscoli, ex quibus componuntur. remouetur eorum nocumentum; si cum aceto, pipere, zinzib. & similibus comedantur. nerui eiusdem sunt complexionis, duræ digestio, parum dant nutrimentum, & viscosum. sed auribus extremitates sunt incidendæ.

Guttur. Rub. 34.

DE GUTTURE dicendum, quod est cartilagosum fri. & sic. de labijs quasi idem, quod naribus, & auribus, sunt tamen naribus meliora. & credo; quod, ut sunt partes uiuentis corporis; sunt complexionis cal. cum sint carneâ multū, ut infra tractatu sexto cap. viij.

Lingua. Rub. 35.

ET SI LINGVA componitur ex uenis, neruis, & laceris; tamen eius caro est laxa, humida ita, quod eius nutrimentum est humidum, Aui. dixit tamen Isaac, quod eius nutrimentum est medium inter durum, & molle; quod, si comedatur cum lacte, uel lacerto sibi iuncto; laudabilior, & digestio magis conueniens. linguarum carnes sunt temperatæ,

peratæ, quarum nutrimentum est mediocre in quantitate. uerba sunt Rufi, & Ioannis. existimo ipsam calidam, & humidam; plus tamen humidam, & digestionem sit aliquantulum grauis: nam, cum decocta est; duræ, & satis solidæ substantiæ est; & cum hoc ex neruis, uenis, componitur &c. quæ sunt digestionem grauiora.

Alæ. Rubrica. 36.

ALÆ auium bonarum, & præcipue completarum sunt laudabiliores; ut sunt gallinarum, caponum, perdicum, fasanorum, & melius dant nutrimentum, & est temperatius alimento aliarum partium. graduantur autem secundum gradum animalium. mirè conualescentibus profunt; quia debilis sunt caliditatis præcipue gallinarum, & uelocis digestionem. dicendum est completarum; quia pullorū coxæ sunt alis meliores; cum nondum eorum alæ fuerunt exercitio expositæ; unde quæto ala magis exercitatur alijs paribus, melior existit; & alæ paruorum auium, & pinguium sunt meliores.

Collum. Rubrica. 37.

COLLA autem sunt duræ digestionem, & quanto aues plus procedunt in ætate tanto duriora, & tardiora ad digerendum; sapida tamen sunt.

Vbera. Rubrica. 38.

VBÈRVM carnes sunt similes carnibus glandosis, & complexio earum est humidum, & declinans ad frigiditatem, sunt boni saporis, & dulcis, & ex eis generatur sanguis bonus, & multum nutriunt; licet tardè digerantur. eligantur de animalibus iuuenibus, & temperatis, & mamillarum, in quibus est lac, nutrimentum est grossius.

Pulmo. Rubrica. 39.

PVLMO ut cibus est frigidum, & humidum complexio nis: quæ sit humidæ conueniunt auctores. quæ autem sit frigida; discordant. nam Ioannes, & Rufus enuntiauerunt ipsum calidum: Rasis ipsum frigidum posuit. Auicenna dixit ipsum præbere nutrimentum phlegmaticum. idem Isaac. unde credo ipsum ponendum frigidum esse; ut placuit Rasi. de eius complexione apud auctores medicina multum deprimuntur; specialiter supra prima primi cap. de complexionibus membrorum, & est quæstio de eo, ut membrum est. & ex illis dictis potest trahi sententia hic posita; si bene considerentur. unde credo ipsum poni debere frigidum, & humidum in primo. eligantur ex animalibus iuuenibus temperatis, aut temperamento uicinis, & etiam calidis pinguibus, aut arietis iuuenis pinguis, uituli, porci domestici, hœdi &c. est facilis digestionem, & citò de stomacho descendit propter raritatem, & leuitatem suæ substantiæ; sed cæterorum membrorum comparatione minus nutrit. unde pinguedine grauati comedant &c. confert, & phlegmatis dat nutrimentum, ut supra, & uentrem stringit. pulmo uulpis phthificis mirabiliter confert.

Cor. Rubrica. 40.

COR graduari potest dupliciter, ut membrum, & ut cibus. ut membrum; quia consideratum est sic formaliter secundum modum loquendi Thadei calidum est, & siccum. ut cibus hoc est materialiter, & secundum materiam; & partes componentes &c. frigida est & sicca. inuenio tamè Ioannem, & Rufum ponere ipsum calidum, & humidum, quod credo intelligi debere de ipso, quantum ad effectum; quia productiuum est spiritus, qui calidis & humidis complexio nis existit; tamen glossæ non debent placere, quæ de ipso pertractant. ut cibus est, graduari debet frigidum, & sicca complexio nis; cum sit arteriosum, neruosum satis; quæ omnia frigida sunt, & pauca carnis. eligatur ex iuuenibus animalibus, & pinguibus. difficilis est digestionem, & parum nutrit; tamen, si bene digeritur; satis de nutrimento præbet, Gal. si accipiatur cum sale pipere, cimino. remouetur nocumentum eis; si post eius comestione accipiatur conditum.

Stomachus. Rubrica. 41.

STOMACHI complexio frigida, & sicca ponitur præcipue quantum ad tunicam interiorem; nam exterior plus carni similatur. duræ est digestionem, & pauci nutrimenti.

Hepar. Rubrica. 42.

HEPAR calidum est & humidum usque ad secundum, & ut credo, calidius est, quod est ex animali calidiori, membra autem

A animalium assimilantur animalibus, quorum sunt membra, eligatur hepar anserum, anatum pinguium, deinde gallinarum pinguium, deinde porcorum, deinde animalium lactantium. est difficilis digestionem, grossum præbens sanguinem. remouetur nocumentum; si decoquitur in oleo cum sale superposito. quod, si tunc digeretur; laudabilem sanguinem dabit. hepar capræ non uidentibus de nocte mirè confert.

Splen. Rubrica. 43.

SPLENIS complexio ponitur calidum, & sic usque ad secundum. ego uero idem, quod de corde credo: nam est multum arteriosum. item conueniunt omnes, quod difficilis sit, & tardæ digestionem, & quod sanguinem generet melancholicum; quæ uidentur in eo arguere magis dominium terræ. eligantur de animalibus pinguibus, & humidis, & teneribus permaximè splen porci; quia hoc est melius.

Renes. Rubrica. 44.

RENES sunt in complexione calidum, & sic licet Auicenna dicat, quæ sint æquales ad siccitatem tendentes. eligantur renes hœdi lactatis. difficilis sunt digestionem, mali saporis, & parui nutrimenti, & humor ex eis genitus malus. remouetur eorum nocumentum; si cum sale, & aceto præparentur.

Testiculi. Rubrica. 45.

TESTICVLORVM complexio calidum est & humidum usque ad secundum. eligantur ex gallis pinguibus, & maxime qui nondum coierunt; nam isti optimi sunt, & facilis digestionem, & bonum dant nutrimentum. cæterorum uero difficilis digestionem, & maxime, qui sunt de animalibus magnis, nec in eis est bonitas, sicut in carne mamillarum.

Intestina. Rubrica. 46.

INTESTINA frigida sunt & sicca in secundo. eligantur ex animali pingui. pingua sunt difficilis digestionem, & grossum dant nutrimentum, & paucum, & malum. relinquenda sunt gulosis, qui cum eis, & uino dulci solatiantur.

Pedes. Rubrica. 47.

PÈDES temperati sunt in caliditate. eligantur anteriores, & ex eis meliores sunt agnorum. sunt difficilis digestionem non multum; tamen generant humorem uiscosum, non grossum, & laudabilem. remouetur eorum nocumentum; si decoquantur usque ad dissolutionem, & præparentur cum aceto, & croco. nota tamen secundum Rasis anteriora leuiora, & calidiora alijs paribus.

Cauda. Rubrica. 48.

CAUDA cap. complexionis est satis conuenientis nutrimenti propter sui motum continuum; fastidium tamen facit, si de ea multum assumitur, & est stomacho nocens. Rasis. et choleram rubeam generat.

Cutis. Rubrica. 49.

CUTIS frigidum est, & sic in secundo; tamen generat sanguinem, in quo multa est uiscositas: & ideo oppilationem facit. remouetur nocumentum; si cum speciebus, & aceto, & perfecta decoctione coquatur.

Adeps, & pinguedo. Rub. 50.

ADEPS, & pinguedo calidum existunt, & humidum usque ad secundum. eligantur de animali temperato. laxant stomachum, & nauseam inducunt, & pinguedo faciliter in choleram conuertitur; sunt tamen utilia ad præparationem carni. si tamen solæ comeduntur; generant phlegma, et oppilationem, et corrumpunt cibum facientes ipsum leuigare. Auicenna. Christiani pinguedine, siue adipe porci ad usum in præparandis ferculis præ cæteris utuntur.

De modo incidendi nobilibus in mensa. Rub. 51.

TAM restat de modo incidendi pro nobilibus pro complemento capituli, ut pollicitus fuit, quædam curiosa annotare pro incidentibus nobilibus. sciunt itaque primò incutores carni coram nobilibus, quæ caro melior, et digestibilior est illa, quæ est circa os. secundò, quæ dextræ partis caro leuior est, ac melior sinistra. tertio, quæ anterior alijs paribus est leuior, et calidior, et semper hæbreos, eligibilior; nam posteriora animalium ex lege sua condemnantur. ex quo infertur, quæ debent incidere dominabus de parte dextera anteriori. Viris autem et congruentius de anteriori, et sinistra; cum sint dominabus calidiores. quartò inchoando ab auibus et secundum ordinem supra positum debent incidere inchoando ab alis gallinarum, caponum, perdicum,

Pingua sunt difficilis digestionem.

favianorum, & huiusmodi incidendo minutim satis. ite ex gal-
linis, si in eis hepata existant; debet antepone scindendo
in duas, uel in tres partes fm quantitatem hepatis. ubi no-
tandum est & pro sequentibus, q̄ curiosus incisor debet sem-
per sic diuidere membra animalis, ut non sit opus, q̄ domi-
nus, uel dñi eius pro incidendo cultello utatur: nã sic facien-
do induit officium serui eius. ex quo infertur, q̄ malè ope-
rantur, qui columbos solum diuidunt in quatuor partes, de
quibus infra, deinde finitis alis procedat ad pulpas, & po-
steriora pectoralia, & ultimò ad coxas, & ad dorsum. de alis
pullorum secus est: nam eligibiliores sunt coxæ, à quibus
inchoandum est; deinde ad alas procedendum, & ultimò
ad pectora, & ad dorsum. de alis aliarum auium dicitur suo
loco. errant, existimo, qui columbos iuuenes, sicut pipio-
nes in seruiendo in mensa in quatuor partes tantummodo
diuidunt: nam sic diuidendo oportet dominũ induere habi-
tum serui, & manus deturpare; cũ sic, nisi diuidantur, mini-
mè honestè comedi possint: quod turpe est. nã ibi est ser-
uus, ut in omnibus seruiat, & dominus manus à gladio om-
nino retrahat. debet ergo demembrari, ut pulli; & coxæ
prius debent scindi minutim, quàm magis curiosè fieri pos-
sit, & præsentari. et de reliquis; ut de pullo. Anatur uerò, &
anserum prius debet pectoralia eleuari, & incidi: nam du-
catur gladius inchoando à furcula pectoris adhærendo ip-
sum osi, quod è in medio pectoris usq; ad coxas, & ex alia
parte inchoandum ab osse alæ usq; ad iam dictũ locum; &
sic extrahetur faciliter tota caro pectus cooperiẽs. deinde
procedatur & ad alas, ultimò ad coxas, & dorsalia, & si in
eis hepata inueniantur; antè ponatur, & incidantur, ut pa-
tet; nã inter omnia hepata sunt meliora. sint enim boli ita
parui, ut domini uel dominæ non fiant diffformes secundum
genas in eorum comestione. ubi pro regula habèda est, q̄
tolerabilius est peccare in paruitate boli, quàm in eius ma-
gnitudine. unde in summa tres habeantur canones genera-
les. primus, q̄ incisor, cui datum est officiu gladij, ita inci-
dat, ut ipsius gladij omnem effectũ penitus faciat; nam ob
hoc datus est gladius. et, si cõtingat in hoc deuiare ita, ut
opus sit dominũ cũ gladio incidere; sequuntur duo incon-
uenientia. primum dominus induit habitum serui: secun-
dum, quod ignominiosum est domicello; nam ex hoc uide-
tur, q̄ non completè satisfecerit. ex quibus sequitur, quod
errant domicelli, qui bolos artoclearum magnos faciunt;
nam cõmensuratos scindere debent, ut patet, secundus,
q̄ bolos domicellus ita cõmensuratos faciat; ut ori sint pro-
portionati. ex quo sequit, q̄ alios bolos dominabus, alios
uiris, alios nobilibus pueris domicellus incidere debet. un-
de uiris maiores, dominabus minores, pueris nobilium me-
dios inter hos. tertius, q̄ domicellus nunquàm debet inci-
dere dominabus bolos osseatos; quia ex eorũ comestione
deformes, & non curiosa uidentur: nam honesta comestio
plus in muliere laudatur. nam, qui honestè comedit, uidef,
ac si esset domina in eius comestione; & econtrà, cũ tur-
pis, & indecora est, in muliere damnatur: hominibus uerò
audacius dandi sunt plus. de grue uerò, & pauone dicendũ
est; ut de anseris; secus tamen est de eorũ hepatibus; nam
illa nõ commèdantur ab auctoribus. de turture uerò dicen-
dum; ut de columbis, & pullis, quantũ ad earũ demembra-
tionem; sed in cæteris debet prius domicellus alas pone-
re, deinde coxas, pectoralia, deinde dorsalia, deinde in plu-
res partes honestas, quæ ab ore honestè tractari possunt;
quod de pullis, & columbis intelligendũ est. Quales etiã
demembrètur, & extrema ossuosa abijciãtur, deinde ex alis
fiant tres boli usq; ad quatuor, & de coxis, ij. uel. iij. pecto-
ralia uerò diuidant, & similiter dorsalia secundũ canones.
Turdj, & meruli sic incidantur, & demembrètur. turdus in
quatuor partes, scilicet in alas duas, & coxas duas, deinde
ducatur gladius per medium, & diuidatur dorsalia à pecto-
ralibus; & sic fiant parui boli, sunt quidam, qui delectantur
in esu stomachorum suorũ; quoniã in eis reperiuntur quan-
doq; iuniperi; sed tamen est periculosum; quoniã turdi
comedunt hyoscyamum, & in quantitate, quæ hominem in-
terficit, ideò &c. et de lauda dicendum; ut de turdis. de
auibus minutis dicendum, quod in quatuor partes tantum
diuidendæ sunt; quoniã ossa sunt ualdè tenera, & cum car-

ne comeduntur. diuidantur in modum crucis ducendo gla-
dium per longum; deinde ex transuerso.

De animalibus quadrupedibus seruando ordinem posi-
tum supra. et sit in omnibus canon primus generalis, quod
semper fiat incisio secundũ transuersum, & nõ secundũ longũ
carnis. secundus, q̄ caro musculosa semper, cũ cætera de-
sunt, ultimò incidantur. de capreto incidatur pectus: item
quod est inter coxas apud renes, & illa, quæ est costis adhæ-
rens. renes uerò capreti, & maximè lactantis super omnes
à medicis laudantur; quare ob suam prærogatiuam incidi
debent, & nobilibus anteponi. item, quia omne membrũ
sibi simile confortat; cum nobiles ocio dediti plus luxuriæ
intendant, quàm laborãtes &c. hinc de ipsis comedere de-
bent, oculi etiam eius ante ponantur. de agno dicendum,
quod de capreto. de ariete uerò dicitur, q̄ pectus lumbi
circa spinam, & caro pectus cooperiens incidi debet. ista
autem, quæ est apud renes eorum minimè, & incidatur sem-
per ex eo caro, quæ sit pinguedini propinqua, & semper de
anteriori iuxta canonem antepositum permaximè de ipso:
nam pars posterior eius est grauioris odoris. de uitulo ue-
rò incidatur pectus, & quæ est coxi annexa, & lumbaris
pars eius, & de parte posteriori, quæ sit pinguedini propin-
qua, siue adhærens. q̄, si uitula fuerit; possunt, & debent ante
poni; sed deinceps reseruabo de mēbris animalis usq; ad fi-
nem. de porco dicendũ, quod incidi debet secundum eius
pectus, & secundũ partes pectori adiacētes; quæ in uulga-
ri nostro dicitur pancia, & lumbi eius, qui dorso adiacēt, &
ex affato partes fœmorales uersus panciam, sicut fit de par-
uo capreto. de leporina coxarum, quæ in medio iacent, &
lumbi per totum, ultimò partes posteriores. de capreolina
quasi idem iudicium. ex quibus patere potest modus se ha-
bendi in scindendo in reliquis omnibus carnibus.

Restat quicquam de partibus animalium dicere, quæ p
domicellos nobilibus debent anteponi. ex cerebris, cere-
brum arietis, hœdi, uituli, præparatio dicta est. ex medulla
ea, quæ uituli, & bouis, & maximè iuuenis. ex oculis, oculi
hœdorũ, & agnorum. ex auribus porcine, & extremitates.
ex linguis agni, hœdi, porci, uituli, bouis, arietis, & similiũ,
quæ in plures partes diuidi debent, & incidi cum musculis
suis; quoniã saporior existit. de collis, collum gallinæ di-
uisum in plures partes, & similiter collum pulli elixi. de
uberibus, ubera uitulæ, ex quibus fit affatum, deinde affa-
tum pro potestate cũ sunt elixa; deinde supra prunas deco-
quantur amplius. de pulmone, pulmo arietis, hœdi, uituli,
& porci; habent enim supra alios prærogatiuam: debet
ergo hoc domicellus nobilibus dare; ut in arte sua uideat
industriofior. ex hepatibus, hepar anatis, deinde anseris
hæc prærogatiuam habent supra alia; deinde gallinarum
pinguium; deinde porcorum. ex splene, splen porci ita
dicat domicellus medicos dicere. de renibus dictum est,
de testibus gallorum pinguium, qui nondum coire incepe-
runt, ex intestinis, intestinum rectum, dictum intestinum
nobile, intestinum monoculum. ex pedibus, anteriores
agnorum, uitulorum &c. ex caudis, cauda arietis, & uitu-
li in partes multas diuisa. ex cutibus, cutis gallinarum, ca-
ponum, anserum, porci, & huiusmodi. adeps uerò, & pin-
guedo solæ reijciantur, aut cum alijs carnibus incidi de-
bent. et de his hæc pauca, quæ plus gratia solatij, & curio-
sitate, quàm necessitatis apposui.

Sed postremò duxi necessarium de certis præparati-
bus carniũ quicquam dicere. de affatura carnis super
prunas scito, quod multum nutrit, & corpus roborat, tar-
dæ tamen digestionis est ita, ut uix tota digeratur. unde
solum fortibus stomachis danda est, nec post eam est alius
assumendus cibus, & post eius assumptionem parum bibē-
dum est, caro autem, quæ cum pinguedine frixa est, est fa-
ciens fastidium, & de stomacho tardè descendit; nutrit ta-
men potenter, & est leuior ea, quæ super prunas affatur. il-
la tamen, quæ cum oleo frigitur, leuior, atque digestibi-
lior est, caro uero, quæ in ueru coquitur, grossa est, & mul-
tum dat nutrimentum, neque benè digeritur; nisi cum sto-
machum inuenerit robustum, atque calidum. in summa est
difficilis digestionis respectu eius, quæ elixatur. elixa aut
alijs paribus faciliore est digestionis, & est aduertendum,
quod

quòd caro multum alteratur ex decoctione eius cum aqua, cum qua, si quid frigidi ponitur; redditur frigida: si calidi; calida, & huiusmodi. pro quo vide Rasis tertio Almanforis capitulum . x. de piscibus verò dicendum iuxta canones positos de carnibus, quòd ita anteponi debent, quòd boli eorum sint commensurati, quod de caseo, lacticijs. quòd, si qui delectarentur incisione piscium; tunc fiant boli minuti; vt spinæ minutæ fiant; ne ex eorum longitudine subsequatur retentio earum in partibus gutturis; vt pluribus iam euenit.

ARGUMENTVM IN CAP. IX.

DE liquoribus, deq; his, quæ in vsum potus veniunt; quales sunt lac, vinum, agrestum, acetum, aqua, nunc est agendum. ex lacte reperitur lac dulce, & acetosum, cuius genera sunt multa. eligamus id, quod nuper est multum: nam citò ab aere alteratur. præstat id, quod mulgetur à medio vere vsque ad finem æstatis. primas obtinet partes humanum, secundas caprinum, tertias ouinum, vltimò vaccinum: ad medicamentorum vsum refertur asininum. faciliter stomacho coagulatur, sed corrigitur cū zucchero, vel passulis. vinum autem est duplex; aliud coctum, aliud non coctum. non coctum varias acquirit partes ab ætate, substantia, virtute, loco, colore, sapore, & odore. nouum est calidum, & siccum in primo gradu, medium in secundo, vetus in tertio. sed quædam sunt pauca virtutis, quædam mediocris, & quædam multa. quæ singula suum obtinent gradum. idem euenit in ætate. verum ex substantia aliud est grossum, quod non facile digeritur: aliud subtile, quod optimum est digestionem: aliud medium, quod medio modo se habet. ex parte loci hoc nascitur in montibus, illud in planitie. ex colore quoddam est album, quoddam nigrum, & quoddam medium. ex parte saporis aliud est dulce, aliud austerum, aliud medium, aliud ponticum. ex odore hoc est odoriferum, istud caret odore, illud habet odorem non gratum. eligatur citrinum odoriferum, quod sit medium inter nouum, & vetus, clarum, ad rubedinem declinans, boni odoris, æqualis saporis, & quod neq; acre, neq; sit dulce. agrestum est frigidum vsque ad secundum, siccumq; in primo. eligatur citrinum declinans ad rubedinem, stipticum, & mordicatum. acetum nouum est frigidius antiquo, subtile minus, quàm grossum, et quod est ex vino potenti est minus frigidum, aqua demiq; describitur frigida, & humida in quarto. eligatur aqua pluuiæ, currens leuis, clara, sapore carens, calida in hyeme, æstateq; frigida, in terra libera, tendens à meridie ad septentrionem, vel ab occidente in orientem, remota à fonte, soli, ventisq; exposita, in alueo neq; omnino petroso, neq; luteo.

De lacte.

Rubrica. I.

CVm autem lac sit per participationem medium inter cibum, & potum; cum de cibo dictum sit, antequàm de potu aliquid dicatur; de ipso prius agendum est. ex lacte reperitur lac dulce naturaliter tale, & lac acetosum artificialiter tale: de quo mentionem facio; cum ad vsum, & commodum infirmorum sæpe veniat. lac dulce diuiditur in humanum, caprinum, vaccinum, asininum: nam hæc ad vsum christianorum veniunt tantum. quare de cæteris supersedeo; vt de equino, camellino &c. de lactis dulcis complexionem inuenio auctores inter se discordes; nam Rasis eum declinare ad frigidum, & humidum dixit; licet eum annuntiauerit sic absolutè temperatum. Isaac verò ipsum ca. & hu. in primo enuntiauit; cum sit naturæ sanguinis valde propinquum; immò est sanguis biscoctus; licet aliqualem alterationem recipiat in mamillis. Gale. verò & Dioscor. Isaac videntur magis applaudere: Auic.

A verò eius complexionem tacuit; licet de caprino dixerit esse temperatum, quòd credo debere intelligi, vt infra. hæc est disputatio mihi ardua, nec inter hos tantos viros præsumo me ad conciliandum interponere. conuenire tamen videntur omnes, quòd sit temperatum; & aliqui, quòd declinet &c. vbi est postponenda discordia. de humano credo dicendum, quòd sit ca. & hu. cum sit complexionem humanæ proportionatissimum: nam conseruatio fit per similia tertio techni, & tertia primi: de quo dicam, quid in foro iulij vidi; & est apud Furlanos consuetum. nam siue fe. adfit, siue nõ; semper cū vident virtute debilitatum etiam in pueris patientibus vermes; exhibent lac muliebre, & bene succedit; nã plures ibi ægrotantes, quibus à me datum fuit lac humanum, optimè conualuerunt. de quo quidem lacte forte intellexerunt auctores; cū enuntiauerunt ipsum ca. & hu. debet etenim lac diuersificari in complexionem fm animalium diuersas complexionem. de caprino verò dicendum, quòd, cū sit ex animali, quod ad frigiditatem declinat; quòd ipsum potest frigidum pronuntiarum. nam quinto therapie. lac vniuersaliter fri. est & hu. & Raf. ad fri. & hu. declinat. quod maximè intelligendum est de lacte, quod cõmuniter est in vsum; cuiusmodi est caprinum, & vaccinum. præterea Auic. Et propter declinationem suam ad frigus aliquod nocet phlegmaticis; & ideo credo pronuntiandum fri. & hu. in primo. & est olim vulgata sententia, quòd fri. sit, & hu. cõplexionis, quæ non sine rationabili causa inducta est. & si obiicitur, quia Auic. dicit, quòd caprinum est temperatum; dicendum, quòd illud debet intelligi, quantum ad temperamentum ex parte substantiæ; quia ibi mentionem facit de grossitie, & subtilitate lactis. & subdit, quòd caprinum est temperatum. post verò facit de lacte mentionem, quantum ad complexionem ita, quòd quæ dixit, intelligenda sunt de compositione. scito tamè, qd aliter complexionatur lac, dum est recenter multum; & aliter, dum stetit multum, siue multum: nam, cū stetit plus; infrigidatur. eligatur humanum ex vbere, aut sicut mulgetur; quod de quolibet alio intelligendum est: nam citò ab aere alteratur, & hoc quia habet partes suas butyrosam, casealem, & aquosam adinuiem non magis commistione connexas; vt vinum, & huiusmodi. scito tamen, qd de aquosa quidam faciunt duas partes, serosam acutam, & aquosam frigidam aquam ita, vt ipsum massæ sanguinæ proportionatum sit. plusquam commentator secundo tech. cautela enim in prohibitionem corruptionis eius est, vt enim mulgetur lac in paropside, aut vitro, quod sit actu stans in aqua calida non multum; vt caliditas aquæ conseruet caliditatem lactis, & prohibeat eius commistionem, quæ ex illa caliditate conseruatur. item sit remotum à partu per .xiiij. dies. alia litera habet per .xl. dies; cum plus frigidis adhibendum est. & inter cætera tempora laudabilius est, quod est in medio veris vsque ad finem mediæ æstatis, & ipsi proximum. post humanum verò in bonitate laudari videtur caprinum; quoniam medium est inter grossum, & subtile. Auic. tamen post humanum laudat asininum; quod est valde subtile; sed caprinum præponit vaccino, & ouino. sed quod de asinino dicit, credo intelligendum magis in via medicinæ cibalis. caprinum verò magis nutritiuum, & humano vsui magis domesticum, atque consuetum, deinde ouinum, vltimò vaccinum: est enim cæteris grossius, nec stomacho ita conueniens. nocet febricitantibus valde, & vt dicitur, valde phthificis febricitantibus confert auctoritate Senis aphorif. v. item in stomacho faciliter coagulatur; quare cum eo miscetur zucchero prohibens eius coagulationem. item, si sumitur cum passulis, siue nucleis; emendatur: potans enim lac super eius assumptionem nil recipiat, & quiescere debet. ne ex motu corrumpatur, & super ipsum non dormiat. ex quibus infertur, qd vinum non debet lacti admisceri; vt communiter fit; nam ipsum alterat; vt apparet ad sensum, & ipsum coagulat, & penetrare facit indigestum. estq; cibus consistentibus, & seni maximè proportionatus, cõsumptis, & phthificis; vbi multa verò affuerit fe. vt supra, & de quo infra in capitulo de cura phthifis, & hecticæ. colorem corporis efficit bonum maxime cum zucchero bibitum, & multum nutrit, & impinguat propter similationem ad lac; & ideo pastores

Lac vt co
meditur.

pastores sunt pingues. confert tussientibus tussi sicca, & est medicina magis pectoralis, quam stomachalis. non facit opilationem meseraicarum, dolorem, inflationem, & torsionem in stomacho, & est medicina propria ulceribus instrumentorum urinæ. et hæc plusquam nostro proposito necessaria dicta duxi super de bonitate, & malitia lactis dulcis. de complexione acetosi dico, quod ipsum est fri. & sic. ut placuit Isaac. rursus uero Gal. & Diosc. frig. & hum. quibus magis assentio ex effectu suo, propter quem magis laudatur. unde Auic. Et lac acetosum frequenter expellit feb. heclicas. laudatur etiam in extinguendo sitim, est tardæ digestionis, & stomachum grauat, & est humoris crudi generatiuus; & ideo, si datur heclico, & non speratur eius digestio bona; plus nocebit; nam nil uidetur corpori deterius, quam lac malum. acetosatur autem lac hoc modo. extrahatur ex eo butyrum, & dimittatur nocte una in aere temperato, mane autem agitetur uehementer, & excludatur spuma eius: est enim sedatiuum uehementiæ caloris. Mesues de phthisi. ultimum est sciendum, quod lac recipit uarietatem etiam in complexione, & uarietatem nutrimenti: & ideo medici cum uolunt lac exhibere in uia medicinæ; magis pascunt animalia herbis proposito suo congruentibus.

De uino. Rubrica. 2.

REPERITUR uinum, de quo est sermo in duplici differentia: nam aliud est non coctum, aliud coctum dictum Sapa; uel rob uini. non coctum uero uariatur ex ætate substantia, uirtute, loco, colore, & sapore. ex parte ætatis quoddam nouum, quod uocatur multum, aliud antiquum, siue uetus, aliud medium inter hæc. et, antequam procedatur ad alias differentias; est inuestiganda complexio uini, quam complexionem oportet uariare secundum complexionem uarietatum differentiarum iam dictarum: & si non secundum omnem; saltem secundum aliquam; ut patebit. uinum complexionem uniuersaliter calida, & sicca usque ad secundum; ita enuntiauerunt Hippocrates, Galenus, & Dioscorides. quod dictum debet intelligi de uino medio; siue mediæ potentia. et hoc fortè intellexit Serap. dum dixit nouum cali. in primo, uetus in tertio, medium inter hæc in secundo: nam reperiuntur uina in eorum potentia, & saltem apud nos multum uariata; quædam enim sunt debilia multum; ut ea, quæ de plebe facci; quæ sunt uina quasi aquæ propinqua: alia potentia multum; ut montana; cuiusmodi sunt illa, quæ nascuntur in monte richo arquadæ: nonnulla inter hæc mediocria, quæ in planitie, & apud montes, & distant; ut in cittadella, & in locis petrosis aridis nascuntur; ut ea, quæ super campanea Teruifina, Paduana, Furlana. prima, ut existimo, sunt talia in primo, & uariantur in mansionibus primi: quoniam, quæ sunt aliquantulum ex eis uigorosiora in tertia ponuntur mansionem primi; quæ autem multum debilia, in prima mansionem sunt ponenda, & temperamento uicina; media autem in medio situanda sunt. et, quæ dicta sunt de istis, intelligantur de alijs. unde uina montana sunt in tertio gradu talia, & ut credo, ex eis potentiora in secunda mansionem eiusdem gradus. minus uero potentia in prima. sed orientalia potentiora, ut maluaticum, græcum, & huiusmodi, in tertia mansionem eiusdem gradus collocanda. existimo etiam apud nos reperiri uina quæ maluatico non sunt debilia. unde oportet quod peritia medici suppleat. nam licet dicatur, Male sedet in iuueni uina cognoscere: dictum tamen hoc debet intelligi excepto me dico, qui de uinis ad salutem hominum debet esse bonus cognitor, cum uinum sit homini commodissimum, & salutiferum, ut infra. Mediorum uero regula ex dictis haberi potest. sed aduertendum quod uina etiam ex ætate recipiunt fortitudinem & debilitatem. nam quæ sunt noua, & ut ita dicam infantia alijs paribus sunt debilia, quæ autem seniores fortia. iuuenilia medio modo se habent. item, quod sicut est de complexionibus, ita est de uino. nam sicut melancholicus citius senescit sanguineo, & phlegmatico, cholericus alijs paribus, ita de uinis dicendum, nam aliud altero citius senescit. quæ enim uina sunt noua usque ad duos annos, uetera in septimo, media in quarto, quinto, & istud uoluit Isaac. quod maxime intelligendum est de uinis potentibus ualde transmaritimis, ut est græcum, maroa, cretense &c. ex quibus apparet quod

de uino non potuit dari uel poni certus gradus omnibus conueniens, sed data est regula, & mensura per quam discretus medicus ipsum facilius inuestigabit. de ætate autem uinorum nostrorum dicendum, quod dupliciter noua usque ad duos uel tres menses, antiqua dum ueniunt ad xij. & ipsum pertranseunt, media uero in medio tempore. & Auic. tertia primi de regimine aquæ, & uini dixit de ætatibus nostris habendo respectum ad uinum. dare uinum pueris ad bibendum est sicut addere ignem igni in lignis debilibus. senibus uero quantum possunt tolerare da. iuuenibus autem temperate. sumit etiam diuersitatem ex parte substantiæ, quoniam aliud grossum, aliud subtile, aliud mediocre. grossum uero duræ est digestionis, oppilatiuum. subtile uero e contra. medium uero medio modo se habens. ex uirtute autem dictum est: nam potentius calidius, & siccius alijs paribus. ex parte uero loci; nam quoddam nascitur in montibus, aliud in planitie, reliquum in regione media. quod uero in montibus nascitur calidius est & siccius. quod in planitie debilius. quod uero in regione media, medium est & potentius, & debilius secundum quod participat de extremis ex parte autem coloris similiter triplicem diuisionem recipit. nam quoddam nigrum, quoddam album, quoddam medium. medium uero distinguitur in citrinum, aureum, rubeum, clarum, dictum aureum siue cirisolum, rubeum obscurum. uinum album etiam distingui debet: nam aliud est natura tale ex uinis albis. quoddam uero album factum ex uinis nigris artificialiter, ut quod est colatum, & non bullitum cum racemis. album subtile est & alijs paribus paucioris caliditatis, & quanto magis appropinquat colori aquæ tanto est minus calidum, ideoque corpori dat minus nutrimentum, hæc Gal. colatum uero alijs paribus minus potens non colato ex eisdem uinis. sed est aduertendum propter sophistas, quod uina magis potentia, ut gropella balsiani, durant aliquando per x. aut xij. annos quæ in postremis efficiuntur alba ac si esset aqua. de quibus non uerificaretur dictum supra. nam talia dici habent nigra dum complexionantur, & ut nigra complexionantur, & si per ætatem facta sunt cana. nigrum uero alijs paribus potentius, stypticum, oppilatiuum, difficilius digeritur, & corpus magis impinguit. propter quod uina gropella balsiani, & præcipue dulcia multum impingunt cum sint nigra, grossa & dulcia, multum de nutrimento dantia. medium uero modo se habet. ex quibus apparet quod uinum cerasolum citrinum aureum, quod habet colorem cerasi siue aureolum, uel cirisolum sunt cæteris paribus eligibilia. ex parte saporis quoddam dulce, quoddam austerum, quoddam medium, quoddam ponticum. dulce calidius, austerum debilius, medium medio modo, ponticum uero debile. ex parte odoris; nam quoddam odoriferum cum delectatione, quoddam omnino carens odore, & etiam quoddam habens odorem, sed non multum delectabilem. primum calidius est & subtilius. carens uero odore aqueum, & omni bona caret caliditate quale est uinum salicum de plebe facci, & pro parte magna Ferrariense. reliquum uero medium & plus & minus calidi participat secundum distantiam eius ab extremis. eligatur citrinum odoriferum, ita placuit Hipp. Gal. & Diosc. & audi Auic. tertia primi, de regimine aquæ & uini. eligatur quod est medium inter uetustatem, & nouitatem, & quod est clarum, quod ad rubedinem trahit, bonum habens odorem, æqualis saporis, & quod non est acre neque dulce. quod credo tale esse uinum græcum siue cerasolum siue aureum, cui assentit Baldach & addit. et bene lymphatum, quæ lymphatio maior aut minor est in peritia medici ponenda, & est glossula contra bibulos. nota tamen quod aureum de Padua communiter non est tale. nam ipsum est planense, & carens odore & caliditate. nam si uerificatur dictum Auic. maxime uerificari habet de uino aureo quod est medium. & natum in media regione inter montanum & planense. nam planense non sustinet lymphationem & hoc communiter. credo etiam has contradictiones iam dictas saltem non minus uigere in trebianis quam in aureis communiter inuentis, immo communiter in trebianis plures & potentiores reperiuntur. et ideo me intelligis bibule. de nocumetis uini dicendum, & primo in generali, quod ipsum immoderate sumptum aut inebriando aut non, multa mala committit. nam si inebriat

Lactis ut
acescat, p
paratio.

Vinum ex
uuis ni-
gris arte
album.

inebriat animā rationalem de eius propria sede deponit, & bestia facit symeam. s. leonem aut porcū, ut tres tangā inebriatorū gradus. si uerò non inebriat; paralyfim, epilepsiam, apopl. cæterasq; neruofas inducit ægritudines, & cerebrū maximè perturbat, & ledit, oculisq; uehemētissime nocet, de quibus non curauit Theutonicus, cū dixit. satis uidi sed nō satis bibi. specialia uerò uini nocumēta scienda sunt. nā uinū nouum hepar maximè lædit, & ad hepaticā pducit dyfenteria, & est ventosum, inflatiuū, difficilis digestionis, inducens somnia mala, & in cholera cōuertitur. antiquū uerò calefacit, faciens dolorem capitis, stomacho nocet præcipue si ex eo multum sumatur. et Auic. Pauci est nutrimentū, & est quasi medicina. de albo Gal. de euchia. est aquosum, subtile, & paucissimi nutrimenti. nigrū uerò grossum malū, stomacho inflatiuū. dulce grossum, & specialiter nouum inflatiuum, uentosum, tardæ resolutionis, & stypticū, alijs paribus minus inebriat. De iuuamētis uini dicendum primo, ut Baldach placuit, q̄ quinq; sunt iuuamēta ex parte corporis sumpta, & quinq; ex parte animæ. ex parte corporis quidē digestionē efficit meliorem, urinā prouocat, pulchrum reddit colorem, odorem bonū facit, roborat coitū. ex parte uerò animæ, animā lætificat, benè sperare facit, corpori audaciam præstat, pulchrificat corporis dispositiones, audaciā compefcit. in ecclesiastico uerò habetur. uinum in iocunditate caufatū est. & ibidem etiā. exultatio animæ, & cordis, uinū moderate potatū sanitas est animæ & corporis. et Auer. 5. col. Vinum natationem cibi in stomacho necat, uetositates resoluit, urinā prouocat & sudorem, animā lætificat, & iuuat naturā ad expellendum superfluitates. et Auicē. prima quarti de cura phlegmaticæ. et uinū subtile confert eis cū subtilitate sua, quia cōfortat calorē naturalē, prouocat, & sudorem facit. et secunda primi de pulsū qui prouenit ex cibo & potu circa mediū capituli. cum ipsum consideratū fuerit, ut fortitudinem efficit alia habebit indicia, qm̄ sua essentia debiles efficit sanos, propterea q̄ uelociter præbet augmentū in substantia spiritus. nam Gale. 2. aphor. in cōmento illius. facilius est impleri &c. Omnium uelocitatem & subito nutrimentū est uinū. & 7. aphor. in cōmento illius. halycæ, id est anxitudo, oscitatio &c. uinum temperatū totum corpus temperat calefacit membra pene trans, humores tēperatos faciens, & calorē naturalē excitans, & eum in suis est adiuuās actiōibus, & uocat uinū temperatū quod est lymphatū, ut supra. Isaac uerò, uinum dat corpori nutrimentū bonū. sanitatem reddit, & custodit, iuuat digestionem nō solū stomachi, sed & hepatis & aliorum membrorū. in speciali ēt uinū laudari potest. uinū album subtile est bonū stomacho, & cōuenit usus eius in sanitate, magis ex ægritudine, & est propinquius ad molliendum uentrem q̄ rubeum nigrū Serap. uerò Auic. albū, subtile calefactū est melius. nō enim dolorem capitis efficit, sed fortasse humectat. uinū aut grossum dulce est melius ei qui uult pinguis esse & fortis, caueat tñ ab oppilatione eius. & uinum uetus rubeū est melius complexionē frigidā habēti & phlegmaticā. Serapio uerò, quia uinū rubeum est mediū inter album & nigrū, uirtus est media inter uirtutes illarū. et subdit q̄ uinū subtile stypticū est bonū stomacho, q̄a non auget carnem sicut grossum. et uinum qm̄ est purū sine admistione alicuius rei, & est in eo stypticitas est calidū uelociter penetrās in toto corpore, corroborat appetitū & stomachum, & nutrit corpus, & facit dormire, & auget in fortitudine corpus, & meliorat colorem. vltimò aduertendū dictū eiusdem qm̄ ponatur uinum purū post ipsum debet potari aqua ad sedandam fortitudinem eius, & abscondendam uirtutem nociuā eius. et hanc regulam sciuit Theutonicus nōstet, qui sic faciebat nolens iniuriam facere uino. et nō miretur quis si tantū de uino scripsi, nam & quia Patauus, & quia plurimi uinum uituperant, eius nobilitates annotaui, ut suæ malitiæ comparentur. si quis tñ cupit excellentiores uirtutes plures etiam de uino scire, legat Isaac de dietis, ca. proprio de uino. sed hæc scire plus quam nostro proposito satisfacere. de uino cocto dicendum breuiter q̄ reperitur rob uini & carenū. rob uini dicitur qm̄ decoctio fit vsq; ad compositionē medietatis, & dicitur uinū coctum. carenum uerò quia tertia parte carēs: & etiā dicitur uinū

coctum. aliquū ita decoquit, ut ad spissitudinem ueniat mellis, & tunc secundū quosdam propriè dicitur rob uini & in uulgari literaliter dicitur sapa, & ita à quibusdā literaliter uocatur. calidū est, & siccū in secundo, & ut existimo. nam & si per decoctionem caliditatē recipit, etiā de eius naturali calore resoluitur. duræ est digestionis, inflatiuū, multum nutrit, & est congruum patientibus in pectore, & pulmone, & uulneratis in renibus & uesica. est enim mundificatiuum, consolidatiuum. et quidā ex chirurgicis eo utuntur in emplastris ad sedandos dolores, & ego iam expertus sum experientia communiter dicta. & si sic est doloris sedatiuum. est appropinquans gradui primo.

De agresto.

Rubrica. 3.

AGRESTI complexio frigida vsq; ad secundū, sicca in primo: ita uideēt placuisse Isaac. sed est aduertendū, q̄ tripliciter uariatur, & hoc cōmuniter: nam quoddā est factū ex uuis domesticis à maturitate distātibus, & multū: quoddam ex uuis domesticis à maturitate non multum distātibus: tertium ex uuis syluestribus dictis lambruscæ. quod autem est factum ex lambrusca, credo frigidius, & siccius. quod autem ex uuis à maturitate multū distātibus, minus frigidum: quia aut ex uuis maturitati propinquis medium inter hæc. notandū tñ, q̄ etiā uariatur gradus complexionalis s̄m, q̄ agresta est ex alijs, & alijs uuis: nā facta ex uuis montanis, ex quibus fiunt uina potentia, credo dicendum minus frigidum, & proportionaliter dicendum suo modo. De electione uerò dico, q̄ absolutè eligendum est, quod est ex uuis optimis; licet aliqui plus commendent ex lambrusca: nam, cum sit stomachale; debet eligi, quod stomacho minus noceat; tamen, cum quæritur infrigidatio; frigidum magis eligatur: cum uerò minor infrigidatio; minus frigidū. quodq; de similibus ad similia procedendum est. audiatur hic sermo Diosc. Oportet, quod exprimat succus ex uua non matura, anteq̄ ascendat stella canis, & ponatur in sole uase cooperto cum panno, & dimittatur, donec coaguletur totum, & misceatur illud, quod coagulatur cū eo, quod non coagulatur, & de nocte ponatur uas sub tecto; quia ros prohibet coagulationem cuiuslibet succi. et melior ex eo est, qui est citrinus declinans ad rubedinem, & est frangibilis, & stypticus forti stypticitate, & mordet linguam. et sunt, qui decoquunt succum istum, & conficiunt cum melle, uel uino dulci. confortat stomachum debilem factum talem ex inflammatione; unde à quibusdam multū commendatur in ægritudinibus epidemialibus. ualet solutioni uentris ex causa calida, abscondit sitim, & inflammationem, & appetitum mouet, syncopim tollit, & prægnantibus subuenit. et hæc de agrestis.

Acetum.

Rubrica. 4.

DE ACETO uero uini; quia de isto sermo est, dicitur, quod eius cōplexio non sic absolutè, & determinatè posita fuit ab authoribus. nam quibusdam uisum est calidum cum supra terram proiectum ebulliat: quidā dixerunt, quod est actu frigidū, & potētia calidum. Auic. uerò placuit, quod in eo sit frigiditas uincens dato, quod in eo sit caliditas. & in hac parte secut' ē Gal. & Diosc. sed de gradu aceti dixit Baldach, q̄, ipsum est fri. in primo, sic. in secundo, & hanc sententiā cōmendauit cōciliator differētia de syrupo acetofo. Marsilius Patauus in eadē quæstione sup ca. de cura putridarū in generali uideēt extendere frigiditatē, & siccitatē eius vsq; ad tertium; si benè inspiciatur. ego aut credo, q̄ de aceto oporteat loqui, ut de uino; nam acetū nouum magis fri. q̄ antiquum subtile minus, q̄ grossum, turbidum, ex uino potētiori minus frig. &c. semper alijs paribus. unde acetum ex uino maluatico gropello &c. minus frigidum, quod aut est ex uino debilitati alijs paribus magis fri. quod est ex medio medium. unde sciendum, q̄, si uinū planem se fortiter acetet, ut sit acetum, & nō uinū acetosum, quod, ut credo, pronuntiandum est ipsum esse frigidius: nam in eo partes aqueæ magis uincunt. unde Gal. Quando igitur uinū conuertitur in acetū; infrigidantur partes uinorū ipsius uini, & supercalefit superfluitas aquosa, quæ est in eo p putrefactionem, quæ acquirit acetum, ex quibus apparet modus faciēdi de uino acetum. unde credo, q̄ positio lapidum ignitorum in uino sit causa, ut uinum in acetum conuertatur;

Ros coagulationē cuiuscūq; succi prohibet.

Acetū arte quomodo parēt.

Vini iuuamēta.

Aqua cur post uinū potanda.

Rob uini quid.

uertatur; sicut plures dicunt se experimētatos fuisse, de qua re notandam experiētiā habui. eligatur ex vino, & s̄m intentionē ex potentiōri, aut debiliōri. fit tñ acetū elegans; si super dolium aceti vini optimi ponat̄ tpe vindemiarū fitula vna, & media multi boni; cū statim ex vuis exprimit̄: est. n. forte, dulce. est fortiter exiccatiuū. confert stomacho ca. & hu. mouet appetitū, digerit phlegma, & prodest cholericis. nocet melancholicis, nocet neruis, &atrici mulierū, & ægritudinibus neruorū, & abscindit sanguinē, vndecunq; fluat. & mire valet, si ex eo, & aqua fiat leuis gargarizatio in principio descēsus humiditatis à capite ad pectus. & qm̄ dictū est de aceto; addo his ad curiositatē, quæ didici à Baldach; ne vinū procedat ad vteriorē acetositatem; immo q̄ acquisiuit, amittat. extrahatur vinū tale de vase, in quo est clarū, & in alio vase boni odoris, saporisq; trāsmittat̄. & cū eo ponat̄ fex optimi vini in quātitate discretioni rōnali visa, deinde totū misceatur, & sic permitat̄ stare, donec claruerit. passulæ dissolutæ, cicer tritū, myrtus, quodlibet istorū idem facit. hæc de aceto, & longum.

Vinum ne
cescat.

Aqua. Rubrica. 5.

VLTIMO pertractetur de aqua; cum inter potus hominibus conuenientes vilior sit, & s̄m canonem theutonicale nullo modo cōferens. absit ab humano pectore potus aquæ. & qm̄ aqua reperitur multiplex; vt falsa, sulphurea, dulcis &c. hinc solū de ea dulci, q̄ in vsum potandj hominibus venit: nā de alijs dictū est supra cap. de exercitio. aquæ cōplexio ab authoribus variata est; cū de ipsis complexione, quo ad qualitates suas apud philosophos varia, & inter se dissonantia dicta sunt. nā quidam philosophi posuerunt terrā frigidiorē aqua, quidam econtrā, & similiter decertauerūt de humiditate eius respectu humiditatis aquæ, & aeris. sed supponendo viam, quam credo veram, & medicorum cōmodis magis vtilem, quā intensio, & remissio habeat fieri per maiorem commisionem, aut minorē cum suo contrario, dico, q̄ aqua debet poni fri. & hu. vsq; ad quartum; cū sit quid simplex, aut simplicitati multum, & multū propinquas; nam, & si commiscetur terra, & terra sit frigidior; habetur etiam intentum. & dicatur, q̄ remittetur eius frigiditas ad intra quartum gradum, vt trahendo ipsam versus primam mansionem quarti. dicendum igitur, quod ipsa sit fri. & hu. in quarto. cum quo etiam potest stare, q̄ terra sit frigidior, & aer hu. vt patet intelligenti: ipsa nanque à medicis ponitur stupefactiuum domesticum; vt Auicena septima tertij. cap. de medicinis stupefactiuis.

Et, antequam ponatur electio eius; ponendæ sunt conditiones, quas debet habere aqua bona; ex quibus comprehendetur, quæ eligi debeat, aut non.

Aquæ cō-
ditiones.

Prima conditio est, q̄ ipsa debet esse ex subtilioribus vaporibus generata; propter q̄ magis laudatur aqua pluuia, & si citius alterationem recipiat, quod est; quia subtilior, & magis possibilis, & magis aerea, & quia est ex diuersis aquis composita: & hanc sententiam ponit Hippoc. in suo de aere, & aqua, quæ in æstate cadit. secunda conditio, q̄ ipsa debet esse aqua, quæ motu non careat Hippo. quare stantes vituperantur. tertia, q̄ debet esse in suo pondere leuis, & quæ leuior alijs paribus melior; & hanc conditionem solam attendunt vulgares alias postponēdo, & ex hac sola de bonitate aquæ cōfidentes. quarta, q̄ debet esse subtilis, clara, limpida; hæc enim est, quæ citò digeritur. quinta, quod debet carere sapore, & odore extraneo, & omni colore; vulgares. n. aquam dulcem appellant omni sapore carentem. sexta, quod citò debet calefieri, & citò infrigidari; & in hoc ostenditur leuitas, & subtilitas eius. & idē quinta apho. 27. aqua, quæ calet, & citò refrigeratur, leuissima est. septima conditio, quod debet esse in hyeme calida, & in æstate frigida, & in hoc significatur fortitudo naturalis caloris, qui in hyeme constrictus est in ea, & in æstate non permittit extraneum intrare calorem. octaua, quæ sumitur ex parte loci; vt sit aqua fontis terræ liberæ, cuius territorium sit in monte eleuato; non tamen multum, vt Hippo. allegato loco. nona, quod sit fons currens; nam ex cursu eius nobilitatē, & bonitatem acquirit. decima, quod

fit eius origo tendens à meridie versus septentrionem, aut ab occidente versus orientem. vndecima, quod fons sit remotus à sui origine: nam in transitu depuratur, & subtiliatur. duodecima, quod sit ventis, & soli exposita, & discooperta. decimatertia, quod aluei fundus, p̄ quā currit aqua, nō sit omnino petrosus; sed sit mixtus ex petra, & luto mūdo: nam absolutē melior, & eligibilior, quæ erit per alueū cenosum, & mundū à forde, q̄ quæ, per petrosū: debet. n. lutum esse non foetidum, neq; lacunosum; sed mundum. & has sententias ponit Auicena. de dispositionibus aquarum.

Ex quibus inferitur primò, quod lacunales, & paludales sunt malæ. patet. inferitur secundò, quod paludales sunt deteriores; nā sol resoluit partes subtiles paludarum magis, & remanent grossæ. inferitur tertio, quod fluuiales distates ab ortu suo fluētes per alueum mundum &c. vt dictum est, sunt putealibus eligibiliores. patet; quoniam plures conditiones bonæ inueniuntur in fluuialibus, quā in putealibus; vt patet discurrenti per illas. xiiij. inferitur quartò, q̄ aqua pluuialis est cæteris eligibilior, quæ paulatim cadit, & cū tonitruis: nā motus nubiū ipsam subtiliat: patet; qm̄ ipsa habet de cōditionibus dictis, q̄ sunt digniores. & hæc sententiam volunt authores nostri, & specialiter Seneca allegato loco. sed ista non vtimur; quoniam eam non sic semper habemus, nec in vasis mundis cōiter collocatur: sed vt in puteali, fontea, & flumineâ, de quibus dicendū, quod inter has bona est putealis, melior flumineâ, optima fontis, attentis conditionibus de ipsis positis.

Notandum dictum Auicena. allegato loco, per quod nos docet cognoscere leuitatē in aqua: dicit, quod in diuersis aquis infundantur duo panni linei eiusdem ponderis; dein de bene exprimantur, & vltimò perfectē exiccant; deinde pōderent̄. & illa aqua, cuius pānus erit leuior, melior erit.

Ex quibus omnibus patet, quod aqua eligenda pro vsu nostro debet esse clara, dulcis ad sensum datū, subtilis, leuis, non magnæ frigiditatis, in continuo, vel in quasi continuo motu, q̄ citò infrigidetur, & citò calefiat, quæ ab extraneis sit sufficienter purgata. & ex vsu huius aquæ moderato corpus nullum inde sentiet nocumentum, præsertim si decocta fuerit, de qua decocta dixit Diosco. quod corpori p̄stat salutē, & multum medetur. ex istis inferitur, quod inter aquas vsuales valdè bona est aqua cisternæ, de qua frequenter, & quasi cōtinue hauritur, vt sunt multæ Venetiis. patet correlarium; quia est aqua pluuialis optimè purgata mediātib; spōgiis quotidie, & quasi continuè mouetur, & non est magnæ frigiditatis, & est leuissima, & citò infrigidatur, & citò calefit, & quod melius est videtur corporibus Venetorum magnum præstare iuuamentum, & nō nocumentum ex vsu eius. vnde Gal. Aqua bona nullo modo melius, quā experimento cognoscitur. & licet aqua corpori ex se nutrimentum non præstet; cum nullum simplex nutriat; tamen in alimentis iuuamentum maximum facit. vnde nobis est maxime necessaria; nam ad liquefaciendum nutriens, ad subtiliandum, & ad faciendum ipsum penetrare eam creauit altissimus. rectificat enim eius substantiam, & sine ipsa non potest fieri benè complementum rei nutrienti; ipsa nanque est causa præparationis ciborum, & potuum. & Rasis tertio Almanforis. aqua conseruat humores in corpore, quæ cibum subtilians penetrare facit. confortat omnes virtutes in omnibus operationibus suis; quando sunt cum æqualitate, scilicet attractiuam, digestiuam, retentiuam, & expulsiuam; sed, cum multiplicatur potus ipsius; facit tremorem, stuporem, & obliuionem. confert calidis & sic. nocet habentibus oppilationes, apostemata in visceribus, nocet pectori, & stomacho frigido. & si de aqua ipsa plura scire quis cupuerit; legat Auicena. tertia primi allegato loco. & hæc de ipsa, vt proposito nostro cōpetit, in præsentī sufficiant. & in his terminatur sententia secūdi tractatus, pro quo, & aliis multis Deo trino, & vno, gloriosissimæq; virgini matri suæ Mariæ gratias do infinitas, quæ mihi in sequentibus auxilietur; prout immensa clementia sua consuevit. Amen.

Finis secundi Tractatus.

TRACTATUS

TRACTATUS TERTIVS IN QVO PONITVR
MODVS COMPONENDI CIBARIA IN VNAQVAQVE
ægritudine valentia, continens capitula vndecim.

ARGVMENTVM IN CAP. I.

VICTVS temperati, siue medicamenti qualitas est, quod non conuertatur in corporis nostri substantiam, atque magna quantitas eius non fertur. sed non est temperatum vllum medicamentum nisi certa dosi. differt ab alijs in hoc, quod alia disponunt corpus ad aliquam qualitatem, verum hæc nulla re afficiunt id. in his non reperitur excellentia alicuius saporis; sed sunt suauia, ac iucunda.

Intentio auctoris. Rubrica. 1.



T, QVONIAM intentio est novos componere cibos, quibus ægris ipsis appetitu communiter carentibus succurrere valeat medicus; hinc subscribam tabulam de ipsis simplicibus prius cum suis iuuamentis, & nocumentis eorum complexionones in paucis aperiendo; vt notitiam eorum sic habitam facilius componere sciamus, cognoscamusq; cui, aut quali ægritudine cibi ex ipsis compositi conueniant, aut disconueniant, remotionem nocumentorum in præsentiarum non in totum omittens. & erit hæc tabula multum deseruiens in componendis consilijs saltem ad sciendum in sex rebus non naturalibus specialiter de cibo, & potu, & habita sic notitia de eis facile componere scies eleuando cibos ipsos sic compositos in gradu; vt res ipsa exiget. & hoc; si memoriæ commendabis, quæ scripta sunt supra in primo tractatu tertio capitulo de componendis medicinis, & de modo inuestigandi, in quo gradu sit ipsa medicina composita, quod credo per pulchre declinatum fuisse: & tu tibi considera ordinem tamè his omnibus imponam; vt de ipso statim facilius, & ordinatius, quæ quæruntur, inueniantur. in primo itaque loco ponam temperata, quæ cum pauca sint; nõ eo ordine, quo cætera, plurima inscribam.

Temperata vsualia.

DE temperatis vsualibus in ægritudine calida siue frigida valentibus.

Far. Rubrica. 2.

FAR temperatum, nutrimentum eius viscosum, remouetur; si cum zuccharo præparatur.

Oua. Rubrica. 3.

OVVM gallinæ, albumen scilicet cum vitello. eligantur recentia, sobilia, sunt maximè nutritiua, & debilibus mirè subueniunt. cocta in cinere sunt grossioris nutrimenti, & tardioris digestionis. in patella cocta malum habent nutrimentum, & in fumositates, & in cholericos humores conuertuntur. suntq; inflammatiua, quam inflammationem remouet ex detentione eorum prius in aqua frigida, & expositione eorum in aqua endiuia. unde & sic febricitantibus debilibus dari possunt. hæc de ouis.

Lens. Rubrica. 4.

LENS alba inducit visus tenebrositatem; duræ digestionis, & ex consequenti mala stomacho, nocet pulmone, dispositionibus melancholicis. unde sanguinem inspissat; & ideo in ægritudinibus cholericis confert, morbillis, scilicet & variolis, minorat menstrua & urinam. remouetur nocumentum; si bis, vel ter decoquatur, & abiiciatur cortex, aut decoquatur cum bliti, aut spinachia, & commistio dulcis cum eas oppilat hepar.

Lupulus. Rubrica. 5.

LVPVIVS mundificat sanguinem à cholera, est inflatus, & decoctio eius remouet tale nocumentum: & tu ad rubricam propriam.

Sparagus. Rubrica. 6.

SPARAGVS multum nutrit, & humidior est hortulanus; sed non est boni chymi, duræ est digestionis; tamen satis conuenit stomacho, & leui decoctione decoctus mollicat naturam, & urinam prouocat.

Oleum oliuæ. Rubrica. 7.

OLEVM oliuæ conuenienter maturum, nouum, & melius lotum, omphacinum fanis melius Auicem. & Serap. impinguat, & corporis substantiam augmenta, lædit pectus, & non lotum permaximè: & hæc de illo.

Citrum. Rubrica. 8.

CITRVM quantum ad totam substantiam temperatū, & sic venit in vsu cibarium; sed secundum partem carnosam magis, quæ est gustui, & olfactui delectabilis. mala stomacho, duræ digestionis, & tardæ, inflatiua, & ea vtens colicam incurrit. remouetur nocumentum; si cum balsameto, & dulci, & acetoso conficitur. item & cum melle.

Zuccharum. Rubrica. 9.

ZUCCHARVM taberzet confert stomacho; si in eo cholera non generatur. est abstersiuū, stomachum mundificat à phlegmate, & propriè vetus, & eius nutrimentū maius nutrimento mellis, lenit ventrem, lenit pectus, & eius asperitatem remouet, confert vesicæ, & renibus, est oppilatiuū. remouetur nocumentū; si cū granatis muzis comeditur.

Sequitur de carnibus temperatis.

Pulli. Rubrica. 10.

PVLLI laudabilem sanguinem generant, bonum dant nutrimentum, conferunt stomacho, & meliores, qui sunt in pinguedine temperati, qui nondum coire cœperunt; sed benè cantare, & eorum ius humores æquat.

Capones. Rubrica. 11.

CARO caponum in temperata pinguedine est temperamento propinqua: similiter gallinarū, castrarum, & maximè iuuenis; sunt tamen laudabilis chymi, & existimo, et ipsas aliquantulum alterare, vt infra de distemperata, erit vtile.

Perdix. Rub. 12.

PERDIX, & maximè iuuenis, & pinguis boni nutrimenti, antiqua durioris est digestionis, & non multi boni nutrimenti, ad siccitatem declinat; propter quod datur in fluxibus, & est cordialis.

Gallina deserti. Rubrica. 13.

GALLINA deserti est proxima perdici; sed magis styptica, duræ est digestionis.

Fasianus. Rubrica. 14.

FASIANVS pingis, iuuenis multum nutrit, & extenuaris, & debilibus conuenit, bonus stomacho, & conuenit omnibus præterquam his, qui forti utuntur exercitio.

Cortunix. Rubrica. 15.

COTURNIX est, sicut fasiani. eligat vt de ea dictū est.

Hoedus. Rubrica. 16.

HOEDVS sit pinguis; quia mæcer multum recedit à sua bonitate, est boni sanguinis generatiuus, facilis digestionis, & elixus melior, vt dictum est.

Vitulus. Rubrica. 17.

VITVLVS pinguis facilis digestionis, & bonum dant nutrimentum, aliquam, & non multam habet viscositatem, quam acetum remouet.

Capreolus. Rubrica. 18.

CAPREOLINA caro iuuenis facilis digestionis, saporosior, & laudabilior cæteris syluestribus, antiqua non laudatur, & nutrimentum præbet melancholicum.

Aues minutæ. Rubrica. 19.

AVES minutæ; & si ad calidum declinare videantur; tamen propter suam excellentiam in bonitate; vt infra de discrasia frigida, & humida laudantur.

Lingua. Rubrica. 20.

CARO linguæ laxa est, & humidum præbet nutrimentum, & cū eius lacerto comesta digestionis est facilius ab-

Practica. S. G. solutè,

ſolutè; quia in decoctione multum denſatur. credo, quòd E duræ ſit digeſtionis.

Pedes. Rubrica. 21.

P E D E S eligantur anteriores. meliores ſunt agnorum difficilis digeſtionis; non multum tamen humorem generant viſcoſum. remouetur nocumentum; ſi decoquantur uſque ad diſſolutionem, & præparentur cū aceto, & croco.

Rubrica. 22.

EX P E D I T I S temperatis ad diſtemperata ſimplicia uenio, de quibus ordine, de quo ſtatim ſerioſè ſic conſcribā. verum, quia panis eſt, ſicut materia prima ciborum; ut infra; hinc dato, q̄ ſit quid compoſitum ſemper; de eo mentionem faciam in principio tabulæ. et pro complemento intentionis tuæ in conſulendo in principio rememorabo; ut ad alias quinque res nō naturales reuidendas te transferas, de quibus in principio ſecundi traſtatus.

Ordo obſeruandus in conſilijs. Rub. 23.

M E M O R A R E aliarum quinque rerū non naturalium, de quibus in principio ſecundi traſtatus, & primo nominantur loco, poſt quem ponantur cibi, & potus hoc ordine, qui ſequitur de pane, de herbis, ex quibus ſiunt ſalutaria, de carnibus, & partibus animalium, de piſcibus; de cancris, & oſtrachis, de herbis, ex quibus ſiunt fercula, de granis, ex quibus ſiunt fercula, de radicibus, quæ ueniunt in uſum cibi, de oleo, pinguedine, & butyro, ex quibus fercula cōdiuntur, de ouis, de leguminibus, de fructibus; de lacte, de caſeo, de melle, & ſapa, ex quibus ſiunt geladorcia, de aliquibus aromatibus, quæ ſunt in uſu nedū cōdiendis ſaporibus; ſed in ferculis, geladorcio, & huiusmodi; ut ſunt piper, zinzibery, garyoph. cinnamomum, crocus, coriandrum, de modo præparationis ciborum, de uino, de aqua, de aceto, de agreſto.

ARGUMENTVM IN CAP. II.

C I B I ſanguineis apti ſint frigidi, & ſicci, non uentuoſi, neque pingues, neque dulces, neque in ſubſtātia paſſibiles, nulla participant humiditate actuali extranea, nec uaporofa. laticinia uidentur præſertim recentia, irāſcantur, ac triſtentur magis ſanguinei, quam gaudeant.

De cibis conuenientibus ſanguineis.

D icemus de cibis ſimplicibus in dyſcraſia ſanguinea ualentibus merito ſuarum qualitatum; licet ex alia cauſa alioqui non conueniant, ut dicitur.

De pane. Rubrica. 24.

P A N I S de ſimila, qui temperatus eſt, ex bono frumento, benè cocto, & benè fermentatus, non azimus, & huiusmodi ad minus unius diei multum nutritiuus, facilis digeſtionis, facilis deſcenſus, Iſaac auctoritate Hippo. uelociter impinguat. Auic. et maxime ex frumento nouo. eſt oppilatiuus, inflatiuus, factiuus lapidis, doloris articulorum, & maxime azimus; ſed benè coctus, hæc nocumenta facilia habet Auer. quæ remouentur ex fermento, & ſale, & cū modico aniſi; ſed in caſu noſtro melius, ut cū eo ſemina ponantur frigida maiora, & integra; non ergo plurimo eius utatur. hæc de pane fermentato frumenti.

Panis de ſpelta fri. & hu. complexionis exiſtit; quapropter directiuus cōuenire uidetur; ſed eſt digeſtionis, & eſt viſcoſus, rugitus, & inflationes generans, & paucū dat nutrimentum, prouocat urinam, & renes mundificat, & peccus à ſuperfluitatibus viſcoſis; quia eſt multū ſurfuracius; ideò phthiſicis datur; ſi remoueantur ſurfures ab eius farina, & benè fermentetur, & ſi cum eo aliquid zucchari apponatur; remouebitur multum de ſuis nocumentis.

De pane hordei, milij, panici, aut caſtanearū nihil; quoniam non eſt in uſu pro infirmis: ergo &c.

De herbis pro inſalutatio. Rubr. 25.

I A M R E S T A T ſecundò de herbis: herbæ enim, ex quibus ſiunt ſalutaria, ſunt lactuca, endiuia hortulana, ſylueſtris, portulaca. et melior coctæ cum aceto non multum uinoſo, de quibus inferitur ſtatim.

De carnibus. Rubrica. 3.

C O N S E Q U E N T E R de carnibus conuenientibus, & primò de bipedibus. conueniunt temperatæ bipedes iam dictæ, & magis, ſi alteratæ comeduntur; ut in decoctione earum ponatur ex frigidis; ut lactuca, endiuia, & huiusmodi, de quibus ſtatim. item cum eis comedendo uinum granatorū, acetum nō uinoſum, agreſtæ, & huiusmodi; dumodo aliter non noceant. de quadrupedibus uerò idē dicatur.

Ex diſtemperatis talibus; ſcilicet quadrupedibus nō inueni aliquam; nam caro omnis uidetur eſſe temperata, aut ad calidum declinare, excepta carne gruis, de qua dicitur, q̄ eſt frigida; ut de ea ſupra.

De partibus animalium. Cerebrum. Rub. 4.

D E P A R T I B U S animalium ratione frigiditatis conuenit. cerebrum, quod frigid. complexionis exiſtit, & hu. uerum eſt nauſeatiuum, delens, appetitum, tardæ digeſtionis, nocens ſtomacho. cuius correctio ſit cum aromatibus; ut piper, origano, & huiusmodi; ut ſupra de eo; & ideò non conuenit.

Medulla, & ſi ponitur à Raſi temperata; tamen, quia ſimilis in ſuis diſpoſitionibus eſt; ideò & ipſa omittatur.

Oculi maxime animalis pinguis; ut ſunt uituli, arietis, agni, hœdi; cōplexionis fri. & hu. ſunt, dantes nutrimentū viſcoſum, & ſtomachū conturbātes, neq; niſi piper, & ſimilibus remouetur eorū nocumenta; quare nō cōueniunt.

Et, licet auris; quia fri. & ſic. conueniret, & tamen cutanea & cartilaginosa exiſtit duræ digeſtionis; omittatur.

Cor in uia cibi tale exiſtit, ut auris, & duræ digeſtionis, omittatur.

Vbera licet tardè digerantur; de eis dari poteſt in caſu, et eligātur ex animalibus tēperatis, de quibus actū eſt; generant enim ſanguinē bonū, & bonum dant nutrimentum.

Pulmo, ut cibus frig. & hu. complexionis in primo, facilis digeſtionis, citò de ſtomacho deſcendit, phlegmaticis dat nutrimentum. ex animalibus temperatis eligatur. pulmo uulpis phthiſicis mirabiliter confert.

Inteſtina fri. in ſecundo ſunt difficilis digeſtionis, etiam groſſum dant nutrimentum, & malum; ideò omittantur.

Cutis fri. in ſecundo, frigi. generat ſanguinem, ſed viſcoſum, & oppilationem facit; ideò omittatur.

Cauda non conuenit; quia calida eſt, neque hepar propter eandem cauſam.

De lingua actum eſt in de temperatis.

De piſcibus. Rubrica. 5.

I A M conſequenter de piſcibus reſtat dicendum, piſces non ſaliti, qui uniuerſaliter ſunt frigid. & hu. & minus maritimi parui laudati, qui habitant in littoribus petroſis, aut arenofis; ut ſunt rumbi, paſſeres, foliæ, varioli, oratæ, menulæ, arbores, anguiſugulæ; ſunt enim ſubtilis carnis, & ſatis facilis digeſtionis. et ex aquis currentibus eligātur parui petroſi, tencæ, lucij, temali; vituperantur anguillæ, & tincæ valloſæ. et, quia multi ſunt canones circa piſces; lege eos ſuprà, ubi de ipſis. quod piſces comedi poſſunt cum aceto non uinoſo, & modico zucchari.

Et exiſtimo caneros fri. & hu. & amplius hu. ſunt difficilis digeſtionis, & multum uaporatiui. & ſi fortis ſit ſtomachus, de eis concedi poteſt cum aceto & ſale. maritimi uerò parui nocent ſtomacho ſua nitroſitate.

De oſtrachis, & conchilibus dico, q̄ difficilis ſunt digeſtionis. nocent ſtomacho, & ſunt uentofæ multū; ideò exiſtimo uolentes uti ampliori coitu in eis delectari.

De oleribus pro ferculis. Endiuia. Rub. 6.

S E Q U I T U R de herbis, ſiue oleribus conuenientibus, ex quibus fercula ſiunt. Endiuia domeſtica; quia hortulana frigi. & hu. aperitiua, & aliquali participat ſtypticitate, confortat ſtomachū calidum, & magis ſylueſtris, quæ à quibusdā ponitur cali. quod nō credo. aperit oppilationes hepatis, & ipſum confortat in omni eius dyſcraſia. Auic. in ea & maxime in ſylueſtri non eſt nocumentum apparens ſicut in reliquis oleribus. dicunt quidā, q̄ peccus lædit: q̄ credo cōtingere ex eius ſtypticitate; ſed tale ē paruū nocumētū.

Spinachia fri. & hu. in fine primi, lenitiua, lauatiua, abſterſiua, & eſt melioris nutrimenti, q̄ blitis, & uincit choleram, & ualet in pleureſi, & maxime cholericæ, decoquatur prius

Panis materia prima ciborum.

Piſces ut comedēdi

prius in aqua benè lota, & gratior est absq; brodio ipsi stomacho. Habent mesuay. confert dolori pectoris, & pulmonis accidenti causa sanguinis.

Blitis frig. & hu. in secundo, abstersiua, subtiliatiua, lenitiua, aperitiua. lædit stomachū propter bauracitatē mordicantem; ideò mali chymi, & pauci nutrimenti. remouetur eius nocumentum; si prius bulliat in aqua, quæ proijciatur, deinde coquatur, & superponat aliquid zucchari, & in sanis condiatur cum almuri, aut aromatibus communibus.

De atriplice nihil niū, ut de blite; tamen apud nos non venit in usum cibariorum.

Lactuca frigida & humida in secundo, facilis digestionis, confort stomacho, & maximè calefacto. melior non abluta; abluta enim magis omnibus oleribus inducit inflammationem, melior decocta.

Portulaca fri. & humi. in secundo, & quædam fri. in tertio. eligatur foliorū latorum, dat paucum nutrimentū fri. viscosum, debilitat appetitū; confert tamen stomacho calido, & in quo est cholera, & cōfert inflammationi hepatis, & in sputo sanguinis. dura est ad digerendū; ideòq; decoquat.

Cucurbita fri. & hu. in secūdo. in frigidat, & humectat. cōuertitur faciliter ad naturam humoris, quem in stomacho inuenit. verū comestio agrestæ cum ea facit, ut inde bonus humor generetur, & præcipuè in stomacho calido, pauci nutrimenti, & maioris cum elixatur.

De granis pro ferculis. Far frumenti. Rub. 7.

DE GRANIS, ex quibus fercula fiunt, & primò de farre frumenti. vnde far frumenti, de quo in de temperatis supra. q. si cum eo aliquid tale; ut agrestæ, uinum granatorum, aut aliquod tale ponitur, si aliud non obstabit melius. item far speltæ dummodo bene decoquatur & cum zuccharo.

Hordeum excorticatum benè decoctū; est enim abstersiuum, mundificatiuū, aperitiuum, dat nutrimentū non multum. iuscula eius cum zuccharo sunt in casu conuenientia.

Faba humida, & si sit ratione suarum qualitatū conueniens, est tamè inconueniens maximè cum cortice comesta; quia inflatiua, uentosa, difficilis digestionis; tamen brodium eius dari poterit maximè, quando fuerit abiecta prima aqua moderatè tamen sicca excorticatur benè decocta non multum spissa, in pauca quantitate dari poterit.

Panicum frigidum in secundo habet stypticitatē, quæ remouebitur; si cum carnibus pinguis decoquatur. & ideò dari poterit in casu; sed non sit spissum, sed rarum, de panico fracto excorticato idem sequitur.

Amilum frigidum & siccum in primo. iuscula tamen ex eo facta cum modico farinæ frumenti, & zuccharo conueniunt, & laudabilem sanguinem generant.

Robiliæ dictæ mes fri. in primo, & mediæ inter sic. & hu. si decoquantur abiecta prima aqua, acetosentur cum granatis acetosis, conferunt febricitantibus Baldach. sequitur de radicibus, de quibus nulla est nostro proposito conueniens; sed de eis infra de dyscrasia frigida, & humida.

De vinctuosis. Oleum omphacinum. Rub. 8.

SEQUITUR ergo de oleo. Oleum omphacinum frig. est complexionis, & stomachum confortat, & melius est lotum; sicq; sua prohibetur inflammatio, & detur in modica quantitate.

Sequitur de adipe, pinguedine, & butyro. Butyrum nō conuenit, de quo in dyscrasia frigida. Adeps, aut pinguedo non conueniunt, de quo in dyscrasia frigida.

Ouum. Rubrica. 9.

SEQUITUR de ouis, de quibus dictum est in de temperatis, quæ non debent dari in casu isto, nisi alterata, & debili existente uirtute, & detur uitellus cum albumine.

Agrumina. Rubrica. 10.

DE AGRUMINIBVS nulla conueniunt, de quibus in dyscrasia frigida, & humida.

De fructibus. Granata. Rubrica. 11.

SEQUITUR de fructibus conuenientibus ratione qualitatum contrariarum, & primò de granatis. Granata dulcia frigida & humida in primo, & à quibusdam ad caliditatem declinare uidentur. conferunt ratione suarum qualitatum, & quia stomacho sunt grata; tamen cito in cholera conuertuntur. sed acetosa sunt cholera reprimentia; sed

A stomacho non ita conuenientia, & maximè frigidus, & febricitantibus cōferunt multum, & stomacho inflammato; sed dulcia nocent febr. habentibus acutas, dicit Auic.

Morum acetosum, domesticum frig. in primo, declinans ad humiditatem, confert ægritudinibus cholericis, & sanguineis, & non uidetur nocere, si de eo pauca quantitas sumatur. & eius comestio debet esse ante alios cibos; quoniam post cibum accelerat cibum ad corruptionem.

Pepo dulcis frig. & hu. ad secundum, abstersiuus, urinæ prouocatiuus tardæ digestionis, & in uia cibi nocet stomacho; sed in uia medicinæ pro quanto est alteratiuus, & maximè stomacho existēte calido prodest ei. debet assumi ante omnem cibum. et si latius scire cupis de eo uide supra de eo. itaque considera si de eo aliquid dari poterit.

Batheca frigidior & humidior pepone intra tamen fm. est magis abstersiua, faciliter in stomacho corrumpitur, & ad phlegma declinans, conuertitur faciliter in eum humorē quem inuenit, ut de cucurbita, & si non digeritur in uenensam conuertitur substantiam. non ergo danda.

B Cucumer aliquid pepone frigidior, duræ est digestionis, malum generat chymum & paratū corrumpi, & paratus est fieri materia malarū putridarum. ergo abstinendum.

De citrullo idem quod de cucumere, semina tamen narum in uia cibi condiendo fercula cum eis, ac ordinando panatam cum eis sunt maximè in casu nostro conferentia.

Pruna fri. & hu. ad secundum & præcipuè aquosa. nam ex eis dulciora sunt ad intra primum. grauāt stomachum, & uermes generant, conueniunt damascena siue augustana maximè ei qui habet cholera in stomacho. sed de eis uide supra, quia late de eis scripsi. sicca in ratione cibi retenta non uidentur multum nocere, sed prodesse magis in febribus sanguineis, & cholericis.

Poma dulcia benè matura, & aromatica à Theodosio pronuntiantur æqualis complexionis in actiuis, & cocta in pasta cum zuccharo confortant stomachum, sunt facilis digestionis, & nō generant malū humorem. et quia Auic. uidetur dicere omnes fructus nocent febricitantibus, uide de pomis supra ad plenum. & in casu nostro, ut opinor dari possunt cum moderamine.

C Pira dulcia odorifera matura fri. & sicca in primo. confortant stomachum, & sunt boni chymi, maxime cocta, unde per decoctionem tollitur nocumentum eorum de quo dicitur quod faciunt uenire cholicam. dentur cum pauco zuccharo & moderatè.

Persica frig. & hu. ad secundum licet stomachum cōfortent sunt putrescentia faciliter in stomacho. non ergo dentur nisi prius sufficienter præparentur.

Citonia fri. & sic. in secundo, duræ sunt digestionis, & maximè cruda, confortant stomachum, decocta meliora, & cum zuccharo detur pauca quātitas. nam appetitum reducunt mortuum, & in casu offerri possunt.

Arancia fri. & humi. in primo, vsq; ad secundum, lædunt stomachum frigidū sed conferunt calido cholericis, & acuitatem humorum reprimunt, dari possunt in casu & præcipuè succus eius & carnositas.

Limones frig. & humi. sunt ut arancia, & non salsi præcipuè. de quibus dic cum arancijs.

D Sorbæ sunt magis in usu uia medicinæ, tamen sunt confortantes stomachum sua stypticitate quæ maior est sua frigiditate, sunt tardæ digestionis, sed appetitum prouocant, non est de eis multum curandum.

Nespilla fri. & sic. in primo. confortant stomachū maximè calidū. duræ sunt digestionis, detur in parua quātitate.

Grisolima fri. & hu. in secundo, phlegma generant grossum, viscosum in concauitate hepatis, & uenarum, quare ex eis febres diurnæ fiunt, plurimāq; alia faciunt nocumenta, ut supra. ergo non danda.

Cerasa non inueni graduata, sed saltem in primo fri. & humi. verū sunt faciliter & cito putrefacientia, acetosa uero dicta in vulgari nostro ueræ siue maraschæ exiccata, & in aqua deinde infusa dari consueuerunt in febribus adultis, & sapor ex succo eorum factus conueniet in casu nostro, nisi stomachus sit ita frigidus.

Ubera, et si de eorū complexionē adhuc dubitent me-

Granata dulcia febricitantibus nocent.

Fructus oēs febricitantibus nocere.

Marasche ut comedendz.

dici, pono ea pro nunc fri. & hu. vide de eis supra. Sunt duræ digestionis, grauant stomachum, sunt mali chymi inflatiua, ideoq; relinquuntur.

Fungi ponuntur frigi. & hu. ad tertium, sunt difficilis digestionis, & quasi semper sicut masticantur emittuntur, & plurima habent nocumeta, ideo omittantur, & multa inutilia vide supra de eis.

Charubiæ non multum eleuantur in frigiditate & sic, sunt tardæ digestionis, confortant stomachum, & earum nocumentum remouetur si cum penidiis comedantur non multum conueniunt, sed in excitatione appetitus, aliquid, & non multum nocebunt.

Myrtus frig. & sic. in primo venit in vsum per succum eius etiam quia ponitur in ventribus auium cum assantur vel elixantur, confortat stomachum & maxime calidum.

Berberis fri. & sic. in secundo. confortat stomachum calidum & hepar. tollit sitim, & reprimat cholera, & in casu iuuat, vt de myrto dictum est.

De lacte & lacticiuijs. Rubrica. 12.

LACT humanum ca. & hu. complexionis si venit in vsum datur phthificis & hecticis. Lac brutale pro nunc ponetur fri. & hu. complexionis de qua complexione est dubitatio & vide de eo supra quod cum steterit multum plus infrigidatur. non concedatur febrientibus putrida forti scilicet febre, sed phthificis & hecticis dari potest. Lac acetosum consimiliter conuenit, & maxime est stomachi grauium, tardæ digestionis vide de eius acetositate supra de eo.

Caseus recens non salitus, fri. & hu. complexionis vsque ad tertium, vt Aui. licet Isaac ad primum. vide de eo, est stomacho satis conueniens, nutritiuus, impinguius, & facile ad membra transiens qui in casu concedi potest & moderate. Caseus salitus ad caliditate declinat, & ideo de eo hic nihil. De melle & sapa nihil ad præsens, quoniam calida sunt & sicca.

De aromatibus. Coriandrum. Rubrica. 13.

DE aromatibus nihil, excepto coriandro, de quo dicitur quod frig. est in primo. sic. in secundo. Confortat stomachum calefactum, licet tardæ sit digestionis. resoluit ventositates in eo existentes, & retinet cibum in stomacho. unde dari potest in casu, & in substantia præparatum, & in puluere condimentis loco specierum positum.

De saporibus, & geladorcio infra de compositis. Rubrica. 14.

DE præparatione ciborum dico quod elixa magis conueniunt assatis in casu.

De uino. Rubrica. 15.

VINUM vniuersaliter calidum, ideoq; competere non videtur, sed magis potus aquæ de quo statim. Tu tamen bene consuetudinem considera, quæ altera est natura, & virtutis tenorem. in quibus casibus dari potest pauciferum bonæ vel medietatis, quia nouum est inflatiuum, & difficilis digestionis. Aurelium vel ad citrinitatem declinans non dulce &c. de quo vino ad plenum habes supra de eo. & ibi de vino granatorum confert.

De aqua. Rubrica. 16.

AQUA fri. & hu. ad quartum. est enim ex stupefactiuis domesticis. septima tertij de medicinis stupefactiuis, nocet stomacho, & maxime frigido pectori, & habentibus apostemata in visceribus, & oppilationes, confert tamé calidis, & siccis. Et decocta cum zuccharo in casu nostro poterit dari si aliud non obstabit. De ipsa uide quæ scripta sunt supra de ea & pulchra. eligantur cisternæ. aqua hordei de qua in sequenti tractatu confert. vide infra.

De aceto. Rubrica. 17.

ACETVM fri. in primo. siccum in secundo, confert stomacho calido & humido, & mouet appetitum, prodest sanguineis, & cholericis, ac phlegmaticis, nocet melancholicis, matrici, & ægritudinibus neruorum, & sit non vinosum, & confert in casu nostro.

De agresto. Rubrica. 18.

AGRESTVM siue agreste frigi. & sic. in secundo. Confortat stomachum debilitatum ex inflammatione, valet vomitui cholericis, excitat appetitum, deicit sitim, & inflammationem, & in casu nostro conuenit.

ARGVMENTVM IN CAP. III.

Cholerici vtantur humectantibus; sicut pulli gallinarum, & gallorum iuuenum, extremitates porcorum, & carnes vitulina, & vino subtili, & odorifero non fumoso, nec acuto. cibetur bis in die, sed cibi neque subtiles sint, neque dulces. indiget igitur cibus duræ digestionis.

De cibus simplicibus valentibus cholericis.

Sequitur de simplicibus distemperatis valentibus in discrasia calida & sicca merito suarum qualitatum, & si quandoque ex alia causa aliqua eorum disconueniant, vt inferius de eis eo ordine quo de præcedentibus dictum est. memorare aliarum quinque rerum non naturalium vt in præcedenti ordine scriptum est.

Panis. Rubrica. 1.

PANIS ita dicatur de eo vt in discrasia calida & humida dictum est. verum hunc canonem hic nota quod inferiora frigida alijs paribus competunt in cholericis alijs, & etiam in sanguinea oportet variare secundum intensionem, & remissionem caliditatem ipsius sanguinis.

Rubrica. 11.

De herbis ex quibus fit saluaticium vt in præcedenti ordine dicatur. de carnibus tam in bipedibus quam quadrupedibus, idem vt supra. de cancri, de ostrachis idem. de herbis, de granis ex quibus fercula fiunt, de radicibus quæ veniunt in vsum cibi idem. de oleo, pinguedine, & butyro ex quibus fercula fiunt idem. de ouis dictum est in distemperatis. de agruminibus, de fructibus, de lacte, & conuenit acetosum in casu. de caseo, de melle, de vino cocto idem. de aromatibus. de coriandro. de modo præparationis ciborum, elixa meliora alijs paribus. sapores & geladorcia ex rebus frigidis conueniunt, & de ipsis infra de compositis. de vino minus adhuc competit in hoc casu. de aqua. de aceto. de agresto idem.

ARGVMENTVM IN CAP. IIII.

Vetus phlegmatici declinet ad calidum, & siccu; vt est panis bene fermentatus tritici cum modico salis. ijs forte satis est comedere semel in die; sed cibus sit facilis digestionis, euitent aquam, atque ceruisiam; sed vinum odoriferum, subtile in substantia, & actione adament. vigilia interdum confert.

De cibus simplicibus conuenientibus phlegmaticis.

De simplicibus autem distemperatis valentibus in discrasia fr. & hu. merito suarum qualitatum dicendum, & si quando ex alia causa aliqua eorum disconueniant vt inferius de eis eo ordine quo de præcedentibus. memorare aliarum. v. rerum non naturalium, vt supra de discrasia cal. & hu. & ea ut decet tuo accommoda proposito.

De pane. Rubrica. 1.

PANIS de similia conuenit ut in discrasia sanguinea dictum est, & maxime cum aliquibus seminibus anisi si fuerit multum intensa. de quo pane uide quid de eo dicitur infra de cibus compositis.

De herbis pro saluaticio. Mentha. Rub. 2.

HERBAE ex quibus saluaticia fieri possunt sunt mentha quæ ca. & sic. in secundo est. confortat stomachum, & maxime phlegmaticis, prohibet uomitum, digestionem procurat. eligatur hortulana. decoquatur, nam cruda ut cætera talia digestionem ita non est proportionata, commisceatur cum lactuca, endiuiâ & huiusmodi propter caliditate præter naturam & confert in casu nostro.

Saluia. ca. in primo. sic. in secundo. stomachum confortat, & humiditates eius exiccat & cerebrum, uentositates resoluit, oppilationes aperit, intestina confortat debilia, inebriat uelociter cum in uino ponitur. & ideo aduerte propter facientes uinum saluiatum est in usu catarrhi decoquatur, & cum lactuca & endiuiâ aut huiusmodi commisceatur propter caliditate præter naturam, & tuum semper est moderare.

Borago

Saluia
vino inebriat.

Borago cali. & humido complexionis in primo. commiſceatur cum lactuca & ſua humiditate contra operatur ſiccitati præter naturali, confortat cor, & in eius paſſionibus multum confert & in caſu noſtro cocta.

Cappares cali. & ſic. in ſecundo. eligantur alexandrini. ſunt incifui, mundificatiui ſuperfluitatum, ſtomachi oppilationum aperitiui, diuretici hepatis, & ſplenis conuenientes. ſunt tamen mali nutrimenti, & ſanguinis melancholici generatiui. remouetur eorum nocumentum ſi cum aceto, & oleo cõdiantur, & bene decoqui debet quia digeſtionẽ aliquãliter graũat, cõueniunt in caſu nro loco ſaluticij.

De carnibus. Rubrica. 3.

CONVENIUNT ex bipedibus, & quadrupedibus temperatis de quibus actum eſt in de temperatis.

De turdis & merulis qui cali. & ſic. ſunt in primo dicatur q̄ ſunt difficilis digeſtionis, & meruli difficilioris quã turdi. remouetur eorũ nocumentũ ſi cum brodijs pingui- bus coquantur. eligantur pingues et cũ nycticorace capti.

Aues minutæ uidentur declinare ad latus caliditatis ſunt tñ laudabilis nutrimenti, & facilis digeſtionis, & ſanis, & inſirmis conferunt. eligantur pingues, & cum aue captæ.

Turtures cali. & ſic. ad ſecundũ habent humiditatem ſuperfluam. ſunt difficilis digeſtionis, & malum dant nutrimentũ, & ideo omittantur. unde de eis ſupra ad longum.

Alauda. cali. & ſic. ad ſecundum ſunt difficilis digeſtionis omittantur, & ſpecialiter à nobilibus. pro ruſticis & habetibus ſtomachũ fortem aliter. & dentur tunc alaudæ elixæ.

Aquaticæ aues cali. & ſic. caro earum mala, & multarum ſuperfluitatum generatiua. omittantur ergo.

Lepus cali. & ſic. ad ſecundũ Baldach. elixæ ſunt ſatis digeſtibiles. eligantur iuuenes & pingues. per uenatores capti, & dari poterunt in caſu noſtro.

Paſſeres cali. & ſic. ad tertium. duræ ſunt digeſtionis. de quibus Auic. Omnes paſſeres malæ ſunt, omittantur.

Splen. cali. & ſic. complexionis ad ſecundum omittatur, difficilis digeſtionis, & malum dat nutrimentum.

De piſcibus. Rubrica. 4.

PISCES non conueniunt recentes niſi ut appetitum excitent, etiam ſi alterentur, ut infra de compositis.

Saliti uero ratione qualitatum ſic, item de his aliquid dare dummodo ſint ex laudatis non inconueniret. tu itaq; ſemper modera.

Cancri & conchilia, & huiusmodi non conueniunt, de quibus in diſtemperantia calida, & humida.

De herbis pro ſerculo. Rub. 5.

PETROSELLINVS cali. & ſic. in ſecundo uſq; ad tertium, cum alijs comeſtis, & maximè herba eius digeſtionẽ confortat. radix eius difficilis digeſtionis. remouetur eius nocumentum per bonam & longam decoctionem. diureticus eſt diſſoluens uentofitatem.

Blitones calidi, & ſicci complexionis in primo. nocent ſtomacho propter ſuam humiditatem ſuperfluam. remouetur nocumentum ſi decoquantur benè abiecta prima aqua, & ſi cum aceto & oleo omphacino præparentur, & conuenirent in caſu noſtro.

Apium calidũ, & ſiccum in ſecundo nõ conſueuit uenire in uſum cibariorum niſi in ſaluticio. eſt aperitiuum, & conuenit ſpleni & hepati, prouocat mēſtrua, & incitat libidinem propter quod lactantibus & prægnantibus inconueniens. in caſu noſtro folia eius cum lactuca dari poſſunt.

Caulis calida in primo, ſicca in ſecundo, & ſtomacho minus nociuæ ſunt ſummitates, & meliores hyemales, tardæ digeſtionis, & curſus tardioris, pauci nutrimenti. remouetur nocumentum ſi cum pinguibus carnibus gallinaceis decoquantur abiecta prima aqua, & brodium tale dari poterit in caſu noſtro. ergo &c.

Maiorana cali. & ſicca in tertio nõ uenit in uſum cibarij niſi gratia odoris, cum alijs cõmiſcetur. confortat omnia uiſcera, & præcipuè caput, & in caſu noſtro dari poterit.

Artemiſia non uenit in uſum cibarij niſi in limealis calidis & ſiccis in ſecundo eſt ſtomachi cõfortatiua, in caſu noſtro concedi poterit.

Eruca calida in ſecundo & humida in primo. non uenit communiter, niſi in ſaluticij cum lactuca, & eſt cum eo ſa-

A lubris: ſola tamen capiti nocet. ergo &c.

Ruta calid. & ſicca in ſecundo hu. & ſic. in tertio. confortat ſtomachum & appetitum, ſedat ſingultũ phlegmaticũ, & dari poteſt cum alijs in caſu noſtro. ergo &c.

Rosmarinus cali. & ſiccus uſq; ad tertium. in uſum uenit cum alijs propter ſuum odorem, & ruſtici corpora leporum implent ut ſint odorifera. eſt calefactiuus, reſolutiuus, ſubtiliatiuus. aperit oppilationes hepatis, ſplenis, & inteſtinorum. confortat caput maximè ex cauſa frigida, conuenit cum alijs in caſu noſtro.

De granis pro ſerculis. Rubr. 6.

CICER ALBUM cal. & ſic. in primo, & maximè ſiccũ; nõ recens difficilis digeſtionis, & maximè cũ cortice, inflatiuum, uentofitatem faciens: ſed abiectis corticibus pulmonem nutrit, & conuenit hydropicis, hepaticis, & ſplenicis. nigrum fortius eo; ſed rubeum inter hæc mediũ, urinae prouocatiuum, deoppilatiuum, & eius decoctio lapidẽm frangit, ualet in caſu noſtro in uia cibi.

B Rizum calidum in primo, & ſiccum in ſecundo multum præbet nutrimentum. corriguntur nocumenta eius, ut ſuprà de eo, & dari poterit in caſu noſtro.

De radicibus. Enula. Rubr. 7.

ENULA cal. & ſicca in ſecundo. radix eius benè decoquatur, & minutim incidantur, & cum uino cocta dari poterit, eſt multum pectoralis. eligatur parua.

Raphanus ca. in. iij. ſic. in. ij. difficilis digeſtionis faciens eructuationẽ, nocet capiti, & uiſui multum comeſtus, non det in caſu. lege de eo ſuprà. ſanis ſatis utilis, ut ibi patebit.

De unctuoſis. Oleum. Rubrica. 8.

OLEVM conuenit omphacinum maximè, ſi timetur de inflammatione propter caliditatem præternaturã. quod, ſi non ex oliuis maturis dari poterit in modica quantitate, qui ſcilicet ſit boni odoris, ſaporis, non uetus &c.

Adeps cal. & hu. complexionis uſq; ad ſecundũ. eligatur de animali tẽperato. laxat ſtomachũ. nauſeam facit. omittatur; quia multa facit nocumẽta; ut ſuprà de ea, & nullum iuuamentum niſi ad gulæ æternitatem.

De butyro dictũ eſt in diſcrasia fri. & ſic. & tu confidera.

De ouis dictum eſt in de temperatis.

C De agruminibus. Allium. Rubr. 9.

ALLIUM domesticum cali. & ſic. in tertio uſq; ad quartum ratione qualitatum ſuarum reſpectu materiæ conueniret; ſed, quando ex eo timetur inflammatio, etiã, quia pauci, & prauus eſt nutrimenti; non conuenit in caſu. eſt tamẽ incifium, ſubtiliatiuum, uentofitatum carminatiuũ, plus omni alia re aperit oppilationes, puocat urinã ita, q̄ ſi eius nõ timetur inflãmatio; concedi poteſt: lædit tamen caput.

Coepe calida & ſicca in tertio. et ex eo melius album. eſt ſubtiliatiuum, incifium, prouocatiuum appetitus; eſt tamen difficilis digeſtionis. minoratur nocumentum eius cum aceto comeſtum quantitate moderata. item dicatur de ſcalumnijs, ſiue bulbo.

Porum cal. & ſic. in tertio, inflamatiuum malum ſtomacho. difficilis digeſtionis, & illaudabilem generat humorem, facit capitis dolorem, non detur.

De fructibus. Ficus. Rubrica. 10.

FICVS ſicca cali. & ſic. in fine primi. ſunt bonæ ſtomacho, & in ieiunio eſt mirabilis ad aperiendũ uia cibi. Auic. & cum amygdala comeſta mundificat pectus. aperit oppilationes hepatis, ſplenis, & ſtomachi ſuperfluitates mundificat, eſt medicina rennũ & ueſicæ. ſunt aliquãliter difficilis digeſtionis; & ideo eligantur corticum ſubtilium.

Lupinus calidus, & ſiccus complexionis inflatiuus eſt difficilis digeſtionis, omittatur.

Pineoli ſunt calidi in ſecundo ſicci in primo, ſunt difficilis digeſtionis. mordicatiui parietum ſtomachi, groſſum dant nutrimentum, & ad diſſoluendum difficile. prius inſundantur in aqua calida, deinde exiccentur, & ſic eorum nocumenta remouentur, & laudabile dant corpori nutrimentum & in caſu conferunt.

Nux cali. in ſecundo, ſic. in primo, difficilis digeſtionis, nocet ſtomacho, & choleram generat: ideoq; ſtomacho calido nocet; ſed, ſi cum ficibus comedatur; liudabile generat ſanguinem. nocet pectori, & ſi cum ſale aut amygdalis

Practica S. G 3 come-

Pineolã
vt come-
dendi.

Nux cum
ficub⁹ co-
medenda.

comedatur; remouetur nocumentum eius. itaque in casu in parua quantitate, & non utendo &c. dari poterit.

Castanea calida, & sicca in primo. difficilis digestionis, multiplicat inflationem, & humores phlegmaticos indigestos facit, maximè in delicatis, omittatur.

Auellana ad caliditatem quandam, & paruam humiditatem declinat, sicca ad siccitatem. & est humida, aperitiua, boni chymi, hepatis confert, & humida stomacho minus nocet, & difficilis est digestionis, & uentositatem multiplicat. remouetur nocumentum si mundetur, & vsuletur, choleram generat: ideoque in parua quantitate interdum concedi poterit, & tu semper modera.

Phistici calidi, & sicci in secundo, uehementioris caliditatis, quam nux, & amygdala, stomatici, & bonum præstāt nutrimentum. sunt & hepatici, pulmonem mundificant; ideoque in casu concedi possent.

De lacticinijs. Rubr. 11.

DE LACTE actum est de dyscrasia calida, & humida. Caseus salitus cali. & siccus in tertio maximè uetus. audi Isaac. cauendus est; quia nō est bonus ad nutriendū, neq; ad bonū sanguinē generandū; sed est causa generandi lapidem in renibus, & vesica. caseus tñ dulcis dictus, & modicū salitus ad caliditatem declinat, & siccus multū ad siccitatem. de ipso datus post cibū, & in modica quantitate, dicit Rasis, q̄ stomachum corroborat, & etiam in casu dari possit.

De melle. Rubr. 12.

MEL calidū, & siccū in secundo, crudum uentositatem, & inflationem generat, & coctū ab his remouet nocumētis. valet in paralyti, epilepsia, & huiusmodi & in casu conuenit.

De sapa. Rubrica. 13.

IAM consequenter de sapa. unde vinum coctum calid. & siccū in secundo, duræ digestionis, inflationem, multū nutrit, & est renum, & uesicæ medicina. uerū, quia in saporibus, & geladofcio de eo modicum ponitur; in casu concei poterit, si inflatio, aut aliquid tale nō obstabit; quia tā mel, quā sapa ueniunt in usum saporum. institui de synapi quod sic in usum nostrum uenit cum eis dicere.

De aromatibus. Rubr. 14.

SINAPIS cali. & sic. usq; ad quartum, exicat humiditates stomachi, & est splenis extenuatiuū, lædit cerebrum; sed admistio amygdalarum cum eo id remouet, & in casu dari poterit, si non erit obsistens.

ANISVM cali. in secundo sicco in tertio, cōfert oppilationibus hepatis, & splenis, carminat uentositates, sedat dolores, prouocat, & mundificat oppilationes renū, & uesicæ, confortat stomachum frigidum, in quo multiplicantur uentositates, confert in casu.

Foeniculus cal. & sic. in secundo, tardæ est digestionis, & est eius nutrimentū malum, aperit oppilationes hepatis, & renū, lapidem frangit, datur cū alijs in pauca quantitate, & nō nocebit multum, & dari poterit. itē & eius decoctio; si inflammatio, aut aliquod tale non prohibuerit. considera.

Cinnamomum calidū, & siccum ad tertium. præ cæteris stomachum magis cōfortat, & præcipue frigidum, & ideo aromatizentur ex eo cibaria; si nō fuerit caliditas obsistēs, aperit oppilationes, expellit uentositates, & multa alia facit iuuamenta. valet in casu nostro.

De pipere tantum dicatur, q̄ calidum est & siccū in tertio tendens ad quartum. Auic. scilicet de ipso uide supra. album plus cæteris stomachum confortat, & est digestiuū, & longum facit cibum facile descendere. valet in casu; si non obstabit mala complexio calida.

Garyophylli calidi, & sicci ad tertium, cōfortant stomachum, & hepar, & dolori stomachi ualent ex uentositatibus. unde de eis supra multa pulchra conueniunt; si non obstabit mala caliditas.

Zinziber calidum in tertio siccū in secundo. resolutiuū, & stomachi confortatiuum, nō inuenio nocumentum. confert; nisi obstet caliditas mala, aut aliquod tale; & ideo modera, & tu considera.

Crocus cal. in secundo. sic. in primo. cōfortat stomachum, & appetitum deijcit, & nausæam facit: & ideo de eo modica ponitur quantitas. confert in casu, nisi sit ut supra. uide de eo supra multa, & iuuamenta, & nocumenta, & tu ibi con-

sidera. sequitur de modo præparationis ciborum, & similiter, quod assata sunt alijs paribus meliora.

De potu. Rubrica. 15.

SEQUITUR de uino, unde de eo dictum est superius; qm̄ calidū est, & siccū; uideretur competere in casu; sed considera malam complexionem, & huiusmodi. & tu uide de eo supra, & considera, utrum pauciferum potēs, aut mediocre conferat in casu. de aqua, de aceto, de agresto uide de dyscrasia calida humida.

ARGUMENTVM IN CAP. V.

MELANCHOLICI utantur cibis calidis & humidis. cibentur bis in die, non indigeāt cibis duræ digestionis; uerū temperatum sit eis exercitium, balneum aquæ dulcis, somnus, & quies.

De cibis simplicibus ualentibus melancholicis.

DIcimus de simplicibus distemperatis ualentibus in dyscrasia frigida, & sicca merito suarum qualitātū. & si quandoq; ex aliqua alia causa non conueniūt, ut infra de eis eo ordine, quo de præcedētibus dictum est; memorare aliarum quinque rerum naturalium. ut in præcedenti ordine scriptum est.

Panis. Rubrica. 1.

PANIS de similia conuenit, de quo supra in dyscrasia calida, & humida.

Borago. Rubrica. 2.

SEQUITUR de herbis ex quibus fiunt saluaticia. Borago, cum qua commisceantur lactuca, & alia dicta de dyscrasia frigida, & humida de quibus supra.

De carnibus. Rubrica. 3.

CARNES temperatæ, & de eis iam actum est, & conueniunt in casu nostro.

Gallina calida est & humida, & parum, & maximè iuuenis; quia decrepita ad frigidā & siccā uideretur declinare. dicit Gal. neque est conuertibilis in choleram, neq; in phlegma, bonum efficit sanguinem, & colorem; propter quod mulieres eam diligunt, facile satis digeritur.

Aries cali. & hu. complexionis, ut existimo, in primo intelligo per arietem castratum, & non multonem sic dictum apud nos; quoniā illorum caro tam iuuenū, quā decrepitum mala est. aries iuuenis, mediocri pinguedinis optima est omni ætati, & omni complexionis: unde plures eas temperatas posuerunt. et quidam, ut Auer. parum distare à carnibus hœdi dixit: conuenit in casu.

Porcus calidum & humidum complexionis in primo, & magis humidum quā calidum multum nutrit. ut. 7. therapeut. nutritibilissimum uerò omnium, quæ nouimus est, caro porcina; est tamen uiscosa, difficilis digestionis, & syluestris, facilioris. conuenit fortibus stomachis, & pueris, qui fortis hystimbrie. antiqua uerò mala, & humorum melancholicorum generatiua. non conuenit.

Caro agni lactantis cal. in primo. & hu. in secundo, multi phlegmatis uiscosi generatiua indigestibilis, & citò sua lubricitate ante eius digestionem à stomacho descendit, præcipue in habentibus stomachum humidum. caro uerò agni non lactantis minus ca. et Auer. auctoritate Rasis ipsam ponit in bonitate apud carnem hœdorum: non detur.

Caro ouis decrepitæ est mala, mali humoris generatiua, calida & humida minus, quā agnellina ita, ut ad siccitatem tendat. bidentis uerò caro ab Isaac laudatur, & ita in superficie ipse Auic. non detur, & tu considera.

Caro columborum cal. & hu. ad secundum, difficilis digestionis, sanguinem generat aptum faciliter inflammari; propter quod febricitantibus non conuenit, & assati nocent cerebro, & oculis etiam: non conuenit.

Anatum caro calidior est omni carne auium domesticarum: unde talis in secundo. maximè nocet febricitantibus, grauis est digestionis, generat fastidium, & superfluitates plures, plurimum tamen dat nutrimentum; cum bene digeritur, & est inter aues lacunales humidior omni Hippoc. pon conuenit.

Pauones

Pauones ca. & hu. difficilis digestionis, melancholici sanguinis generatiui, & sunt quietis, & occiosis, malus cibus; rusticis uerò & his, qui utuntur forti exercitio conueniens fatis, & præcipue iuuenis: non conuenit.

Caro quælearum ca. & hu. usq; ad secundum multum humanam temperatis, quàm intemperatis cibus etiã conueniens, difficilis digestionis, & corpus præparat ad febrem, auget eas: non conuenit.

Caro oculorum de animali pingui fri. & hu. complexio: nis, & ex sicco sicut grues sunt ad digerendum, & uiscosum dant nutrimentum; ergo non conueniunt.

Caro caudæ calid. est complexionis, & satis conuenientis nutrimenti propter motum suum continuũ, stomacho nocet, & fastidium facit, si de ea multoties comedatur, & cholera generat rubeam, non conuenit nisi moderatè, & tu considera.

Hepar ca. & hu. complexionis ad secundum, difficilis digestionis, grossum dans sanguinem, & si digeritur benè; laudabilem sanguinem facit. non conuenit nisi gratia procurã di appetitum, & in pauca quantitate.

Testiculorum caro ca. & humi. & quæ est ex animalibus magnis difficilis est digestionis; sed gallorum non dum coentium bona, & bonum dat nutrimentum. conuenit.

Pro prædictis notandus est iste canon: nam, licet dictum sit non conuenire &c. modera tamentu, & in singulis considera.

Rubrica. 4.

Sequitur de piscibus, de quibus dictum est in dyscrasia frigida, & humida.

De oleribus pro ferculis. Borago. Rub. 5.

BORAGO ca. & hum. complexionis in prima mansione primi, saltem quo ad caliditatem, est magis hu. quàm ca. bonum generat sanguinem, ualet in ægritudinibus melancholicis, confert cardiacis, syncopi, & ualet ad firmandum memoriam usus eius, & tu considera. conuenit.

Rapa ca. & hu. in primo multum nutritiua, unde Isaac, plus cæteris herbis nutrit. difficilis est digestionis, & maxime radix, folijs suis coitum excitat, & sperma auget, inflationem, & uentositatem generat, & eorum nocumetorum remotio quæratu supra secundo tractatu. conuenit, & quæ dicta sunt in dyscrasia frigida, & humida moderando ea tuo proposito.

Tri.

Rub. 6.

TRI ca. & hu. superflua tarda digestionis, & descensionis à stomacho, & maxime azimum, fermentatum melius præparatum, ut de eo in præcedenti tractatu, confert pulmone, pectori, & tussi, & consumptis, & maxime cū zuccharo, aut cum penidiis sumptum, & uentrem lenit. conuenit.

De granis pro ferculis. Fafeoli. Rub. 7.

Sequitur de granis, & primo de fafeolis. unde fafeoli calidi, & humidi in primo, inflant, & stomacho nocent, & magis, qui sunt ex eis albi, humorum grossorum generatiui phlegmaticorum, inducunt scotomiam, & somnia mala faciunt, & deteriores sunt recentes, conferunt pectori, & pulmone, & prouocant urinam, & menstrua, & maxime rubei, & præcipue eorum decoctio cum oleo de neridem, & artemisia non conueniunt.

Pastinacha. Rub. 8.

PASTINACHA ca. in secundo hum. in primo, difficilis est digestionis, duri, & grossi nutrimenti, inflatiua, corrupti, & mali sanguinis prouocatiua, coitum excitat, mēstrua prouocat, & urinam, & maxime semen eius est forte remedium in paruulis. non conuenit.

De Vnctuos. De oleo iam dictum est in de temperatis. Rub. 9.

DE ADIPE, & pinguedine sequit. unde magis adeps, & pinguedo calid. & humid. complexionis. laxant stomachum, & nauseam inducunt, & pinguedo facilius in cholera conuertitur, & comestæ solæ phlegma, & oppilationē faciunt, & corrumpunt cibum facientes ipsum leuigare. non conueniunt.

Butyrum calid. in primo humi. in eodem. corpus nutrit, & impinguat, confert tussientibus ex causa frigi. & sicca, & proprie cum amygdalis, & zuccharo, sreatum reddit fa

cile, si admistum est inflatiuum. uillos stomachi mollificat, & relaxat, & non assuetis nauseam facit, ut cætera unctuosita. natat super cibum in stomacho, facit cibum difficilius digeri. lubricat eum de stomacho, antequam coctionis repletum tempus sit. non conuenit, nisi in assuetis, & cum moderamine. considera.

Rubrica. 10.

ORA competunt. de eis supra in de temperatis.

Rubrica. 11.

AGRUMINA non conueniunt.

De fructibus. Ficus. Rub. 12.

SEQUITUR de fructibus. unde ficus humi. & calid. in primo nocet stomacho, & maxime cum corticibus comesta est inflatiua, & dolorem uentris inducens, oppilatiua, factiua fluxus uentris, & est conferens renibus, & uesicæ. non conuenit.

Iuiubæ ca. & hu. in primo. dura digestionis; & ideo stomacho nocent, generant phlegma, & sanguinem phlegmaticum. sunt inflatiua. & Auic. auctoritate Gal. non reperiri iuiubas in conseruanda sanitate, & remouenda ægritudine aliquid operantes; sed reperiri eas difficilis digestionis, & pauci nutrimenti. decoctio maturarum asperitatem pectoris lenit, & pulmonem. sunt secundum quosdam vrinx, & menstruorum prouocatiua. non conueniunt in casu nostro.

Pomum dulce ca. & hu. in primo, & specialiter maturum: immaturum uerò ad fri. & hu. declinat, & est malorum humorum generatiuum, facile putrescibile, & fortasse hoc blasphant medici. maturum uerò coctum abiectis corticibus pauco zuccharo. confortat stomachum, debilitatum appetitum prouocat, & confortat cor, & digestionem, delet syncopim, non sit difficilis digestionis. sed nota, quod vsus uernalium inducit neruorum dolorem, & malam dispositionem. potest dari de eo aliquid aliquando.

Morum dulce ca. & hu. in primo, est malum stomacho, & facile in eo corrumpitur, & eius corruptio mala est, & multum nociua. non conuenit.

Amygdalæ dulces matura ca. sunt & humi. in primo. & remotis corticibus minus difficiles sunt digestionis. bonum præbent nutrimentum; licet parum, & augmentat sperma, & substantiam cerebri. faciunt suauiter dormire; sunt enim euaporatiua, & mundificant uias vrinx, & eius acuitatem, & ardorem remittunt, corpus impinguant, conferunt tussi antiquæ, asthmatis, pleuresi, & sputo sanguinis, sed ex quibus causis considera. & in cholera cito conuertuntur.

Auellana ca. & hum. in primo, & maxime recens, generatiua est cholera, inflationum, uentositatum, & maxime in uentre inferiori. facit sodam; licet in cerebro augmentum præstet, tarda est digestionis, & maxime sic. & uomitum excitat. non conuenit.

Vua matura calid. in primo humi. in secundo. melior alba, subtilium corticum; ut de ea in præcedenti tractatu. boni est nutrimenti, corpus impinguat, & ipsum confortat. in stomacho uacuo, & forti benè digeritur, & sanguinem laudabilem facit, pectori, & pulmone confert. & quæ est a vite immediatè collecta, inflat corpus, uentrem laxat, rugitum facit, & fumum nociuum plurimum creat, & si stomachum inuenit repletum; conuertitur in malos humores. & uua dulcis nocet hepatis, & spleni oppillando. & quæ est duorum corticum, difficilius digeritur: potest de prima dari. tu considera.

Dactyli dulces ca. sunt & hu. ad secundum. difficilis sunt digestionis, sanguinis grossi generatiui, nocent gingiuis, dentibus, gutturi, & uoci. iuuant in remouendo oppilationem pulmonis, & eius nocumentum, & maxime per quartam uirtutem. non conueniunt.

De lacte & lacticiuijs. Lac. Rub. 13.

LAC humanum ca. & hu. complexione propinquum naturæ humanæ, senibus, consumptis, phthificis non multum febrientibus maxime conueniens, colorem efficit bonum, nutrit, & impinguat, confert tussientibus tussi sicca, & magis iuuat pectus, quàm stomachum, & de ipso magis infra in de cibis frig. & hum. dari poterit, & de ipso supra in dyscrasia calida & sicca.

Caseus dulcis parum salitus post cibum, ut supra de dyscrasia

scrasia frigida, & humida.
 Mel. Rub. 14.
DE MELLE, & sapa in uia saporis, & modica quantitate; nisi obstat inflatio, concedi poterit, maximè si fiet contra operantia aliqualis; ut infra de compositis.

Zuccharum. Rub. 15.
ZUCCHARVM duarum coctionum cal. est in primo & hu. in eodem. confert stomacho, in quo non generatur cholera propter facilitatem conuersionis eius in eam, & stomachum mundificat, & abstergit à phlegmate, & propriè anti quum. lenit uentrem, & pectoris asperitatem remouet. confert doloribus renum, & uesicæ. abstergit obscuritatem uisus, aperit oppilationes, sitim causat, & in choleram citò conuertitur. & conuenit.

Rubrica. 16.
 Sequitur de aromatibus, de quibus actum est in dyscrasia frig. & hum. uidentur etiam in condimentis posse dari si non obstat inflammatio. s. cinnamomum, zinziber, piper, garyophylli.

Rubrica. 17.
 Sequitur de præparatione ciborum. dicatur, quòd elixa sunt aliis paribus meliora.

Rubrica. 18.
DE VINO confert aurelium, uel citrinum pauciferum & considera.

Aqua zuccharata, aut cum dactylis cocta confert. & considera.

Acetum non uidetur conferre in uia cibi; sed ut incisuum, subtiliatium, aperitiuum, sic ut infra de syrup. aceto- so simplici.

Agresta de quo supra in dyscrasia ca. & hum. non uidetur directè conferre; sed gratia excitandi appetitum in modica quantitate concedi poterit, & moderatè.

Canon notandus. Rub. 19.

ET pro his nota canonem generalem; quia, licet dictum sit non confert; non conuenit; tamen aliquando de tali re dari poterit ratione actus sui optimi effectus: ut, quia dato, quòd multa inducat accidentia mala; tamen illud, quòd quæritur, superabit ex parte sui iuuamenti omnia illa; ut uerbi gratia, cicer mala plurima inducit, ut inflationem, & huiusmodi, ut patet de eo; tamen; quia per ipsum quæro frangere lapidem &c. hinc dabo considerans per hoc solum iuuamentum superare omnia alia nocumenta; & idè in omnibus talibus te modera. præterea aliquando ex magno appetitu infirmi corrigitur malitia iuxta illud Senis nostri aphorif. xxxvii. sect. ij. parum deterior potus, aut cibus, &c. in omnibus ergò his prudentia tua utere.

ARGUMENTVM IN CAP. VI.

NUNC de cibus compositis in ægritudine sanguinea ualentibus percurramus, ac primum de pane, qui debet esse ex frumento electo, semel decoctus, ex flore farinae, mediocriter fermentatus, non adeò salitus, coctus moderatè in furno, unius diei uel duorum, mediocris quantitatis, non acti calidus, sed frigidus. hunc sequitur panata, que in hac ægritudine fit ex lacte seminum maiorum frigidorum confecta, & cum aqua, uel pullorum iure. sic ptisana zuccharo, uel manuchristi perlato maximè confert, atque contusum cum uino granatorum compositum, & aqua carnis cum rosis in aqua rosarum, uel uino granatorum, præterea consumatum, sic nobis dictum, & gelatina cum lactuca, uiola, & cæteris sanguineis morbis conuenit, item ius pullorum, & quæ nunc brodeta dicimus cum uino granatorum, uel agreste, herba frigida, sicut lactuca sed nisi firmo stomacho parentur, cucurbita, lens decocta ter, aut quater, panicum cum lacte amygdalarum, & uino gra. far. & similia agro apponantur, ut infra patebit.

De cibus compositis in ægritudine sanguinea ualentibus, & de potu.

Intentio auctoris. Rubrica. 1.

DICTVRVS de cibus ipsis compositis in ægritudine bus ualentibus, & modo suo initium faciam à cibus sanguineis, ut infra addendo etiam, & potum in hac ægritudine conuenientem. posita ergo graduatione ciborum simplicium, quo ad eorum simplices, & compositas qualitates, qua facili cognoscitur quibus conueniant, & discoueniant ægritudinibus, compositorum duxi gradus inuenire, ac etiam de nouo novos componere, per quos ægris succurrere ualeamus cum ab appetitu eorum ceciderint. intendens ultra usuales iam omnibus ægris ex solo nomine abominoso delectabiles ualdè, ægrisque utilissimos describere. & sicut quatuor sunt humores, ex quibus omnibus prouenit ægritudo sanguinea, cholericæ, phlegmaticæ, melancholica, aut ex his quomodolibet composita: sic ponentur secundum ordinem, primo, cibi compositi sanguinei. secundo, cibi compositi cholericæ: tertio, phlegmatici: quarto melancholici. intelligendo semper sanguineos; quia ualentes in ægritudine sanguinea: cholericos; quia in cholericæ. & sic de aliis. & quoniam ægritudo composita compositos cibos requirit &c. & de eis esset nimis prolixum, nec etiam comode, & bene fieri posset; quia secundum maiorem, aut minorem mixture humorum adinuicem, & distantiam maiorem, & minorem unius ab altero, oportet uariam, & uariam compositionem facere: hinc de compositis solum humoribus quatuor proportionatis fiet sermo noster: nam habita notitia istorum cum eo, quòd dictum est de simplicibus, facile possit unusquisque in nouam, & necessariam compositionem pro composita ægritudine peruenire. est itaque primò de cibus compositis ualentibus in ægritudinibus sanguineis dicendum, quòd sanguinei dicuntur; quia in ægritudine sanguinea sunt ualentes, dato, quòd ex se sint phlegmatici, aut melancholici, aut his proportionati: quòd de omnibus aliis est consimiliter intelligendum. postremò tamen sciendum, quòd, licet de compositis sit sermo principalis; tamen ad simplicia etiam condescendam; ut facilius quòd quæritur, inueniatur. item memorare eius, quòd scriptum est supra in primo tractatu circa finem tertij capituli; ubi habetur modus graduandi medicinas compositas, quòd de cibus compositis tuo adapta proposito. & antequàm descendam ad dicendum de ipsis; uidetur congruum, atque rationabile, ut de pane ipso aliquid dicatur; cum ipse sit sicut subiectum, & materia prima aliorum ciborum: non enim uidetur uulgò, quòd sine pane quis debite nutriri possit: tanta ei delectatio panis: unde Baldach. Noster panis est temperatæ caliditatis, cuius est desiderium recipere omnes saporibus conuenientes cuiuslibet complexionis.

De pane. Rub. 2.

PANIS nanque est cibus compositus ex farina, aqua, sale, & fermento, qui multiplicem recipit uarietatem. primo nanque ex diuersitate grani; quoniam quidam est ex frumento: quidam ex hordeo: quidam ex spelta: quidam ex milio: quidam ex panico: quidam ex melica: quidam ex siligine. item ex parte compositionis; nam quidam factus est ex flore farinae solum loquendo specialiter de facto ex farina frumenti solum, qui flos dicitur simila: quidam ex furfure solum, qui dicitur fufuraceus: quidam ex farina, & furfure plurimo, & dicitur opirus secundum Auicem. secundo canon. licet Gal. ad Glauconem, capitulo de apostematibus dicat, quòd opirus est panis, qui non est multum candidus, neque multum fufuris habens. Cornelius uero celsus panis inquit farinae, de qua nil detractum est, quem græci hypiron uocant, secundum plurimum uidetur opirus; qui fit ex pauco furfure, & multa farina, & est panis, quo christiani communiter utuntur, & præcipue Italici. & ita consimiliter distingui potest de facto ex aliis granis, de quibus actum est. ex parte coctionis etiam recipit diuersitatem; ut quia quidam biscoctus: quidam simpliciter coctus dicitur: quidam azimus: quidam coctus in furno, & dicitur panis coctus in furno ab auctoribus: quidam coctus in testis, & dicitur panis de gnastellis, & est panis factus ex farina, furfure plurimo simul, & est panis, quem rustici suis dant caribus, & pluribus aliis, & uariis denominationibus dicitur, quæ

Opirus panis qui

quas tanquam non multum fructuosas non exequor. Ex parte temporis; ut quidam est recens & calidus actu: quidam recens actu frigidus, & dicitur recens, quia est unius diei, & usque ad duos: quidam non recens, sed durus, antiquus. ex parte quantitatis; quia quidam magnus; quidam parvus; quidam mediocris, & horum omnium quidam est multum fermentatus; quidam non multum sed mediocriter. & prosequendo de pane frumenti specialiter quinque habeo expedire. primum est eius electio: secundum eius complexio: tertium iuuamenta: quartum nocumenta: quintum remouentia nocumentum. eligatur panis semel coctus ex frumento electo; ut supra capitulo de frumento, qui fit de similia, siue de flore farinae mediocriter fermentatus, & non multum salitus, moderatè coctus in furno commensuratè unius diei, usque ad duos, mediocris quantitatis non actu calidus, sed frigidus. & dicitur semel coctus; quia, si biscotus durior digestionis, & ventrem maximè stringit; propter quod in dysenteris, & fluxibus fit ex eo panata, & vocatur tortelle de sceni. dicitur de similia; quia cæteris nutritibilior, & digestionis satis obediens. Auerrois autè quinto col. de cibis, & medicinis in particulari dixit, quod panis, à quo non multum furfuris est remotum, quem latini grossum vocant, est cæteris melior, & velocius digeritur, quam adarmaca. & adarmaca sequitur illum de similia in omnibus suis dispositionibus Auic. secundo canone, capitulo de pane. in quo Auic. super cæteros eligit illum de similia. experientia. n. videtur esse pro Auic. panis tamè est bene abstersiuus, & mundificatiuus stomachi ab humiditatibus phlegmaticis propter furfur, & ventris subductiuus; & ideò aliqui eo vtuntur ante mensam comedendo de eo duos, vel tres bolos, vel sic. dicitur mediocriter fermentatus; nam habens parum fermenti est nutritibilior. Auic. & Auer. quinto col. allegato loco, & fit fermentatus competenter. præterea habens multum fermenti malum habet saporem, & fastidiosum, ut notat experientia; quare infirmis præcipuè non est talis concedendus. & si contra hos viros, dicat Rasis tertio Almanforis capitulo de his, quæ sunt ex tritico, & hordeo, quod melior est, qui est ex multo frumento. & Gale. idem de alimentis. dicitur salitus; nam ex sale duo recipit iuuamenta. primum est, quod est leuior: secundum, quod à stomacho gratius recipitur; propter quod & facilius digeritur. sed diceret aliquis rationabiliter, sal additum panis videtur ipsum grauifacere; cum sit quid graue, & ipso pane grauius, & est problema Aristo. secundo problematum. pro isto dicendum, quod sua caliditate, & siccitate consumit, & resoluit multum de partibus aqueis ipsius panis, quæ ipsum grauifaciebant: & ideò vendentes panem ad pondus non in eo ponunt sale. dicitur coctus in furno; quia melius sic decoquitur, quam alio modo. & dicitur unius diei; quia durus, & siccus amisit humiditatè. unde humiditatè stomachi desiccatur, & ventrè constipatur. dicitur mediocris quantitatis; quia magnus non benè coquitur, & paruus nimium assatur, siue desiccatur. dicitur non actu calidus; quia calor igneus infunditur stomacho, & ipsum corrumpit, & redditur difficilius ad digerendum, & ita dixit Auenzoar. & subdit, quod multi errant credentes, quod omnis caliditas iuuat ad digerendum; cibus enim digeritur à caliditate membrorum naturali: unde prohibet comedere panem, qui non pertransiit diem. dicit, quod corrumpitur: ergo panis in quantum panis. Rasis verò, & cæteri addunt usque ad duos: Auicenna verò inquit. Panis calidus non comedatur; quia non est apud naturam benè receptibilis, sitim facit in sua caliditate, & natat propter sui humiditatem vaporosam, & fatiat velociter propter illud, & est velocis digestionis, & tardæ descensionis. complexio panis ab Auic. non ponitur, & usque nunc non legi ab auctore aliquo, nisi à Baldach, ut supra, qui eum ponit temperatè caliditatis, cui ego assentio; cum sit auctor aucteticus, qui de his curam habuit. & idem expressè videtur dicere Auer. 5. col. secundo capitulo. præterea ego video ex comestione panis facta, & satis notabili homines non calefieri notabiliter. item propter mordicationem credo quod frigiditas aquæ consimiliter contra operatur caliditati farinae, salis, & fermenti. est itaque temperatæ caliditatis pronuntiandus. iu-

A uamenta eius. nam est materia aliorum ciborum, ut supra, & hominibus multum proportionatus & optimus. unde Auerrois. 5. col. allegato loco. concordati sunt medici, quod melior ex cibis terræ, nascentibus naturalibus hominibus, qui stant in quinto climate, aut quarto est triticum artificialiter præparatum. & parum infra. Et post bonitatem cibi excepto pane est panata. & est multum nutritiuus, & specialiter de similia factus, & est bonæ digestionis, & facilis descensionis secundum Hippocratem. auctoritate Isaac, & Auicenna, qui est ex frumento nouo velociter impinguat corpus humanum. nocumenta. inuenio tot nocumenta ei ascripta; sed inter cætera est oppilatiuus, ventosus, tardæ digestionis, & factiuus lapidum, & doloris articularum, & præcipue azimus; & non benè coctus Rasis. sed bene coctus, & fermentatus hæc nocumenta facilia habet. remouetur primum ex fermento, & sale. secundum, si cum eo ponitur feniculus, aut anisum: tertium, si fiat ex similia. quartum, si comedatur, ut laudat Auerrois. de ipso verò communiter dicitur. Omnis repletio mala, panis verò pessima. hæc sic formatam auctoritatem nullibi inueni, & multos doctores petij, qui etiã se non vidisse dixerunt. verum

B Auic. tertia primi cap. de regimine comestionis inquit. scire debes, quod panis nocumentum, cum non digeritur est, multum. carnis verò impedimentum; cum non digerit, est minus hoc. à qua auctoritate fortè traxerunt iam dictam auctoritatem. de pane autem hordei, & similiter de spelta dicitur, quod ipse sequitur naturam suorum granorum, ex quibus conficitur. panis tamen de hordeo, & de spelta est magis in usu cæteris, excepto de frumento, & præcipue in phthifica passione; ut suo dicitur manifeste loco; ut patebit.

De panata. Rubrica. 3.

PANATA est cibus compositus ex aqua simplici, & pane factus per decoctionem unius cum alio: quæ in complexione, est à quibusdam ponitur temperata; tamen ponenda est frigida, & humidæ complexionis in primo. ita visus est velle Auer. quinto col. de cibis, & medicinis in particulari: nam, si consimiliter frigiditas aquæ, & caliditas panis, & caliditas, quam acquirit quis ex decoctione vtriusque verisimile habebitur dictum Auer. ex quo inferitur primo, quod panata ex brodio pulli, aut pullæ confecta est in sanguinea ægritudine conueniens: patet: nam aqua ex carne pulli nullam recipit caliditatem, aut si aliquam paucam, nec ipsum nisi ad temperamentum trahet; sed temperata est in ipsa ægritudine sanguinea conueniens. inferitur secundo, quod, si cum panata ex aqua simplici, & pane commiscebitur ouum cum eius albimine ita, ut ex forti agitatione earum adinuicem fiat fortis commistio; erit cibus etiam in ipsa ægritudine conueniens: patet; nam ouum sic agitatam temperatam existit complexionis, & frigiditas aquæ contra operabitur eius accidentali inflammationi: igitur &c. inferitur tertio, quod panata ex brodio pulli, & ex ouo sic agitata confecta potest etiam in ipsa ægritudine conuenire: patet correlarium intelligenti. ista tamen moderanda sunt secundum tenorem virtutis; nam, ubi virtus declinat, debet ouum securiter administrari: ubi verò non; superfluum est, conciliator differentia. clxxij. & sic sequentia moderentur. item, si ouum in aqua frigida teneatur infusum per spatium trium horarum, deinde cum aqua eadem fiat agitatio fortis, & in ultimo decoctionis panatæ commisceatur cum ea; erit conueniens. aliquando consuetum est talem oui infusionem fieri cum aqua endiuia, aut rosata secundum aliam, & aliam medicamentum intentionem, & curiositatem: multa quidem à medicis sunt ad artis curiositatem. inferitur quarto, quod panata cum brodio gallinæ, aut caponis confecta non est in hac ægritudine multum conueniens: patet; quoniam hæc respectu dictarum cal. existit complexionis; ut patet. inferitur quinto, quod panata confecta ex lacte amygdalarum non est etiam multum in hac ægritudine conueniens; licet aliqui ea vtantur; nam, ut patet, ad caliditatem videtur declinare. & additum est, licet multum in utroque correlario; quoniam videtur etiam ipsam conuenienter posse exhiberi, & maxime addito vino granatorum, vel aliquo acetoso. quod intelligas etiam de panata ex seminibus communibus confecta considera. inferitur sexto, quod panata ex lacte seminum

maiorum

maiorum frigidorum confecta, & cum aqua simplici aut cū brodio pulli, uel pullæ hac in ægritudine est conueniens ualde: correlarium patet ex dictis. infertur septimò, quòd panata in lacte acetoso est conueniens: patet correlarium consideranti, quæ dicta sunt de lacte acetoso. aduertendum ultimò, quòd quidam idem reputant panatam per decoctionem factam, ut suprâ, & panem infusum in brodio tantum. credo etenim panatam calidiorem; nam per decoctionem acquirit caliditatem; verumtamen non magna est inter ea distantia gradualis, quam medicus ex sensu possit faciliter comprehendere; sed ex parte facilis, aut facilioris digestionis apprensus est distantia: nam panata facilius digestionis multum. panis nanque minor quantitas ingreditur panatâ, secundo. & ipse ex decoctione &c. & hæc de panata in generali & in speciali: nam ex his patet, quid dicendum de unaquaque alia. & pro his omnibus audi Auerroem quinto col. allegato capitulo, dum dixit. & post bonitatem cibi excepto pane est panata. & parum infra. maximè conuenit ægris ex ægritudine calida. & propter emulos hunc canonem appono, quòd semper in dicta panata debet esse aduertentia, quòd semper declinet ad frigus, quanto plus potest addendo aut succum granatorum, aut aranciorum, aut agrestam, aut faciendo bullire cum eo olera frigida, de quibus infra. item incidatur caro pulli, uel alia minutim ualdè, deinde posita buccella panis in parapside superponitur caro sic minuta, ac si superponeretur caseus gratulatus: deinde ponatur secunda buccella, & iterum superponatur caro, & sic fiat usque ad paropsidis repletionem uolitatâ. ultimò brodium super dictum panem, & carnem fundatur: deinde cooperiatur paropsis: est enim minus fastidiosus; nam carnes sic comederentur absque fastidio.

De ptisana. Rub. 4.

A P V D. authores nostros reperiuntur hæc nomina chist hordei, ptisana, sauc: quæ à quibusdam tanquam synonyma reputantur; à nonnullis inter se differentia est. ad præsens autem non intendo hæc discurre; sed quæ proposito pertinent tantummodo aperire. per ptisanam autem intelligo iuscula hordei, quæ fiunt ex decoctione farinae hordei à furfure suo mundatæ cum aqua, brodio pulli, & huiusmodi; ut suprâ de panata: nam de aqua hordei, quæ est ex decoctione grani cum aqua, quam antiqui ptisanam uocauerunt; ut allegat Mesuem de appropriatis, capitulo de pleuresi dicitur; dum de potu pertractabitur. est itaque ptisana hordei cibus confectus per decoctionem cum aqua simplici, aut brodio carniū, aut ex farina hordei à cortice fufuris mundata; donec ad dispositionem mediocrem perueniat, & debet ita continuè ægitari totum adiuuicem, lento igne, & baculus duci uersus fundum uasis, ut fiat assidua eleuatio compositi; ne super fundo comburatur; quoniam, si non adhibetur diligens studium; statim iuscula habent odorem fumi, & infirmis efficiuntur displicida, siue displicibilia. & debent benè decoqui; ut per decoctionem omnis ab ea remoueatur inflatio, & omne eius nocumentum. & si tolerat infirmus, quia dulcia non displiceant; addatur zuccharum, quod remouet nocumentum uiscositatis, aut manus christi perlatum, si quæritur in frigidatio maior, & confortatio maior: hæc nanque iuscula sunt in ipsa ægritudine sanguinea maximè conuenientia; sunt in frigidis magis, aut minus secundum quod commiscetur cum frigidiori, aut minus frigido liquore, & similiter magis, & minus humida, aut in passiuis temperata: nam fortè ipsa ex aqua simplici confecta sunt in passiuis temperata; ut quia siccitati farinae eius humiditas aquæ contra operabitur. considera. ptisana ex hordeo, ex brodio pulli, & ex brodio gallinæ etiam uidetur hac in ægritudine conuenienter dari posse: patet ex his, quæ dicta sunt de hordeo, pullo &c. ut suprâ de panata.

De confuso. Rub. 5.

C O N T V S V M, siue pistatum est cibus compositus ex brodio, & substantia carniū, quod multipliciter fieri potest. primo quidem modo; quoniam acceptis carniū, & benè in mortario confusis, & pistatis, fit deinde cum brodio carniū ipsarum commistio usque ad liquiditatem: deinde coletur totum per tamisium, & igni in uase reponitur

ad calefaciendum. & ut aliqualem decoctionem recipiat, cum eo communiter miscetur zuccharum, aut manus christi perlatum, aut confectio triafandalina. & iste est communis modus faciendi ipsum. secundo modo fit & elegantius; quoniam accipiuntur carnes benè contusæ, & pistatæ; ut patet: deinde cum modico molle panis infusi prius in brodio, & amygdalis mundatis, & benè pistatis, & aliquantulo uini granatorum, & aquæ rosæ. fit commistio aliquantulo solidata: deinde cum brodio pulli distemperatur ad liquiditatem, quæ modica uidetur, prout etiam infirmo fuerit magis gratum. & ultimò additur zuccharum, aut triafandalum, aut manus christi perlatum triafandalatum, secundum quod maior quæritur extinctio. & dicitur plus, uel minus additur de uino granatorum, aquæ rosæ. brodio pulli. hæc autem sunt in moderatione manus periti medici. ubi tamen est aduertendum, quòd carnes, ex quibus debet fieri confusum hac in ægritudine conuenientes, debent esse temperatæ, aut ad frigidum declinantes, quæ ex tabula satis nota sunt. iste tamen cibus est multum nutritiuus. unde oportet tenorem uirtutis multum considerare, ac etiam consuetudinem: unde corpora hodierni temporis facta sunt minus delicata, & debilia ab eo, quod prius erant. & ideò citius conueniunt medici hodierni temporis ad exhibitionem consimilis cibi multum nutritiui, quam faciebant antiqui. & propter consuetudinem dabat solaciosus medicus Bononiensis cuidam piscatori ægrotanti confusum de piscibus iuxta illud Senis xvij. aphor. i. sect. Condonandum aliquid consuetudini. & quòd iste cibus dari possit in ægritudine sanguinea; satis patet intelligenti ex his, quæ dicta sunt. unde oportet alterare res huiusmodi compositi cum uino granatorum, aqua rosæ multum de ipsis ponendo, aut modicum similiter de brodio ita, ut reducatur totum ad frigiditatem, aut ad temperamentum, & est sicut de syrup. aceto. & quoniam est consuetum dare maiori existente debilitate aquam carnis, quæ uim compositi cibi habet; hinc de ipsa quicquam dicendum in unaquaque ægritudine datur, & dari potest secundum, quòd ipsa aliter, & aliter fit, & alteratur. & tu considera.

De aqua carnis. Rub. 6.

S E Q V I T V R de aqua carnis, & de brodio consumato. Aqua enim carnis dupliciter fit: uno modo per sublimationem carnis ad alembicum; secundo per decoctionem eius in duplici uase. exemplum primi dimembretur pullus magnus, uel pulla in quatuor partes abiectis uisceribus; deinde ponatur in alembico ad distillandum continuato igne suaui. sed, antequam ulterius procedatur; inuestiganda est ipsius aquæ complexio, & nocumenta, quibus cum antidotis occurrere debemus. de complexione eius dicendum puto, quòd ipsa sit eiusdem complexionis, cuius est caro eius, & cum hoc per sublimationem caliditatem acquirat intensiorem caliditate carnis ipsius; nam partes igneæ, & aereæ eleuantur, & à terrestribus separantur, quibus prius commistæ erant forti commistione, quæ remittebant calidas. & ideò concludo ipsam aquam esse calidiorem, & inflammabiliorem carne ipsius. quam obrem consueui, & ita credo agendum cum ipsa ponere res, quæ & caliditatem tollant, & nocumentum: nam, quia datur, cum quæritur, uelox restitatio propter uehementem uirtutis debilitatem; ego cum ea ad eleuandum pono rosas recentes, aut siccas in aqua rosæ prius infusas, & puluerem coriandrorum preparatorum, & margaritarum: nam sic uirtutem animalem, naturalem, & uitalem confortat, caliditatem remittit, & inflammationem, & nonnulli ad artis decorem ponunt simul quantitatem ducatorum usque ad. xxv. & plus; qui tamen in nullo deteriorantur, aut in ualde modico. & quia in nullo quasi deteriorantur; credo, quòd modicum faciant: unde ego ob eandem intentionem facio minutim diuidendo, aut conterere folia auri puri. xvij. uel circa, & super ipsas carnis partes ponere. & quòd dictum est de carne pulli, uel pullæ; intelligatur, quòd ita de carne uituli fieri potest; hæc enim aqua, ut patet, ægritudinibus sanguineis conuenire uidetur; gustu aut fit delectabilior, si rosæ prius infundantur in uino granatorum acetosorum. & est coloris uinis; aut si non habetur uinum in agresto. cum hac autem aqua aliquando ponitur zuccharum, aliquando manus christi perlatum,

Ptisana
quid.

aut triasandalum &c. ut supra in præcedenti capitulo. exemplum secundi. accipiatur caro pulli, uel alia, & diuidatur in frusta ita parua, quòd intrare possint orificium fialæ magnæ; deinde frusta illa ponantur per filum; sicut fit de pater noster: deinde ponatur caro sic infilata in fiala, & pars fili fit duplicata, ut sic forte cum extrahitur; remaneat ligatum ad collum fialæ: deinde os fialæ cum pasta, & pecia ita obturatur, ut nullo modo possit aliquid exhalare: deinde cum lignis ligetur fiala, ut stet in medio cacabi, uel lebetis magni ita, ut sit eleuata à fundo; ita tamen, quòd aqua, quæ in uase ponetur, ueniat ad medium colli fialæ, uel circa. & in prædicta aqua ponatur quantitas, quæ uidebitur furfurum ita, ut aqua cooperiatur, & ponatur ad ignem, & bulliant usque ad tres horas, uel circa. & deposito lebete, & infrigida aqua accipiatur fiala extrà, extrahantur cum filo carnis frusta, & in fundo reperietur aqua: hæc tamen aqua est inflammabilior, & odore grauior, gustui magis abominabilis: fit enim gratia necessitatis; nã prima delectabilior multum, & potest ita alterari, ut præcedens, & si in maiori uase si quis habuerit. sed, quæ dicta sunt de uase, gratia exempli dicebantur. de eius uerò complexione patet, quid dicendum per ea, quæ dicuntur de præcedenti. & tu considera.

De consumato & gelatina. Rub. 7.

DE CONSUMATO uerò dicendum, quòd dupliciter fit: uno modo communiter; alio modo non sic communiter, exemplum primi: accipiatur pullus magnus, uel paruus & ponatur in uase magno, in quo tantum ponitur de aqua, quòd pullus possit bullire usque ad completam decoctionem, & separationem carnis ab osse, absque hoc, quòd aliquid aquæ de nouo addatur, uel sit necessarium addere remanente notabili quantitate ipsius brodij: deinde accipitur caro, & fit expressio eius fortissima; deinde permittitur bullire brodium illud per notabile spatium usque ad spissitudinem. remoueatur ab igne, & usui reseruetur: tale enim brodium cum infrigidatum est; congelatur, sicut gelu gelatinæ, siue geladorcij; & tunc de brodio isto congelato accipitur quantitas coclearis unius, uel duorum, & ponitur ad ignem, liquefit, & calefactum cum zuccharo, aut manus christi perlato &c. ut supra infirmis datur. exemplum secundi: facta decoctione usque ad ossium separationem: ut patet de primo per omnia; tunc accipiatur pullus, & dimembretur, & membra fortiter confundantur cum dorso cultelli magni, & reponantur ad bulliendum ita, ut brodiū recipiat spissitudinem; deinde extrahantur membra illa per totum, & fortissimè exprimantur super uase: deinde iterum ponatur brodium ad ignem; ut bulliat, & permittatur bullire aliquantulum; deinde remoueatur, & fiat, ut dictum est, de primo, de quo dabitur ægrotantibus; ut de primo dictum est de complexione eius dicendum, quòd, cum fiat fortis committio partium aquarum cum partibus carnis; uerisimile est, quòd illæ aqueæ dummodo remittant carneas, dato etiam, quòd carneæ in earum caliditate iuuentum recipiant à caliditate ignea; & ideò non benè credo multum eleuari in complexione supra gradum carnis, cuius est brodium, & fortassis non eleuatur; quia quantum de caliditate recipit ab igne, tantum de frigiditate recipit ab aqua. sed, si in ægritudine sanguinea dabitur propter debilitatem uirtutis; quia infirmo aliquid conuenienter dari non possit ad maiorem cautelam. ponitur in uase simul cū pullo ad ebulliendum infrigidans aliquid; ut lactuca, endiuia, sandali, uiola, blitis, semina frigida maiora, portulaca, aut aliquid tale proportionale; deinde exhibeatur cū zuccharo, triasandalis, manus christi perlato, ut patet, & sic in ægritudine sanguinea conuenit. hoc itaque consumatum non est ita faciliter inflammabile; sicut aqua sublimationis, & solidius dat nutrimentum, & credo plus placeat Cermisone, & sic mihi, cuius uestigia, ut potero, sequar. & ex isto modo extrahi potest modus faciendi geladorcium, & omni tempore quantumcunque calido. quod statim, cum erit infrigidatum; erit & congelatum, & modus ponitur ad solatium, & ad curiositatem artis. accipiantur uinum, acetum, aqua, & sal in quantitate debita, quæ sufficiant decoctioni carnis, quas congelare uolueris, & ultra tantum, quòd facta earum decoctione perfecta rema-

A neat de brodio in satis notabili quantitate: unde decoctis carnibus ex quibus gelatinam siue Geladorcium facere uolueris, carnes ipsæ extra conseruentur; & tunc in brodio illo, seu sapore sponatur frustum magnum carnis, ut quarti hœdi, uel aliquod tale secundum quantitatem saporis, & permittatur, quòd fiat ebullitio ulterior usque ad integram carnis additæ disfactionem, siue dissolutionem: deinde caro sic dissoluta fortissimè exprimatur; deinde permittatur brodium bullire modicum, & additis ultimò speciebus infundatur dictum brodium super carnes extra reseruatas, & in uasis ordinatas. & ut hoc credatur, est argumentum de brodio consumato, quòd statim ipsum refrigeratum cogelatur. notandum tamen, quòd, si caro addita, & dissoluta aliquantulum pistetur etiam iterum in sapore bulliat, ut supra de brodio consumato; erit efficacius. potest itaque fieri geladorcium conueniens in ægritudine sanguinea attentis gradibus eorum, quæ ingrediuntur, ut supra, nota tamen, quòd semper quanto plus poteris, pone neruos, aut pedes agni, arietis, hœdi, uituli, & huiusmodi, aut aures uituli, & alterius animalis; quia ista faciunt ad congelationem efficacè in quocunque tempore. item ad idem ualet risum bullitum in peciola in dicto brodio.

De brodio. Rub. 8.

BRODIUM uerò non consumatum, siue simplex est cibus factus per decoctionem temperatam, & consuetam carnis cum aqua; hoc enim brodium graduatur secundum gradum carnis; ex quibus fit: nam, si ex frigidis frigidum erit; & tale conuenit in ægritudine sanguinea. si ex temperatis adhuc erit frigidum; quoniam frigiditas aquæ est potentior in denominando, quam sit caliditas ex igne acquisita: quare brodium pulli est frig. unde Aui. 16. tertij de cura colicæ ex retentione fœcum numerat inter lenitiua frigida brodium pulli, & alia litera galli. si uerò ex calidis in primo; fiet temperatum: si uerò ex calidis in secundo; calidum: si ex tertio; plus, & considera.

De brodeto soffriti. Rub. 9.

C BRODETYM, siue secundum alios soffritum est cibus compositus ex uitello oui, & uino, ita cõiter fit, & quidam addunt aromata, & quidam Furlani, & Theutonici addunt butyrum. est enim cibus, quo multum utuntur dominæ, & specialiter Furlanæ, & in omni ægritudine, ubi uident uirtutis debilitatem, & meo iudicio malè; nam in feb. aut ægritudine sanguinea, de qua est sermo præsens, non uidetur conuenire; est enim fe. ac malè complexionis calidæ factiuum. quibus etiam dum apud eas fui redargutionem feci. & responderunt, febris, & ægritudo benè recedent; si fortis fiat uirtus; quia morbus fortificatur. brodetum autem in ægritudine ista conueniens est, ut accipiatur brodium carnis temperatarum, & superponatur uinum granatorum, aut agrestæ, & misceantur, & bulliant adinuicem; deinde in ultimo addatur uitellum oui benè conuassatum cum puluere coriandrorum præparatorum, & modico zucchari, & triasandalorum, manus christi perlato &c. nam uinum granatorum, aut agreste addatur in quantitate medici discreti uis; potest enim fieri frigidius, & minus frigidum.

De herbis. Rub. 10.

D HERBETAE in hac ægritudine conuenientes hoc modo fiant. accipiantur lactuca, endiuia, spinachia, & lauentur & minutim incidantur, & in brodio pulli, uel simplici aqua decoquantur; deinde administrentur, & non ponantur in parapside de folijs multum. item ex eisdem possent fieri herbetæ minutius prioribus pistatæ, & fiunt densiores, sed nõ fiant nisi uirtute, & stomacho existente forti: ex altero ipsarum tantum possunt fieri herbetæ, ut de omnibus simul dictum est. & gradus cibi ex gradibus componentium est manifestus. & quod dictum est de his, intelligatur etiam de portulaca, ex qua fit cibus cum brodio; ut dictum est.

Cucurbita. Rub. 11.

MUNDANTUR, & eligantur cucurbitæ, & elixatæ contunduntur; deinde reponuntur ad ebulliendum, & cum agresto decoquantur. & ut fiat ferculum delectabilius; ponatur modicum panis, qui steterit infusus in aqua recenti, & si uirtus debilis fuerit; non inconuenienter ponetur ouum; ut patet, præparatum; ideò hic cibus conuenientior

Gelatina
ut quouis
tempore
faciatur.

Handwritten notes at the bottom of the page, including a signature and other illegible text.

tior erit; si dabitur post euacuationem factam. & tu hæc omnia considera.

Lentes. Rubrica. 12.

DECOQUATUR lenes electa, vt supra proprio capitulo, ter, vt quia bulliat bis, & semper abiiciatur aqua; deinde tertio in brodio pulli, vel aqua simplici decoquatur, & præparetur cum modico aceti, vel vino granatorum, & propinetur cum pane infuso in ipso brodio &c.

De panico. Rubrica. 13.

DECOQUATUR panicum excorticatum cum brodio pulli, vel aqua simplici, & administretur etiam cum lacte amygdalarum addito vino granatorum. idem intelligatur de milio excorticato, & tu bene considera.

Far. Rubrica. 14.

DECOQUATUR far cum lacte amygdalarum, & addatur vinum granatorum, & zuccharum optimum. iste est eibus multum nutritiuus.

Faba. Rubrica. 15.

ETIAM faba à cortice mundata decocta, abiecta tamè prima aqua vsq; ad spissitudinem aliqualem in hac ægritudine dari potest; si virtus aliquam fortis fuerit. decoquitur in brodio pulli, aut aqua simplici. & si tolerat infirmus; addatur aliquid vini granatorum, aut succi arancij, aut limonis.

Oleum. Rubrica. 16.

DE oleo verò patebit in sequenti. & quoniam hæc ægritudo citò, aut terminatur, aut in aliam alterius humoris ægritudinem conuertitur; hinc superfedeo à multitudine ferculorum.

Lac. Rubrica. 17.

LAC non competit, nisi acetosetur, vt infra: similiter, nisi alteretur, & stante debilitate virtutis magna.

Caseus. Rubrica. 18.

CASEVS salitus mediocriter non conuenit, vel plus, quàm mediocriter, & maxime antiquus. recens verò non salitus conuenienter exhiberi poterit: quæ omnia etiam in sequenti calida cholericæ intelligenda erunt. & considera.

Carnes. Rubrica. 19.

ET, licet carnes non conuenirent hac in ægritudine; tamen propter consuetudinem in naturam conuersam, & hominum huius temporis gulositatem; oportet ea administrare: nam statim, cum subtrahuntur infirmi videntur deficere, & etiam medici infamiam incurrunt. & tu hæc bene considera. carnes conuenientes sunt carnes temperatæ & fri. de quibus habetur in tabula supra de simplicibus. sed considerentur nocuenta earum, si quæ sunt, & corrigantur, vt supra de propriis capitulis, & eligantur elixæ supra assatas. & tu considera.

Pisces. Rubrica. 20.

DE piscibus dicendum, q̄ petrosi, & laudati ex aquis dulcibus, & mundis conueniunt etiam cum saporibus; vt infra de calida cholericæ. & sic tu considera.

Gelaticium. Rubrica. 21.

ITEM conuenit geladorcium factum ex dictis carnibus, cum & aceto, aqua, vino paucifero, & speciebus, quæ sunt coriandrorum præparatorum, & sandalorum ru. item potest fieri cum vino granatorum, aqua, & dictis speciebus addito modico zucchari. itè pedes vituli anteriores optime decocti, & in aceto præparati sunt eibus conuenientissimus. & tu hæc bene considera.

Salata. Rubrica. 22.

SALATVICIUM ex lactuca, & modico boraginis prius bullita in aceto &c. quandoque de endiuiâ.

Sapores. Rubrica. 23.

SAPOR ex agresto, ex vino granatorum, ex vino berberis, ex aceto solo. item accipiatur succus myrti infusi in aqua rosata, & parum de amygdalis mundatis: omnia pistentur, & incorporentur adinuicem; deinde cum aqua ros. reducatur totum ad liquiditatem saporibus conuenientem. & vltimò addatur pulueris coriandrorum partes duæ, florum lambruscæ pars vna, cinnamomi pars media ita, quòd in summa ponantur, in parua quantitate. & si videatur infirmo nimis acre; addatur zucchari modicū; & si myrtus haberi non potest recens; ponatur succus in aqua ros. vt

E humefiat: vel aliter fiat cum vino granatorum, aut succo aranciorum, aut limonum, mororum, aut prunorum. & si sint exiccata; humectentur, & pistentur, & succus extrahatur. item competit diamarascon ex succo marascorum factum inspissato, aut ad ignem, aut solem additis speciebus vt hic antè de sapore myrtino. & potest diligens ingenium ex datis varios sapes componere.

Salcidium. Rubrica. 24.

ITEM fiat salcidium ex foliis petroselini, endiuiæ, saluiæ, lactucæ cum modico aceti, zinzib. parte vna, puluere corian. præparatorum partibus tribus.

Fructus. Rubrica. 25.

FRUCTVS conuenientes sunt frigidi, acetosi, arancij, pruna acetosa, marasca, limones, granata, berberis, myrtus, & cæteri multi frigidi; de quibus in tabula: vide eam, & ad propria capitula recurras.

Potus. Rubrica. 26.

DE potu dicendum, quòd, si non sit, quòd prohibeat, detur aqua veri frigoris, & est conuenientissimus potus. **F** aqua hordei excorticati, cuius proportio quæ ad ipsum est vigintupla. aqua simplex decocta, aqua hordei cum succo arancij, & modico zucchari optimi, aut cum succo limonum, aut aqua cocta cum vino granatorum, Oxyzaccara cum aqua veri frigoris, aut decocta &c. sed tamè, si est debilis consuetus antiquus, cum rarissimè hæc ægritudo antiquis accidat; detur vinum pauciferum lymphatum. q̄, si est iuuenis, & præcipuè patauus; detur vinum pauciferum, & magis lymphatū. multum sunt attendendæ res, quæ annexantur septem rebus non naturalibus in regimine vitæ in firmorū in prima aphor. commento secundo. & notandum, quòd non posui graduationem ciborum, & aliorum, quæ sequuntur herbetas; quia mihi visum est ex dictis manifestum esse. postremò tamen aduertendum, quòd, quæ ponentur de cibis in cholericæ ægritudine valentibus, etiam videntur conferre in sanguine, nec videntur differre, nisi secundum intensum, & remissum; quoniam sequentia debent esse frigidiora.

G De cibis compositis et potu in ægritudine cholericæ valentibus, cuius Rubricæ sunt. xxiiij. Cap. vii.

De panata. Rubrica. 1.

PANATA ex aqua simplici, & pane cōfecta; panata ex brodio pulli cum agresto cum vino granatorum. panata ex brodio pulli, & vino granatorum, aut agresto addito ouo agitato; vt patet de panata in ægritudine sanguinea, & præcipue stante debilitate virtutis. panata ex amygdalarum lacte cōfecta cum vino granatorum agresto, & huiusmodi aliquo acetoso. item panata ex seminibus communibus frigidis maioribus cum vino granatorum, & huiusmodi aliquo acetoso. item de panata legatur supra in principio capituli præcedentis; vbi plura de panata considerari poterunt etiam vltra hæc eminente debilitate virtutis. & conuenit panata ex lacte acetoso.

Ptisana. Rubrica. 2.

PTISANA hordei est colata, & non colata; nō colata verò maioris est nutrimenti. & licet dictum sit de ptisana supra, vt est conuertibilis cum iusculis; tñ adhuc hoc nomē extendere possumus ad granū hordei excorticati, & decocti, vt accipiatur hordeum excorticatū, & decoquatur, sicut fit de farre vsq; ad spissitudinem, & cū aqua simplici, & brodio pulli, & fiat infusio eius in aqua frigida, anteq̄ ponatur ad ignē per spatiū quatuor horarum. & abiecta illa prima aqua in alia sufficiente quātitate decoquatur, vsquequo deueniat ad spissitudinē aliqualem. & potest reddi frigidius ex permissione rerum frigidarū acetosarum, & non acetosarum, vt herbarum &c. cum eo, vel in eius decoctione.

H Item alij aliter ptisanam ordinant, vt Mes. de appropriatis proprio capitulo ex arte secunda. & hordei excorticati circiter lib. i. & frica illud cum panno aspero vsque ad separationem corticum intrinsecorum omnino; & laua illud lauationibus pluribus cum aqua calida. deinde pone in olla, & fundas super ipsum aquæ circiter libras. viij. deinde bulliat

Ptisana cōficienda

bulliat cū facilitate ebullitione vna, & proiciatur ab eo aqua illa; deinde pone super ipsum aquæ calidæ circiter libra. xx. deinde cola, & pone in vase vitreo. hæc autem ptisana fitim, & asperitatē sedat, inflammationem extinguit, pectus, pulmonem, & guttur lenit, ventrem lubricat, præcordia humectat, sputū faciliat. quæ, si vltiorem recipit decoctionem, & super addantur aquæ libræ. xx. efficitur cibus & potus, quam quibusdā colatā, quibusdā non colatam Hipp. dari præcipit secundum necessitatis exigentiā. & quādoq; vltiorem recipit decoctionē vsquequo habeat mediocritatē inter iunctū, & liquidū. & est cibus laudabilis habens bonitates solennes. ptisana autē, de qua sermo factus est diætā subtilis, & grossa saltē respectiue acutis est maxime conueniens; vt prima apho. primo, & tertio regimine acutorū: tantæ auctoritatis fecit eam Hipp. vt ipsa non timeat ventū, neq; pluuiam: alterari aut potest cum frigidis, & frigidioribus; vt patet intelligenti. & tu considera.

De contuso. Rubrica. 3.

De contuso autem, siue pistato dari potest hac in ægritudine; ita tamen, vt alteretur plus, & minus s̄m maiorem, aut minorem inflammationem, vt patet.

De consumato. Rubrica. 4.

AQUA carnis, siue de brodio consumato patet, quid dicendum: nam stante debilitate virtutis ita, vt infirmus aliquid recipere nō possit. & inflammatione existente; tūc administretur consumatum, aut aqua carnis alterata, vt supra cum rebus frigidis acetosis, aut herbis, sed plus, & minus s̄m intensiōem, & remissionem inflammationis.

De brodio. Rubrica. 5.

De non consumato verò dicendum, vt supra ita, vt semper medicus sit attentus ad extinctionem. multis verò non placet in ægritudinibus calidis, ac etiam existente se. aqua carnis sublimata; etiam si fuerit alterata propter facilem eius inflammationem. ego verò in ea iuuentum magnū inueni, & præcipue cum infirmi quasi aliud recipere non potuerunt.

De brodeto. Rubrica. 6.

De brodeto verò, vbi adfit consuetudo, & virtutis debilitas; datur ex vino granatorum, & brodio carniū tēperatarum factō, vt supra. inflammationi, & extinctioni fit medicus attentus; stomachi tñ semp consideret dispositionē.

De herbis. Rub. 7.

HERBETAE, vt supra sunt conuenientes, & mistæ in brodio carniū temperatarum, aut cum brodio aliarum carniū, dummodo sint alteratæ, vt patet, cum his frigidis de quibus supra.

Lens. Rub. 8.

LENS, vt supra præparata conuenit.

Milium. Rub. 9.

MILIUM panicum excorticata, ut supra conueniunt.

Far. Rubrica. 10.

FAR, vt supra præparatum conuenit.

Faba. Rubrica. 11.

FABA etiam, vt supra constante virtute conuenit.

Amylum. Rubrica. 12.

IVSCVLA ex amylo facta, vt supra de amylo, & maxime si amyllum factum sit ex farre, aut ex hordeo: si verò ex frumento; vt communius fit, alteretur cum aliquo frigido, quod cum eo decoquatur; vt supra. item, si sit fortis inflammatio; accipiatur panis lotus in aqua veri frigoris, & superponatur zuccharū, & eo vtatur: est enim cibus sitis, & famis extinctiuus, & gustui delectabilis.

Laganæ. Rubrica. 13.

LAGANÆ subtiliter factæ, recentes, & etiā antiquæ, sed recentes conuenientiores, si non multum timetur opilatio, & stomachi debilitas, quæ sint decoctæ in brodio alterato, vt supra.

Rauoli. Rubrica. 14.

LVNELLI, vel rauoli ex herbetis frigidis iam dictis, ex caseo recenti, albumine ouorum, passulis, pulpis perdicum, pullorum, aut aliarum carniū temperatarū, & possent fieri sine coopertorio pastillatio in forma gnochetorū, aut alio nomine grafiorum addito modico panis.

Carnes. Rub. 15.

A CARNES, vt dictum est, non sic competenter; quia tamen, vt patet & propter parentes clamantes, & magis propter consuetam, & innatam hominum ingluuiem, & gulositatem oportet administrare. carnes conuenientes sunt omnes temperatæ, aut frigidæ, de quibus supra; sed semper totius virtutem, & stomachi considerare oportet. eligatur elixæ, vt supra. conuenit geladorcium; vt patet, pedes vitulorum in aceto, ut supra.

Torta.

Rub. 16.

ITEM potest fieri artocrea, siue torta; vt verbi gratia ex pullis, perdice, aut alia carne temperata, cum agresto, aut vino granatorum, albumine ouorum, amygdalis, passulis, ut supra. perdicem vnam prius elixatam, aut pullum vnum diuidatur in frustra notabilis quantitatis secundum, quod communiter fit; deinde factō folio pastilliceo; vt fit ex ipso cooperiatur fundus sartaginis. quo factō accipiantur herbæ; vt portulaca, endiuia, lactuca, aut alia frigida, vt supra, & minutim incidantur, & ex eis folium pastitium cooperiatur, super quo ponantur passulæ, & amygdalæ minutim incisæ ad libitum; deinde superponantur, & extendantur ordinatē frustra carnea. super quæ iterū superponantur passulæ, & amygdalæ incisæ; & deinde superponantur herbæ, vt prius factum est. vltimò addatur sapor, vt. brodij, in quo elixata est perdix, aut pullus, quantum videtur necessarium, & in eo infundatur agrestum, aut vinum granatorum ita, vt totum reddatur acre acredine teporosa. deinde accipiantur albumina ouorum tria, aut quatuor secundum, quod videtur expedire, & totum agitetur adinuicem fortiter, & fiat eorum bona commistio. vltimò addantur species. & pulueris coriandrorum præparatorum partes duas, florum lambruscæ partem. i. cinnamomi partē. s. & omnia sic adinuicem agitata fundantur super dictas carnes. vltimò ponitur aliud folium pastilliceū subtile valde, & superponitur tegula calida, & decoquitur. quidam enim superponunt in tali casu omnibus seruatis folium pastilliceum, & vocant illud non artocrea, sed cupetum, & fiat; si est necessarium cum oleo crudo, siue omphacino. & potest fieri artocrea ex herbis frigidis prius elixatis; deinde pistatis minutim; vt communiter fit addito caseo recenti, lacte acetoso cum modico panis gratulati, albumine ouorum, speciebus, ut supra passulis &c. & in sartagine ponatur oleum omphacinum; ne comburatur &c. hæc etiam conueniunt in sanguinea.

Pisces.

Rub. 17.

PISCES conueniunt de aquis dulcibus laudati; vt trutta, temali, lucij, & huiusmodi, cum saporibus; vt cum aceto acresto, & speciebus, de quibus in artocrea.

Lac.

Rub. 18.

DE lacte caseo, ouis, dicendum est; vt in de sanguineis.

Oleum.

Rub. 19.

DE oleo dicendum, quod competere potest omphacinum; sed, si inde timeatur eius inflammabilitas; detur in modica quantitate.

Salatucium.

Rub. 20.

SALATUCIUM est lactuca, portulaca &c. vt supra. & tu considera.

Sapor.

Rub. 21.

SAPOR ex agresto, & vino granatorum, & vino, uel succo berberis, & aceto solo. item sapor, ut supra ex succo myrti, & aliorum fructuum, ut supra; potest nanq; multipliciter variari; ut patet consideranti: fiat. n. etiam sine pane infuso, si timetur; est. n. vtroq; modo gustui delectabilis. & tu considera.

Fructus.

Rub. 22.

FRUCTVS omnis prius dictus, est conueniens. notandum tamē, quod persica sicca est conuenientior; sed, quia dura ad digerendum, & ipsa sicca specialiter, hinc &c. ipsa tamen possunt per os sic masticata duci; & postea expui. ipsa multum os stomachi confortant, & securius accipiuntur, quam humida. & tu considera.

Potus.

Rub. 23.

POTVS conueniens est aqua veri frigoris; si non obstat aliqua ex conditionibus positis ab Auic. prima quarti

de cura putridarum in generali, ut quod stomachus sit debilis, aut frigidus, & similiter hepar sit debile, & frigidum, apostema in uisceribus, dolor uiscerum, complexio pauci sanguinis, caliditas eius innata debilis, non consuetus potandi, & similiter conueniunt potus alij omnes positi supra. item syr. acetosus simplex, in quo sit parum zucchari cum aqua simplici decocta, & non hordeata. propter quod legatur Aui. prima quarti de aqua hordei. itē oxyzacchara, iulep uiol. iulep ros. commiscendo semper cum aqua simplici decocta. item competunt lac acetosum, de quo supra cap. de lacte exponitur modus acetosandi. item uinū pauciferum, ut supra lymphatum &c. inspiciendo semper uirtutem, & consuetudinem. postremò sciendum, quod ea, quæ posita sunt hic de ægritudine cholericæ, debent iungi cum his, quæ dicta sunt supra de sanguinea; & habebitur ad plenum notitia eorum, quæ queri debent in his ægritudinibus. unde perspicax practicus faciet, & componet uaria cibaria uarios sapores saluti hominum maximè conferentia: nam ad hoc debet medicus maximè conari; cum super cibos consuetos infirmi hodie multum nauseant, & nedum super cibos; sed etiam super nomina ciborum sicut, super nomina medicinarum; ut patet experimentantibus.

De cibis compositis, & potibus in ægritudinibus phlegmaticis ualentibus, cuius rubricæ sunt xxvi. Cap. VIII.

Intentio auctoris.

Rubrica. 1.

VNde phlegmatis species sunt plures: prima prima de humoribus, & prima quarti de fe. phlegmatica, & adinuicè diuersificatur. & ideò in diuersis diuersa competunt cibaria; sed, quia hic locutus sum de humoribus ipsis, ut eorum naturalem complexionem seruant; hinc de cibis compositis loquor; ut sunt phlegmatici, aut materiarum phlegmaticarum, ut est frigidum, & humidum conuenientes ad sensum datū, & præternaturaliter fuerit alteratiuus. de cibis uerò aliarum specierum, phlegmatis; ut est salsum, acetosum &c. dicitur in ca. pprio, in quo declarabitur modus componendi cibaria diuersa in diuersis humorum speciebus tam de phlegma, quam cholera.

IN ægritudine itaque phlegmatica ex phlegmate naturali competunt panata in brodio pulli, aut aliarum carniū temperatarum, aut à temperamento modicum distantium sine aliqua alteratione; nisi timeretur inflammatio, in quo casu potest alterari brodium; ut patet sed longè minus. unde notandum in præcedentibus; quia intentio causæ, siue intentio habita ad materiam non diuersificabatur ab intentione malæ complexionis: nam & mala complexio ipsa, & materia sunt calida. dicebat repetendo, quod inflammatio aduertenda erat. in casu autè præsentis intentio ad materiã est in exhibendo calida; licet intentio ad malam complexionem sit in exhibendo frigida. & ideò, licet brodium, & huiusmodi, quæ caliditate participant rone materiarum, sunt conuenientia, tñ, quia intentio ad malam complexionem est cõtraria; oportet medicum brodia, & huiusmodi calida, quæ etiam unctuositate faciliter inflammabili participant aliquantulum alterare minus uerò, quam in præcedentibus; nam in præcedentibus ambæ intentiones extinctionem expectabant.

Panata.

Rub. 2.

PANATA ex brodio pulli cum ouo agitato, ut supra cū &c. conuenit & præcipue, ubi est uirtutis debilitas. similiter cū aqua simplici, ouo cum albumine, & modico panis, de qua supra panata in brodio caponis, & gallinæ moderentur omnia ut supra conuenit, & maximè cum seminibus frigidis communibus securius dari poterit: in hac ægritudine ponatur cum lacte amygdalæ.

Ptisana.

Rub. 3.

CONVENIT ptisana hordei ex decoctione gallinæ, uel caponis confecta cum aliquanto zucchari, & modico cinnamomi ad tollendam primò uiscositatem cum zuccharo, & oppilationem cum cinnamomo de eo modicum ponendo; quia timetur mala complexio calida: credo tamen, quod ratione proprietatis, & conuenientiarum maioris fru-

Ementi ad hominem ptisana frumentacea posset conuenientius dari moderando. tamen, si tibi uideatur, ut supra. & tu hæc benè considera.

Contusum.

Rub. 4.

CONVENIT contusum, siue pistatum ex carnibus conuenientibus ægritudini frigida, quæ sunt temperata, aut ad calidum declinantes, de quibus supra. pro quibus, & sequentibus aduertendum, ne in sermonem prolonget, quod semper dictas carnes, & dicendas, seu nominandas debet semper medicus considerare nocumentum ex parte aliorum; ut uerbi gratia dato, quod conueniant ex parte qualitatum primarum, ut quia sint calida, aut temperata; tamè ex parte substantiarum non conueniunt: quia grossa, difficilis digestionis, oppilatiua. considerandum ulterius, quod iste est cibus multum nutritiuus, ut supra, quo communiter utuntur medici, qui magis est conueniens in ægritudinibus frigidis, quam calidis: nam ægritudines frigida cõmuniter sunt longæ, uel saltem respectu cal. & ideò, ne infirmus deficiat in uia; debet medicus replere marsupium eius &c. modus cõficiendi dictus est supra. & tu ibi recurras.

Brodium.

Rub. 5.

BRODIUM non consumatum, neq; unctuosum multum ex decoctione carniū temperatarum, & calidarum conuenientium est in ægritudine phlegmatica conueniens; patet ex dictis supra tertia de cananis per. confert saltem in uia nutrimenti, ac etiam aliquanto erit contrarius. causæ autè malæ complexionis &c. ut supra graduatur. dicitur non unctuosum; quia propter illud redditur inflammabile. ubi notandum, quod iste est modus facilis ad remouendum brodij unctuositatem; nam, cum decoctum est brodium; remoueat ab igne, & dimittatur tepescere, & tunc nabit pinguedo in superficie, quam cum cocleari faciliter remouebis.

Brodetum.

Rub. 6.

DICTUM est, quod brodetum absolutè in ægritudine ca. non conuenit; quia timetur eius augmentum, & ex cõsequenti in phlegmatica, ubi est mala cõplexio ca. timebitur eius augmentum; quare nec in ipsa conueniet. si tñ uellemus possemus ordinare brodetum etiam conueniens; ut uerbi gratia ex decoctione caponis cum uino granatorum, & ouo agitato, ut supra addito puluere coriandrorum, cinnamomi ana. & præcipue dabitur, ubi est uirtutis debilitas. brodetum tñ, de quo supra est res multum nutriens, & impinguitiua; & ideò domine, quæ pinguedinè querunt: ut pulchrior res reddantur, ipsum præ alijs cibis diligunt. & hæc est una ex causis principalibus, quare domine Furlanæ sunt secundum plurimum pingues; quia eo multum utuntur, & sæpe.

Herbæ.

Rub. 7.

HERBETAR in hac ægritudine conuenientes sunt foeniculus, petroselinum, borago, caulis, blitones, mentha, saluia, & ruta. unde ex his decoctis in brodio carniū temperatarum, aut ad frigidum, uel calidum parumper declinantium, potest fieri ferculum conueniens; nam primò ex ipsis duabus, uel tribus, uel aliter tantum in scindendo minutim, ut communiter fit aliquando ponendo de eis in parua quantitate; ut brodium saporem tantum capiat. ubi aduertendum quod folia communiter ab ægris malè digeruntur: & ideò præcipiat medicus, quod pauca folia, aut nulla accipiat; non potest ea benè masticare. item caules decoctæ cum oleo omphacino cum modico salis in aqua ueri frigoris, aut in brodio pulli conueniunt, item possunt adinuicem misceri cum frigidis dictis; ut accipiendo blites, folia foeniculi, boraginis, adinuicem pistatæ, & ex ipsis pistatis cum brodio pulli, aut uitulli &c. alterando plus, & minus, ut uideatur discretio medico.

Itē ex radicibus petroselinum prius bullitis, & quasi decoctis, deinde minutim, & ualde minutim incisis cū pauco panis gratulati, & ouo alterata, ut supra, fit ferculum conueniens, & delectabile: uideat tamen medicus, ut supra; ne nocumentum sequatur. hoc dico propter edaces dentes; quia est aperitiuus cibus; & caseus est oppilatiuus, circa quem uellet militare graue digestionis. & tu considera. unde medicorum non deficiat exsensuatio multa circa egros, & spero cum saluti conuenienti discretione cum hoc cibo in appetitum resuscitabunt Dei auxilio.

Leus

Frigida ægritudines ut plurimum longæ.

Lens. Rub. 8.

LENS uerò non uidetur competere in hac ægritudine, tamen, si tandem est appetitus; ad eam excorticetur, & decoquatur cum his, quæ remouent nocuumentum eius, ut supra ca. proprio.

Vbi notandum, quòd ægritudines frigide sunt communiter longæ: & ideò oportet medicum studere; ut aliquando appetitui complaceat; ut excitetur, & conseruetur: nam, & si res, quæ cõceditur, nõ sit ex toto conueniens; tñ, quia uirtus illam maximo cum desiderio amplectitur; malitiam, corrigi, & maius sequitur iuuamentum iuxta illud Senis, Parum deterior &c. qui canon est multum considerandus. potest dari brodium carniũ conuenientium, de quibus supra, in quibus decoctæ sint rapæ cum modis, & ordine, ut supra de rapis. substantia uerò eius quantum conueniat, apparet ex his, quæ scripta sunt capitulo proprio. comedatur parum de eis, memoresq; sumus canonis antepositi, & tu considera.

Far. Rub. 9.
DARI potest far cum brodio pulli, fassiani, perdicis &c. cum lacte amygdalarum etiam &c. & tu hæc considera.

Panicum. Rub. 10.
PANICVM excorticatum cum brodio gallinæ, caponis &c. cum lacte amygdal. hæc tamen omnia moderanda sunt, nec frequentanda; sed raro in modica etiam quantitate exhibenda; ut uirtuti appetiti satisfiat, iuxta canonem &c. etiam frigiditas, & siccitas panici ex caliditate, & humiditate gallinæ, caponis &c. æquabitur.

Cicer. Rub. 11.
CICER rubeus conuenit in hac ægritudine saltem brodium eius, in quo decoctæ sint carnes temperatæ, aut parumper ca. conuenientes. si tamen foret fortis inflammatio ita, ut timeatur caliditas ciceris; fiat decoctio cum endiuiâ, aut lactuca &c. quòd, si non fuerit inflammatio fortis, & apertio uiarum urinalium amplius quærat; decoquantur cum cicere radices foeniculi, aut petrosellini. & tu considera.

Risum. Rub. 12.
RISVM præparatum, ut supra proprio ca. & si eius corrigantur nocuumenta; tamen, cum difficile sit digestionis; nõ exhibeatur, nisi uirtus ad digerendum fuerit fortis. quo casu de eo cum lacte amygdalarum dari poterit ponendo modicum de substantia eius; & sit etiam cum brodio pulli, aut caponis, aut fassiani coctum. & tu hic benè considera.

Lac. Rub. 13.

LAC, caseus nõ cõueniunt, & maximè lac nõ acetosum.

Oua. Rub. 14.

OUA uerò sorbilia prius alterata per infusionem eorũ in aqua ros. aut uiol. aut ueri frigoris &c. dari possunt.

Oleum. Rub. 15.

OLEVM uerò cõuenientius est in hac ægritudine, quàm in alia ita, quòd cõcedi potest etiã oleum oliuæ cõuenienter maturæ; eius tñ inflammatio benè consideretur, ut supra.

Carnes. Rub. 16.

CARNES uerò conuenientes sunt carnes temperatæ, & etiam ad calidum: aut ad calidum, & siccum declinantes; ut leporinæ, laudæ &c. semper tamen adhibenda est aduertentia ad malam complexionem: & ideò hæc dicta, & sequentia discretionem moderentur, & conuenientiores sunt assatæ; si cætera consentiunt.

Pisces. Rub. 17.

PISCES non conueniunt saltem de aquis dulcibus: de maritimis uerò concedi possunt, & præcipuè de commendatis; ut sunt trigliæ, aureæ, arbores, anguiscule &c. specia liter cum salsamento ex folijs petrosellini, & zinzibere, pauco aceto confectis.

Gelaticium. Rub. 18.

GELADORCIVM ex carnibus conuenientibus factũ cum aceto, & uino non uinoso, & speciebus hic ordinatis addito pauco croci, species, aut aromata. R. cinnamomi. 3. j. pul. coriandrorum præparatorum, florum lambruscæ, ana 3. i. f. corallorum rubeorum. 3. ij. zinzib. 3. i. garyophyllorũ 3. s. & tu considera.

Salsamentum. Rub. 19.

DE SALSALCIO etiam hoc loco dari potest, ut oli-

A nã salitæ, & cum moderamine, ut cætera. & falcidium ex folijs saluix, lactucæ ana, cum modico aceti, & modico zinzibere. item pistetur allium in mortario ligneo, deinde abijciatur totum, deinde accipiatur medulla panis infusi in aqua, & ponatur in dicto mortario ligneo cum quantitate sufficiente amygdalarum mundatarum, & totum pistetur adinuicem, demum distemperetur cum brodio pulli. fit sic alliata gustui delectabilis, de qua dari potest cum carnibus intingendo parumper carnes in ea ad uitandum, & conseruandum appetitum, uel distemperetur cum aqua ros. uino granatorum, uel agresto; si timetur inflammatio.

Sapor. Rub. 20.

ITEM sapor myrtinus. R. succi myrti, panis prius infusi in aqua ros. amygdalarum mundatarum, pistentur pistanda, & omnia simul misceantur, deinde cum uino granato dulcorato distemperetur, & aromatizetur ex his. R. garyophyllorum, cinnamomi, ana. 3. s. pul. coriandrorum præparatorum, lambruscæ, corallorum rub. ana. 3. i. item ex succis alijs, ut patet, de calidis. & tu speculari, qui in huiusmodi saporibus delectaris. hæc &c.

Salata. Rub. 21.

ITEM SALATA ex herbis; ut ex boragine, saluia, mentha, eruca, addita lactuca, decoctis, uel bullitis cum aceto passulato; ut ponendo. 3. i. in lib. i. aceti faciendo bullire usque ad consumptionem quartæ partis; deinde coletur, & fiat fortis expressio, & usui referuetur. & cappares conditi cum aceto etiam passulato; sed bulliant cappares. quod dico; quia aliqui eos præparant solum super eos fundendo aquam feruentem; & sic præparati non sunt ita digestibiles. considera.

Rauoli. Rub. 22.

RAVIOLI fieri possunt ex folijs petrosellini, saluia, mentha, foeniculo, &c. cum caseo modico, & uitellis ouorum; si adest uirtutis debilitas; si non; ex albumine cum carne perdicum pullarum caponum &c. cum passulis, & speciebus, de quibus in sapore myrtino addito modico panis. & fiet hoc modo sine testa pasticea decoquendo in brodio bulliente, sicut fit de grafionibus, aut secundum modum nostrum de gnochëtis. & secundum hunc modum proportionabiliter ex rebus frigidis possunt fieri competetes in causa cal. & tu considera.

Torta. Rub. 23.

ARTOCREA fiat ex folijs petrosellini, saluia, lactucæ, endiuiæ, lacte acetoso, albumine ouorum, caseo recenti parum salito, passulis, & modico panis. hæc omnia sic moderentur, ut graduentur totum secundum, quòd exigit ægritudo, quæ est aut magis, aut minus frigida. item potest fieri copenum, ut tenet de cal. cholericæ cum herbis huic ægritudinẽ conuenientibus, & agrestum, quod ponetur, dulcoretur cũ uino cocto & ponantur species, de quibus hic antè in sapore myrtino.

Fructus. Rub. 24.

FRUCTVS conuenientes sunt ficus siccæ, pingues, subtilium corticum ante cibum sumptæ duæ usq; ad tres. & prius digitis benè ducantur. tres, uel quatuor auellanæ siccæ potest comedere. item nucem unam. item phistici conueniunt, pineoli, a mygdalẽ; sed prius infundantur in aqua calida, & parumper dimittantur; deinde extrahantur, & excidentur. quod de pineolis & amygdalis intellige.

Vua. Rub. 25.

VVA matura benè, quæ aliquibus diebus stetit suspensa. item passula, dactyli &c. quæ dicta sunt semper intelligantur moderatè, & similiter de sequentibus. & frigidis fructibus uerò non conueniunt, nisi qui aliquando piro cocto cũ aniso confecto uti poterint.

Potus. Rub. 26.

POTVS etiam uarietur fm ætates, & complexionem, & consuetudinem: nam pueris conuenit aqua cocta cum zucchero ros. zuccharata, aut aqua hordei zuccharata cum zucchero rubeo: iuuenibus uerò consimiliter; senibus primis potest dari uinum lymphatum, aut ex se debile, siue pauciferum: ultimis uerò minus lymphatum. calidis cõp. exione plus de aqua: frigidis uerò minus: consimiliter mul-

Alliata
quàmop-
ma.

temperatæ
frigiditas
modico

tum affuetis tantum minus. vnde sis memor dicti Auicen. allegati supra de peponibus. & sit vinum album subtile declinans ad acre. vnde Auic. de cura phlegmatica. & vinum subtile confert eis; licet etiam aurelium conferat, album tamen est eligibilis. nec quisquam miretur; si de frigida sermonem prolongauerim; quoniam vt plurimum ægritudines ex causa frigida proueniunt, & maximè prolongantur. ideò de eis proportionalis sermo esse debuit amplior, in longitudine viæ copiosus debet homo esse ob pecuniam; ne in ea deficiat, iuxta sententiã Haliabbatis tertio practicae &c. vt supra. & sic est finis huius capituli.

De cibis compositis, & potu in ægritudine melancholica valentibus, cuius rubrica sunt. xvij.

Cap. IX.

SCITO, quòd melancholia diuersificatur in cholericã, sanguineam, phlegmaticam, melancholicam, secundũ cuius diuersitatem oportet & cibaria, & potus diuersimodè graduare. & de isto in can. habetur infra, quo docebitur modus in his, & similibus tenendus. nunc autem exequar de ipsa, vt supra.

Panata. Rubrica. 1.

PANATA, ptisana, contusum, brodium consummatum, non consummatum, & brodetum, omnia hæc conferunt in hac ægritudine. in nullo alio videntur differentiã habere; nisi q̄ in phlegmatica debent declinare ad latus siccitatis. & in melancholica ad latus humiditatis. dictum est in nullo alio loquendo largè intelligendo, quo ad qualitates primas; licet in eis etiam dicatur interuenire differentia gradualis; cū phlegma sit frigidius melancholia. & considera.

Herba. Rubrica. 2.

BORAGO est herba maximè conueniens; quæ potest preparari, ut supra. & conueniunt spinachia cum boragine. item in processu foeni. petr. cum lactucis, aut spinachiis; ut ponendo duas partes spinachiarum. euitentur caules.

Rapæ. Rubrica. 3.

CONVENIUNT rapæ, vt patet in phlegmatica, & adhuc magis in ista.

Far. Rubrica. 4.

CONVENIT far cum lacte amygdalarum, & etiã cum brodio pulli, ac aliarum carniũ temperatarum.

Cicer. Rubr. 5.

IN processu dari posset cicer rubeus; vbi cum eo decoquatur lactuca, aut spinachia, & maximè brodium eius; sed non est eo multum vtendum.

Lac. Rubrica. 6.

LAC, & caseus saltem salitus, vel multum, vel mediocriter non conueniunt.

Oua. Rubrica. 7.

OVA sorbilia alterata; vt patet, conueniunt.

Oleum. Rubrica. 8.

OLEVM verò oliuæ conuenienter maturum benè conuenit. administretur in parua quãtitate; quia hercle timèda est eius inflammatio pp malam complexionè calidam.

Carnes. Rubrica. 9.

CONVENIUNT carnes temperatae, & ad caliditatem, & humiditatem declinantes; quæ verò ad siccum declinãt; & melancholicum generant humorem; vt leporinæ euitãdæ sunt, nisi essent propinquæ valde natiuitati, quæ merito ætatis essent humidæ, de quibus tamen in quantitate modica, & rarò sumendum. aduertendum tamen est ea nõ supra positus, vt vltra qualitates primas docetur conuenientia, aut disconuenientia ex parte substantiæ &c. & ex his conuenientiores sunt elixæ affatis.

Pisces. Rubrica. 10.

EX piscibus petrosi commendati etiam ex aquis dulcibus, vt supra, elixi, vel leuiter frixi conditi cum succo pomorum dulcium, aut vino cocto cum modico agresti, & speciebus, de quibus in de phlegmatica ægritudine.

Gelaticium. Rubrica. 11.

FIAT Geladorcium ex vino paucifero, vt dictum est in de phlegmatica, cum paucò aceto, additis speciebus, vt ibi tam ex carnibus, quàm ex piscibus. & dictum est cum

E paucò aceti; nam, licet acetum ratione similitudinis suæ complexionis ad melancholiam nõ videatur competere; tamè multa habet alia iuuamenta, propter quæ in hac ægritudine competit. Mes. in suo grabadin. de syrupo acetoso.

Salcidium. Rubrica. 12.

EX herbis dictis potest fieri salcidium cum aceto passulato, vt supra; verum salcidia non ita videntur competere in hac, quemadmodum phlegmatica. fiat etiam & petrosellino, spinachia, aut lactuca partibus æqualibus cum aceto passulato, & etiam cum zuccharo dulcorato.

Sapor. Rubrica. 13.

EX amygdalis, phisticis, aut pineolis fiat sapor hoc modo. amygdalas mundas, panem infusum prius in brodio pulli, modicum carnis: omnia bene pistentur per se, deinde adinuicem incorporentur: deinde cum vino granatorum, aut agresto per zuccharũ dulcoratum distemperentur, & fiat inde sapor: consimiliter de phisticis, pineolis &c. quòd, si magis humidũ vouerimus; distemperetur oia cum zuccharo, & succo pomorũ dulciũ. primus tamen

F gustui magis gratus: secundus verò videtur conuenientior. item ex succo pomorum dulciũ cū amygdalis tantum, aut cū pineolis tm addito modico panis. primus tamen nutritibilior: vnde oportet esse attentus nutricator in hac ægritudine; quia quasi semper est diuturna; vt prius benè dixi.

Lunelli. Rubrica. 14.

PRO lunellis dicitur, quòd fiant ex herbis conuenientibus cum caseo recenti non salito vitellis ouorum prius in aqua veri frigoris infusorum, passulis, & modico panis, siue pasta, vt supra; Vt, boraginem, spinachias, aut lactucam ana, aut folia petrosellini, & lactucam ana. carnes conuenientes &c. caseum recentem in modica quantitate, & panem in modica quantitate, vitellorum ouorum ad sufficientiam, passulis &c. additis speciebus, de quibus supra in sapore myrtino in de phlegmatica ægritudine.

Cupetum. Rubrica. 15.

CYPETVM potest fieri ex carnibus conuenientibus cum herbis valentibus in hac ægritudine, vt dulcorando agrestum cum vino cocto, aut plurimo zuccharo superponendo species, de quibus in syrupis myrtinis, & cum albedine, & vitello ouorum simul, & modus faciendi positus est supra de cholericã discrasia. & quia caseus saltem salè participans, & lac acetosum, & non acetosum sit in ægritudine suspecta; hinc de artocrea alia, quàm de cupeto dicta, quod idem est supersedeo. & tu considera.

Fructus. Rubrica. 16.

FRUCTVS conuenientes sunt calidi, & humidi, & etiã temperati. vnde vua benè matura, quæ stetit etiã suspensa, vt supra, morum dulce, poma dulcia, apia, muscata, dactylina, & huiusmodi, quæ dari debent cocta leuiter sub prunis; vt coctionem resolutis partibus aqueis remoueat aptitudo ebullitionis & putredinis. & ex frigidis conueniunt pira decocta, & poma; sed prius & poma, & pira pungantur cū cuspidè cultelli, anteq̄ ponantur super prunas; vt liberius egrediatur eorum humiditas. quidã tamen assant ea in pasta, vt Auic. secundo can. capitulo de pomis, & tu considera. item conueniunt pruna damascena, maxime existente stypticitate naturæ. item persica exiccata, & depilata infusa in vino granatorum mazorum.

Aqua. Rubrica. 17.

CONVENIT aqua zuccharata cum zuccharo rubeo, aut aqua hordei cum zuccharo rubeo zuccharata. & credo, q̄ aqua mellis hoc in casu competeret ita, vt sit proportio aquæ ad mel decupla.

Vinum. Rubrica. 18.

VINVM competit pauciferum non stypticum, aut ponticum; potest tamen ad acre declinare; sed magis laudo vinum album, quod sit carès acredine, & ad dulce, vel saltem ad medium saporem declinans, quòd, si fuerit vinum potens, lymphetur, & in exhibitione vini considerentur consuetudo, vt supra. vnde audi Marfilium Patuum de cura quartanæ. & si montano vti solitus fuerit patiens; lymphetur benè cum aqua cocta simplici fluuiali, aut aqua hordei, aut aqua zuccharata pauci zucchari. & notetur canon hic de potu, & potus non detur multum actũ frigidus.

essilla
-gomcup
-sin

Phlegma
frigidius
melâcho
lia.

Pira vt de
coquantur

De cibis compositis in ægritudinibus compositis ualentibus, cuius rubrica est una. Cap. X.

MEmores esse debemus canonis positi supra primo tractatu, & primo capitulo circa finem, per quem docemur cognoscere dominium humoris supra alium humorem; quando in eadem ægritudine sunt humores diuersi coniuncti: nam ex illo colligitur modus proportionabilis tenendus in confectione ciborum compositorum. nam, sicut humor supra humorem dominatur; ita & res conuenientes illi humori debent in composito dominari supra res correspondentes humori suo dominanti. uelle nanque particulariter de ipsis omnibus scribere est, sicut procedere in infinitum propter multiplices, ac uarias, & ut ita dicam, quasi infinitas humorum adinuicem coniunctiones: satis. n. apertus uidetur esse uolenti ad hoc faciliter speculandi modus de confectione ciborum compositis in ægritudinibus compositis. postremo sciendum, quod, licet quæ dicta sunt principaliter sint posita propter ægritudines materiales; tamen ex ipsis habetur doctrina, & facile de ægritudinibus immaterialibus. speculetur itaque practicus in occurrentibus sibi ex uia data, qua faciliter componet. ultimo inscribam unum restauratiuum quod habet uim cibi, & ponam ipsum temperatum; ut possit quisque eum faciliter a temperamento remouere secundum rei existentiam. restauratiuum est hoc. R.

Deest

De quibusdam declarationibus cum suis exemplis quorundam attributorum cibi ipsis simplicibus, & compositis, prouenientium a uirtutibus secundis ipsorum, & partim a primis, ex quarum notitia medicus iuuenis in actu practico non paruam adipiscetur utilitatem; ut uerbi gratia, quid dicitur facile, & quid tarde digestibile; quia a stomacho citò exeunt, & qui uentosi, & huiusmodi; ut infra, cuius rubricæ sunt. xij. Cap. XI.

De cibis citæ digestionis. Rub. 1.

CIbi autem digestibiles sunt, qui teneram habent substantiam, & faciliter ad dissoluendum; ut sunt hæc, pulli, perdices, oua, panis de simila bene coctus, & fermentatus, pisces petrosi. & in exemplis huiusmodi non multiplico; quia in propriis capitulis de ipsis facta est specialis mentio, & præcipue quantum ad hoc, quod cibus est faciliter, uel difficulter digestibilis.

De cibis difficilis digestionis. Rub. 2.

TARDE digestibiles sunt qui duram, aut uiscosam habent substantiam, & difficilè dissolubilem; ut sunt, fabæ specialiter cum cortice, panis azimus, citonia, caules, rapa, lenticula, faseoli, caseus uetus, intestina.

De cibis humores bonos generantibus. Rub. 3.

BONOS humores generant cibi temperati in complexionem, & qui substantiam habent mediocrem; non tamè ita teneram, ut facilè corrumpantur, neque ita duram, ut repugnent digestionis; ut sunt, panis bene fermentatus, & bene coctus, granum fractum, simila, ptisana, pineæ, phistici, risum, lactuca, borago, oua forbilia, pisces petrosi, pisces pelagi, lac caprinum mox multum, caro porcina syluestris iuuenis, arietina unius anni, hœdulina, uitulina, hepar porci, pulli, perdices, fastiani, alæ gallinarum.

De cibis malos humores generantibus. Rub. 4.

MALOS humores generantes sunt cibi distemperati in caliditate, & siccitate; ut sunt allium, porrum; in humiditate; ut cucumeres, fungi; uel in humiditate, & frigiditate; ut poma non matura. & cibi, qui uiscosam nimis habent substantiam; ut caro porcellina domestica, & infans, ut supra proprio capi. aut ualdè duram; ut bouina; aut facilè conuertibilem; ut chrysomilla, lenticula, milium, faseoli, pira immatura, charubiæ recentes, nuces, auellana, panis non bene

fermentatus, non bene coctus, faba, cucurbita, rapa, baucia, blitis, caules, cœpæ, caro pomi citri, mel in calidis corporibus, raphanus, persica, citonia, mespilla, dactylus, cappares, caro agnellina, leporina, cerebrum, pisces aquarum stantiu & turbidarum, anates, turtures, grues, pauones, passeris, in testina, stomachus, caseus salitus, pulli columborum.

De cibis facilè corruptibilibus. Rub. 5.

FACILE corruptibiles sunt, qui nimis humidi, & subtilis sunt substantiæ uelociter ex stomacho egredientes; ut sunt hæc, melones, caro pinguis, lac, cerebrum, medulla spinalis, medulla omnium ossium, uua matura, ficus, mora celsi, citonia, persica, pinguedo.

De cibis difficulter corruptibilibus. Rub. 6.

CIBI difficulter corruptibiles sunt, qui substantiam habent duram, & siccam; ut sunt cancri, caro uaccina.

De cibis citò corpus exeuntibus. Rub. 7.

EXEUNT citò a corpore propter leuitatem, & raritatem substantiæ; emolliunt enim uillos stomachi, & lubricant indigesti; interdum exeunt propter sui acumen; quia mordet stomachum, & intestina; ut sunt hæc: uua, oua attriplex, spinachia, mora celsi, oliua condita, caro pinguis.

De cibis tardè corpus exeuntibus. Rub. 8.

TARDE exeuntes sunt prædictis oppositi; ut pira imatura, glandes, dactyli, cucumeres, fabæ, caro bouina, caro pinguis, splen.

De cibis inflatiuis. Rub. 9.

INFLATIUI sunt cibi dulces, & grana indigestibilia, & cibi, qui plus dissoluunt, quam resoluunt; cum inueniunt phlegma aggregatum in stomacho; ut sunt, castaneæ, uinum dulce, mustum, rapa, faseoli, lenticula, uua cum cortice comesta, mel, porrum, raphanus, fabæ, & allium quandoque; ut, quando comeditur in modica quantitate, & ipsum protunc inueniens magnam phlegmatis quantitatem in stomacho plus dissoluit, quam resoluat, & maximè sæpe ex eius comestione occidit. & hæc considera.

De cibis extenuantibus. Rub. 10.

ET extenuant ualdè, quæ caliditate non multa; sed subtilitate multa participant; ut apium, petroselinum, ruta, anethum, mel dispunatum.

De cibis parum nutrientibus. Rub. 11.

CIBI parum nutrientes sunt, qui facilè a membris dissoluuntur, ex quibus liquidi, & subtiles generantur humores, & qui acutas, & nimium uiolentas habent qualitates, & duram ualdè substantiam, aut ualdè raram; ut sunt mora celsi matura, pruna, mala granata, iuiubæ, atriplex, blitis, spinachia, allia: nares, guttur, aures, oliuæ, mespilla, pulmo, stomachus, intestina, caseus uetus.

De cibis multum nutrientibus. Rub. 12.

MULTUM nutrientes sunt, qui temperati existentes multum morantur in membris, & ab eis difficilè separantur; ut sunt triticum conditionatum, ut supra. & etiam cibi distemperati, & qui ex animalibus recipiuntur; si bene digeruntur; ut caro bouina, risum, castaneæ, auellanæ, rapa, caseus recens, oua, ut supra, cancri, granum fractum, & maximè in lacte coctum, caro porcina, hepar, testiculi, lac caprinum: omnes cibi dulces, qui grossos gignunt humores; ut, dactyli, muza, uua dulces, uinum dulce rubeum, & grossum, & præcipue si bene digeritur, uinum dulce album.

De cibis impinguantibus. Rub. 13.

IMPIGVANT cibi, qui bonum, & laudabilem sanguinem generant, aut moderatè grossum, & multum nutrientes. ad hoc tantum præcipua sunt lac caprinum, risum, triticum, ficus bene matura, uua bene maturæ dulces, oua forbilia, panis triticeus, & bene factus, carnes laudulæ ossibus uicinæ, caro agnellina, uinum dulce, ut supra. & hæc pauca cibi sufficiant ad satisfactionem rubricæ, ut supra.

Finis tertius Tractatus.

TRACTATUS

Practica. S. H 3

TRACTATUS QVARTVS.

ARGVMENTVM.

TRACTATVS quartus, in quo ponentur simplicia, & composita cum suis virtutibus secundis, tertijs, & quartis, & in vniuersali magis familiaria, & vsualia, vt est necesse operationibus medicorum: de ipsis nanq;, quo ad eorum virtutes primas in speciali magis, & etiam tertias, uel quartas in particularibus dicetur capitulis infra.

DE ATTRACTIVIS.

CAP. PRIMVM.



TRACTIVA necesse est esse calida in complexione, & leuigatoria in substantia; ut sui calore, & subtilitate substantiæ facilius penetret eorum uirtus ad rem attrabilem, siue exterius applicentur ad extrahendum lignum, ferrum, uel humores infixos, siue iterius. unde Aui ce. secundo canon. quarto capitulo. Attractiua uero est illa, cuius proprietas est, ut moueat humiditatem ad locum, cui obuiat: & illud est propter caliditatem, & subtilitatem suam; ut castoreum. quædam tamen dicuntur talia proprietate; ut magnes, de quibus omnibus sublimis philosophus Auerro. quinto coll. de medicinarum natura attractiuarum dixit. Et generaliter omnis attractio, quomodocunque fiat, non fit, nisi per calorem. & exemplificando de primis, serapinum, asla foetida, maiorana, apium, pirethrum, petroleum, sulphur, ammoniacum, liliu, aristolochia, diptamnus, ciclamen. & quædam dicuntur attractiua cum putrefactione; ut cancer pistatus, omne stercus ustum, fermentum. sanguisuga etiam attractiua sunt. attractiua à proprietate sunt hæc; ut magnes attrahit ferrum, rhabarbarum choleram, turbith phlegma, ut infra, charabæ paleam, lacerta ranunculas, siue ranas paruas, quæ super arbores inueniuntur, spinam, siue festucam, & similiter rana alia.

Attractio non fit nisi per calorem.

De aperitiuis.

Cap. II.

Aperitiua est, cuius est proprietas, ut moueat materiam existentem inter concauitates meatuum ad exteriora; ut remanere faciant concauitatem meatuum apertam. aperiunt ita attractiua sua caliditate, & subtilitate subtiliando, uel attenuando humorem; ut petroselinus. abstersiua, lauatiua, incisuiua, incidendo humores grossos, mundificatiua mundificando sorditiem uulnerum. item aperitiuorum quædam aperiunt uias intus & extrâ; ut quæ uiscositatem, & amaritudinem habent; ut amygdalæ amaræ. quædam tantum intus aperiunt propter amplitudinem interiorum uiarum: non autem exterius propter uiarum angustiam; sicut ea, quæ ponticitatem habent annexam; ut absinthium. scito, quod omne acutum est aperitiuum, & omne amarum subtile, & omne liquidum est aperitiuum; cum ad caliditatem declinat, & omne subtile acetosum est aperitiuum. postremo sciendum, quod horum quædam habent uim aperitiuam fortem, & hæc ualent ad fortem oppilationem splenis; ut scolopendria: quædam debilioris sunt uirtutis, & hæc ualent in debilibus oppilationibus; ut est semen urticæ. sunt itaque hæc acorus, anethum, abrotanum, carthamus, cappares, cicer, cinnamomum, endiuiua, eruca, maiorana, matricaria, porrum, sparagus, urtica, betonica, butyrum, chamomilla, funiculus, gummi albotin, camedreos, camepitheos, lupinus, mel, oleum anethi, prassium, hypericon, ireos. & hæc sunt etiam disgregatiua.

De oppilatiuis.

Cap. III.

Oppilatiua sunt, quæ retinentur propter sui spissitudinem, & siccitatem, aut propter suam conglutinationem in transitu: quapropter faciunt uenire in eo oppilationem. & sunt cibi grossi, terrestres, aut uiscosos generantes humores: & sunt hæc, panis azimus, oleum dulce, uinum dulce grossum, lac, caseus, caro porci, rapa,

granum fractum, dactylus, pinguedo omnis carens acuitate, cutis, ficus humida, aqua ualde frigida, tri.

De constrictiuis.

Cap. IIII.

Constrictiua sunt, quæ faciunt uenire in partibus membri motum currens ad aggregationem; ut inspissentur in suo situ, & oppilentur meatus: & talia sunt frigida à substantia; sua enim frigiditate partes coadunant, & sua grossitudine penetrare prohibentur; ut galla. & horum quædam sunt constrictiua uentris, quæ præcipue ualent in constrictione sanguinis, undecunq; fluat: & sunt corallus, bolus armenus, terra sigillata, hypocysthis, hyacinthus, hæmatites, plantago, gummi arabici, atramentum ustum, mumiua, uirga pastoris, stercus asininum, pili leporis uusti, gypsum, karabæ, poma cypressi, acacia, myrtus, galla, sumach succus falicis, dragaganthum, balauustia, alumen, tucia, portulaca, antimonium. & ex constringentibus sunt quædam, quæ consolidando, & carnem generando constringunt; ut sunt thus, aristolochia &c. de quibus infra. ex constringentibus sunt hæc; citronia, cornu, seu cornula, sorba, mora celsi, coagulum leporis, caseus antiquus, amyllum, rizum, mastix, plátago, pira immatura, mespilla, lac coctum, milium, glans, faba, rosa, dragaganthum, gummi arabicum. & breuiter aggregando hæc omnia simul sunt constringentia fluxum sanguinem uentris.

De mollificatiuis.

Cap. V.

Mollificatiua sunt, quæ ponunt essentiam membrorum habentium spissos poros leuiorem caliditate & humiditate sua. & accidit, ut ex hoc pori fiant latiores, & expulsio superfluitatum, quæ in eis continentur facilior, sicut emplastrum de semine lini: sunt enim talia, quæ neque fortiter exiccant; quia, si uehementer calefacerent; potius indurarent, & similiter, si fortiter exiccarerent: & sunt hæc; althæa, ammoniacum, axungia, butyrum, foenu græcum, ficus, gummi arabici, malua, medulla ossium, oleum commune, & amurca eius, terebinthina, uiscus, uiolæ, adeps porci antiqua ualde, bleta, chamomilla, cera, dialthæa Niccolilij radix, & oleum, ladanum, mastix, semen lini, sepum, stercus bouis comedetis herbam, hyssopus humida, & sunt etiam relaxatiua.

De induratiuis.

Cap. VI.

Induratiua & sunt, quæ congelant membra, aut conglutinant materiam, & sunt frigida ualde, aut frigida & calida. & sunt hæc; psyllium, solatrum, semperuuum, lenticula aqua, hyoscyamus, portulaca, myrtus, aqua frigida, accacil, auricula muris, plantago, hypericon.

De mundificatiuis, abstersiuis, & lauatiuis.

Cap.

VII.

Abstergunt, & mundificant illa, quæ mouent humiditates viscosas, & congelatas orificijs pororum in superficie membri ita, ut elongent eas ab eo, sicut aqua mellis. & horum operatio perficitur, aut dissoluendo; ut ealamentum: aut mundificando; ut casia fistula, abrotanum, aristolochia, bleta, carthamus, centaurea, cinis, elleborus uterq;, eupatorium, faba decoctio, lac, lilij flos & radix, plátago Mes. aqua eius, parietaria, sal ammoniacum, stercus capræ, spongia, tassus barbassus, uernix, urina, urtica, zucharum

charum rosa, aloe, attriplex, bethonica, butyrum, caulis, ciceris albi decoctio, cucumer asininus, foex vini usti, foex aceti, fici lac, folia, furfur, melonũ semina, hordeũ & aqua eius, pumex, sapa, serpentaria, syrupus acetosus de radicibus, terebinthina, hypericon, ireos, zuccharum.

De generantibus carnem. Cap. VIII.

Generant carnem illa, quæ vulneribus permutant sanguinem superuenientem vulnere in carnem; propterea quia æquant complexionem eius, & coagulant ipsum cum exiccatione. et talia sunt, quæ mundificant temperatè, & sine mordificatione; ut sunt aristolochia, ireos, cerusa, plumbum, allium, ut Serap. secundũ Galenum, orobum, lithargyrium, myrrha, mel, aloe.

De corrosiuis. Cap. IX.

Corrosiua dicuntur, quorũ proprietates est, ut cõsequatur ex eis vlcera, & resolutio, quæ de substantia carnis minuatur; sicut flos æris. differunt ab vlcera-tiuis, & ab adustiuis, de quibus infra in duobus. primò in complexione; secundò in modo substantiæ. In cõplexione quidè; quia corrosiua calida sunt, & sicca cũ caliditate substantiæ; & idèd ponunt super malã carnem, quæ, quia mollis, & humida est; facillè corroditur. sed vlcera-tiua necesse est esse aliquatulum calidiora, & sicciõra, & subtiliora, quæ cutem vlcera-t, & carnẽ. vstiua verò sunt calidiora valdè; vt citò pforèt: sunt enim grossæ substantiæ, ut diutius morando carnẽ colliquent, sicut ignis flamma; sed ignis flama magis inflamat. et sunt hæc; aqua cineris, ficus, calx viua, æs vstum, flos æris, auripigmentũ, arsenicũ elleborus, sal armon. sal gemma, ziniar, sal, spuma nitri, sepiẽ os, tartarum.

De vlcera-tibus, & excoriantibus. Cap. X.

Vlcera-tia, & excoriantia sunt, quæ consumunt, & resoluunt humiditates cõmunicãtes inter partes cutis, & attrahunt materiã malam ad eã ita, ut pueniat vlcus; sicut cantharides. et sunt hæc; argentum sublimatum, aristolochia, calamentum, euphorbiũ, foex vini, lacti cinia, porrum syluestre, sinapis, uitis alba, sapa, urtica, allium, apium syluestre, calcis aqua, chelidonia, cãtharides, emplastrũ Andromaci, Mes. in antidotis, mezereon, squilla

De adustiuis causticis. Cap. XI.

Adustiua caustica dicuntur, quæ habent resolvere illud subtile, quod est in humoribus, & mēbris, & faciunt remanere cineritatẽ eorũ; ut euphorbium, & talia cõmuniter sunt grossæ substantiæ, & scindunt corpus & liquefaciunt, & destruunt, quod inueniunt, sicut facit ignis, & inducunt sæpe escharam, sicut fit à cauterio. et sunt hæc; allium tritum, piper nigrum, calx viua, synapis, arsenicum, calcanthos, chelidonia, nasturcium, pillij medulla, tithymallus, uitriolum, argentum uiuum, cinis foliorum fici, sapa, apium, risus, cantharides, cepæ, scilliticum, æs, lapis lazuli, sal, stercus columbi, & talia sunt caustica, etiam cum putrefactione.

De cicatrizantibus, & consolidantibus. Cap. XII.

Cicatrizantia, siue consolidantia sunt, quæ exiccant, & inspissant humiditatem stantem inter duas superficies vulneris propinquas ita, vt cõuertatur ad conglutinationem, & viscositatem, & adhæret vna alteri; sicut sanguis draconis, uel sicut sunt, quæ sua uirtute aggregant carnem, & restringunt, & augēt, & siccat in vlcera-tibus, quæ sunt in corpore, quousq; faciunt eam mutari in cutem; quia cutis est caro indurata. et ista sunt styptica, quæ sine mordicatione desiccant. q̄, si mordicatione pauca desiccant; sufficiunt cicatricem inducere. et sunt hæc; antimonium, cadmia, cornua combusta, æs vstum, lotũ, gallæ, limaciæ combustæ, myrrha, plumbum, vstum, lithargyrium, aloe, balau-

Astia, calx abluta, quia non abluta nõ faceret, diachylon Nicolai, granati, cortex ficus, pumex vstus.

De conglutinantibus. Cap. XIII.

Conglutinãtia sunt sicca, in quibus est humiditas pauca, viscosa, quæ adhæret super orificia, & oppilat ea, & tenet currentem: omne enim currens lubricum; cum in ipso operatur ignis, fit conglutinatum, oppilatum, retentiuum. et breuiter conglutinatur viscositatem, uel mundificando ulcera, & reparando carnem, uel constringendo labia distantia membrorum abinuicem solutorum. et sunt aloe, amyllum, balauftia, bolus armenus, castaneæ fructus, & folia, dragaganthũ, ebulus, hematites, gypsum, myrrha, mastix, millefolium, quercus, rosa, sanguis draconis, sarcocolla, thus, hypericon, ireos, antimonium, asfaltum, barba hirci, cortex thuris, cauda equina, cypressus, diachylon Nicolai, gummi arab. gummi ceraforum, glans, lithargyrium, lutum sigillatum, papyrus vsta, pix, plantago, plumbum vstum, unguentum cerasæos, unguentum basilicon Mesue in antidotis.

Ignis in re lubrica conglutinat.

De attenuatiuis, & subtiliantibus. Cap. XIII.

Atenuant, & dissolunt, quæ suo calore, & subtilitate substantiæ separant partes rei, in qua agunt suo calore, & ad naturam uaporis conuertunt, & præcipuè in humano corpore. et Auicem. Subtiliantia est, cuius proprietates est, ut ponat essentiam humoris subtiliorem cum caliditate temperata; sicut hyssopus, halasce, & chamomilla. et sunt etiam hæc; Acetum, acorus, allium, abrotanum, apium, artemisia, cyminum, eupatorium, enula, fermentum, ficus, galanga, origanum, porrum, pulegium, pastinaca, raphanus, serpillus, sauina, zapharanus, vrtica, hypericon, hyssopus, absinthium, calamentum, calamus aromaticus, camepitheos, centaurea, cœpæ, cinnamomũ. & est vltimum in subtiliatione Auicem. garyophylli, laurus, marrubium, maiorana, maluauiscus, malua, mentha, melissa, rosmarinus ruta.

De incisuiis. Cap. XV.

Incisuiua sunt, quæ subtilitate sui penetrant in illud, quod est inter duas superficies. s. humoris viscosi; & superficiem, in qua est inuiscatus, & remouet ipsum ab ea. et propter hoc aduenit partibus eius superficies diuersæ operationis; propterea q̄ separat eas. quare fit facilis expulsio earum; sicut sinapis, & oxymel; huiusmodi enim sunt omnia acetosa, & præcipuè acetum factum ex uino forti; ipsum nanq; sua subtilitate operatur in partes propinquas, & remotas: ceteri uerò liquores acetosi, cum tanta careant subtilitate; solum in propinquas partes operantur. et sunt hæc; baurach, betonica, capparus, cœpæ, daucus, ficus, laurus, mel, petroselinum, porrum, rosmarinus, vitis alba, acetum, abrotanum, been, camedreos, cyminum, eupatorium, nigella, nitrum, oxymel, ruta, syrupus acetosus, scilla.

De rarefactiuis, resolutiuis, dissolutiuis. Cap. XVI.

Rarefactiua, resolutiua, & dissolutiua sunt, quæ sua caliditate non superflua poros cutis aperiunt, & sui subtilitate substantiæ in eos penetrant, & in materiam grossam subintrant: et sunt hæc; absinthium, cœpæ, althæa, abrotanum, uitriolum, rosmarinus, chamomilla, radix sambuci, radix cucumeris asinini, costus, & multa supraposita.

De diaphoreticis, & resolutiuis. Cap. XVII.

Diaphoretica, & resolutiua sunt, quæ sua calida uirtute per poros apertos humores in fumum extenuatos euaporare faciunt: et sunt hæc; anisum, ruta, assa, galbanum, sal, ficus sicca, maiorana, pralsium, sapa.

Tractatus III. Capitula quàm plurima.

mina, aristolochia, radix affodelli, radix cucumeris agre-
flis, raphanus, ruta, pyrethrum, nitrum, bryonia, oleum
vetus, semen vrticæ, menthastrum, mel, cœpæ, stercus, pe-
trofelinum, abrotanum.

De repercussiuus.

Cap. XVIII.

Repercussiuum, cuius proprietas est propter frigi-
ditatem suam, ut in membro faciat peruenire frigus,
& inspissentur eo, & cōstringatur pori eius, & fran-
gatur caliditas eius attractiua, & congeletur illud, quod
ad ipsum currit, & inspisset ipsum, & prohibeat membrum
à receptione ipsius; sicut solatrum in apostematibus. et
sunt hæc; cymolea, rosa, galla, glandes, hyoscyamus, aca-
tia, plantago, myrtus, uirga pastoris, papauer, plumbū,
memichæ, semperuiua, hypocisthis, corallus, hepatica,
vermicularis, portulaca.

De carminatiuis, & ventositatem frangentibus.

Cap. XIX.

Carminatiua, & ventositatem frangentia sunt, quæ
faciunt essentiam ventositatis subtilem aeream pro-
pter caliditatem, & exiccationem suam, quæ resol-
uitur, & fugatur ab eo in quo retēta erat; sicut semen vrti-
cæ: et sunt hæc; acorus, allium, anethum, anisum, aroma-
ticum, garyophyllatum. Meß. electarium de baccis lauri,
foeniculus, surfur frumenti, marathrum, myrindatum, ni-
gella, nux muscata, origanum, panicum calidum apposi-
tum, piper, raphanus, rosamarinus, theriaca magna, zuc-
charum, cyminum, cinnamomum, cyperi, diagalanga,
diacyminum, Meß. enula, galanga, iuniperus, ius galli de-
crepiti, leuisticum, oleum laurinum, oleum rutaceum,
oleum anethinū, pilulæ de galanga, Serapio. xvij. antidot.
ruta, syrupus de prassio, fricatio, zinziber conditum.

De digestiuis, & maturatiuis.

Cap. XX.

Maturatiua sunt, quæ calefaciendo cum æqualitate
acquirunt humorum digestionem; nam in eis est
virtus contrāctiua retinens humorem, vsquequo
digeratur, & non ut resoluatur laboriosè, & separetur hu-
midum eius à sicco; sicut facit aduſtio. hanc uerò æquali-
tatem expono proportionabilitatem: nam Serapio in ser-
mone de maturatiuis inquit. Oportet, ut medicina matura-
tiua sit proportionalis calori naturali corporis ita, quòd, si
calor naturalis corporis sit amplior medicina, quæ debe-
tur illi: oportet, q̄ sit calor in illo maior, quàm in alio cor-
pore; & oportet, q̄ sit quantitas cōditionis caliditatis suæ
supra æqualitatem em quantitatē additionis caliditatis il-
lius corporis super corpus æquale. et infert, si possibile est,
quòd manus non separetur ab applicatione continua mem-
bri, in quo ē necessaria generatio saniei; uel aliquod aliud
membrū applicaretur ei; citius generaretur sanies in eo,
quàm alio modo. uel sic maturatiua dicunt, quæ huiusmodi
acquirunt digestionem; et talia sunt, in quibus est calor
temperamento caloris naturalis vicinus. et loquendo de
his, quæ humorem perducunt, in quibus est uiscositas po-
ros claudens; quæ tñ calorem naturalem cōfortant. sanies
autem non fit solum à calore accidentali, ut reliqua, quæ
putrescunt; sed à naturali, & accidentali simul; ideoq; sanies
membris radicalibus assimilatur: et sunt hæc; althæa, ane-
thum, cœpæ liliorum alborū, chamomilla, caulis, cera, cin-
namomū, crocus, aqua tepida cum oleo embrocata, endi-
uia, faba, fœnuigræcum, ficus, frumentum, grana pini, lini
semen, oleum temperatæ caliditatis linitum, passulæ, pix,
pinguedo, resina, saluia, sarcocolla, hyssopus humida, me-
lilotum, matricaria, fordices balnei, terebinthina.

De mordicatiuis.

Cap. XXI.

Mordicatiua sunt, in quibus est qualitas penetrati-
ua subtilis ualdè faciens prouenire in concauitate
separationem plurimi numeri inordinati situs par-

uæ quantitatis. quare unaquæq; earum non sentitur singu-
lariter; sed sentitur totum, quasi dolor unus; sicut empla-
strum de sinapi cum aceto, & acetum ipsum. et sunt apium
raninum, allium, arsenicum, nitrum, porrum, raphanus,
sal, sinapis, cœpæ, fel, folia & lac ficus, pini granum; & ideo
ponitur in infusione aquæ calidæ.

De rubificatiuis.

Cap. XXII.

Rubificatiua sunt, quæ calefaciunt membrū, cui ob-
uiant fortiter & ita, ut ad ipsum uehemēti attractio-
ne sanguinem trahant prouenientes ad eius exteriora,
& rubefaciant ipsum. et medicinæ rubificantes efficiūt
operationem cauterizatione propinquam: et sunt hæc; al-
lium, apium, arsenicum, calcanthum, calx, cicuta, fœx ace-
ti vsta, gummi, ruta, æs, napellus, sulphur, scilla, stercus
columbi, titimallus, vrtica, aqua cineris ficus, argentum
uiuum, auripigmentum, cantharides, cœpæ, euphorbium,
nasturtium, pirethrum, psillij medulla, sinapis, sal, sapor, ui-
trium, vitis alba. ista tamen etiam uidentur caustica; ta-
men differunt; quoniam usquequo non scindunt &c. dicun-
tur rubificatiua: cum uerò pertranseunt, & excoriant, &
escharam faciunt; sortiuntur nomen caustici.

De confortatiuis.

Cap. XXIII.

Confortatiua dicuntur, quæ temperant essentiā mem-
bri, & complexionem eius, donec prohibeatur re-
cipere superfluitates ad ipsum effusas, & impedimē-
ta aut propter proprietatem, quæ est in ea; sicut terra si-
gillata, & theriaca; aut propter æqualitatem complexio-
nis suæ. quare infrigidat illud, quod est calidius; & calefa-
cit, quod est frigidius secundum quòd uisum est Gale. de
oleo rosaceo. et sunt, absinthium, acetū scilliticum, aloë,
aquā rosa. balauſtia, calamus aromaticus, capillus ue-
l castanea, aromaticum rosa. descriptione Gabrielis, cinnamo-
mum, crocus, diambra, diacitoniten, mastix, mentha, mel
rosaceum, pinus, zuccharum rosa. rosa, rosata nouella, hy-
pocisthis, cerrus arbor, folia, glandis & cortex, galla,
gallia incombuſta, aliàs incomposita, garyophyli, grana-
tum, myrtus, olibanum, oua, rhabarbarum, uua, uinum.

De lenitiuis, siue planatiuis.

Cap. XXIIII.

Planatiua, siue lenitiua sunt, quæ sunt uiscosa, & dila-
tantur super superficiem membri dilatationem planæ
superficie: & fit manifestum illius corporis per eam
planum rectè asperitatis, aut currit ad ipsum humiditate di-
latata hac extensione. et sunt hæc, althæa, amyllum, armo-
niacum, arundo zucchari, citoniorum semina, galbanum,
gluten albotin, grana pini, lini semen, manna, medulla ani-
malis, oleum, persica, psillium, uiolæ, hydromel, bdellium,
butyrum, casia fist. caulis, fœnuigræcum, ficus, granata dul-
cia, liquiritia, lupulus, malua, sebesten, sisamum, sicla, sor-
dices parietum balnei, spinachia, zuccharum.

De lubricatiuis.

Cap. XXV.

Lubrificatiua dicuntur, quæ humectant superficiem
corporis obuiantia meatui, & retentis in ipso ita, ut
remoueat ipsum ab eo, & faciat partes eius subtilio-
ris cursus propter leuitatem earum acquisitam per admi-
ſtionem eius. deinde moueantur à loco suo grauitate sua
materiali, & uirtute expulsiua; sicut pruna. unde lenitiua,
quæ habent uirtutem expulsiuam uidentur lubricatiua;
sicut casia fist. mucilago psillij, uiola, aqua lactis, uolubi-
lis, spinachia, tamarindi, ius gallinarum, & gallorum.

De mitigantibus dolorem, & narcoticis. Cap. XXVI.

Mitigantia dolorem sunt in duplici differentia; nam
eorum quædam sunt uere mitigantia; ut chamō-
milla: quædam non uerè; ut opium, & stupefacti-
ua. uerè mitigantia sunt, quæ aut habent complexionem
similem

Saniei or-
tus.

similem complexionem naturali corporis, in quo est dolor, per quorum approximationem complexio naturalis corporis confortatur ita, vt rem contrariam impressam excutiat: aut sunt calida in primo, aut calidiora, ita, vt dissoluant frigidos humores, & ipsos penetrent, eorum complexionem frigidam, & substantiam remouendo, siue sint grossi, & viscosi, siue ventositas grossa ab eis proueniens, quæ in membris clausa sit. aut sunt frigida, quæ eodem modo; vt de calidis dictum est, malam remouent complexionem calidam. exemplum primi; vt in dolore stomachi appositio volæ manus eiusdem. exemplum secundi, chamomilla, oleum anethinum, semen lini, althæa, lana succida, medulla omnis, oleum chamomillinum, vitellum oui, agaricus, ruta, calamentum, baccæ lauri, nigella, thus, pirethrum, euphorbium, sulphur piper, balsamus, serapinum, rosa, viola, filix, memite, semperuiua, portulaca, lactuca, umbilicus veneris, aqua ros. succus, vuarum agrestium, vnguentum populeon, albumen oui, melilotum, oleum oliuæ maturæ, butyrum, fœnugræcum, squinanthum, terebinthina, absinthium. exemplum de calidioribus, sambucus, leuisticum, maiorana, petroselinum, allia, carui, sinapis, nasturtium, castoreum, stercus columbi, opopanax. exemplum de frigidis, cerussa, nenuphar, solatrum, virga pastoris, folia vitis, hepatica, acetosa, oleum viol. oleum omphacinum, oleum ro. spinachia, sandali. frigida verò narcotica, quæ sunt non verè dolorem mitigantia, sunt illa, ex quorum infrigidatione, quam in membro faciunt, prouenit; vt ponant substantiam spiritus deferentis ad ipsum virtutem motus, & sensus frigidam in complexione sua, & grossam in substantia sua. quare non vtuntur eo virtutes animales, & etiam resoluitur complexio membri propter illud, & non recipit impressionem virtutum animalium. & sunt opium, hyoscyamus, mandragora, papauer & præcipuè nigrum, ficus, lupi, fungi, & inter debilia numerantur, uiola, solatrum, semperuiua, lactuca, nenuphar. & hæc sunt somnum non uerum inducentia.

De perniciosis. Cap. XXVII.

Medicina perniciosa est, quæ conuertit complexionem ad corruptionem superfluum corruptentem; sicut euphorbium, opium &c.

De venenosis. Cap. XXVIII.

Medicina uenenosa est, quæ corrumpit complexionem non cum contrarietate tantum; sed cum proprietate, quæ est ipsa; sicut napellus &c.

De medicinis bezoardicis. Cap. XXIX.

Medicina theriacalis, & bezoardica est medicina, cuius proprietas est, ut conferret sanitatem, & uirtutem in spiritu; ut eis expellat ueneni nocuum a se.

ARGUMENTVM IN CAP. XXX.

DE digestiuis tam simplicibus, quam compositis usualibus in morbis humorum peccantium in presentia agatur. digestio quidem est præparatio humoris ad expulsionem: quæ præparatio est in substantia, aut in qualitate humoris. humores, qui digeruntur, sunt tres; phlegma, cholera, & melancholia: sanguis verò non digeritur, sed euacuatur. cholera igitur præter naturam resistit nimia caliditate, efficit calorem non aptum ad ipsam euacuandam. omnia sanè frigida, & humida, aut frigida, & stiptica conueniunt. idem efficit phlegma, quod indiget in digestionem virtutibus primis, quod est calidum, & siccum, & de secundis indiget dissolutiuis, attenuatiuis, incisuiis, & aperitiuis, atque de quartis indiget phlegmatis solutiuis. digestiua porro melancholice debent humida esse

A in primis qualitatibus, & proprie in adusta: in alio verò calida, & sicca.

Quid sit digestio. Rubrica. 1.

NUNC autem loquor de digestiuis simplicibus, & compositis materierum peccantium in ægritudinibus usualibus, & domesticis, quæ quidem dicuntur talia; quia sunt præparatiua materierum talium ad expulsionem. est. n. digestio hic sumpta ad mentem medicorum præparatio humoris ad expulsionem; ut prima quarti de cura putri. in generali. hæc autem præparatio est in substantia, aut in qualitate humoris principaliter. in substantia quidem; si est grossus; subtiliatio: si subtilis; ingrossatio: si viscosus inciso, & consimiliter de aliis. in qualitate uerò, ut si est calidus infrigidatio, si frigidus calefactio, si humidus &c. sunt nanque ex humoribus quatuor tantum tres, qui digestionem sibi se ipsos tantum recipiunt; phlegma. cholera, & melancholia. sanguis autem se digestionem non recipit; cum sit semper ad exitum præparatus; ut patet intelligenti, & est expressa sententia Auic. prima quarti allegato loco, ubi inquit. & scias, quod plebotomia, quando est intentio sanguinis; non est de genere eius, in quo expectatur digestio expectatione, quæ est in solutiuis, & non expectat digestio, nisi in humoribus alijs, de quorum digestiuis suo ordine dicetur: nam primò ponentur digestiua ipsorum humorum, ut naturales dicuntur: deinde ipsorum, ut innaturales, aut non naturales appellantur.

Digestiua simplicia cholerae naturalis. Rub. 2.

DIGESTIVA cholerae naturalis, simplicia usualia, & domestica sunt, uiola, rosa, lactuca, endiuiua, portulaca, sandali omnes, spodium, camphora, hyoscyamus, hepatica, capillus ve. acetum, aqua ueri frigoris, ribes, succus aranciorum, succus limonum, succus citri, & similiter agresti, malua, iuiuba, sebesten, semina quatuor maiora, infrigidantia, ut melonum, cucurbitæ, citrullorum, & cucumerum. Semina etiã minora infrigidantia, ut portulacæ, endiuiæ, scariolæ, & lactucæ, & granata & succus eius, & præcipuè acetosa, & muza, & papauer, lenticula, aquæ nenuphar. acetosa, anguria, siue bateca, spinachia, cerasa, lupulus, hordeum, solatrum, poma acetosa.

Digestiua simplicia phlegmatis naturalis. Rub. 3.

DIGESTIVA phlegmatis naturalis simplicia sunt hæc, pulegium, calamethum, maiorana, salvia, mentha, satureia, piper, zinziber, radices quinque, a quibus denominantur syrupi de quinque radicibus, fœniculi, apij, petrosellini, sparagi, brusci, semen anisi, fœniculi siue marathri, scilla, acetum, mel, cinnamomum, daucus, squinantum, ficus sicca, eupatorium, galanga, porrum, raphanus, ruta, sal, origanum, serpillus, hyssopus, stœcas, pirethrum, allium, betonica, camedreos, camepitheos, cappares, & breuiter oës medicinae calidæ & siccae videntur esse ut supra phlegmatis digestiua, & tu hæc bene considera.

Digestiua simplicia melancholice naturalis. Rub. 4.

DIGESTIVA melancholice naturalis simplicia sunt, buglossa, bora, epithymum, radices & flores eorum, epithymum, tamariscus, scolopendria, gramen, cuscuta, assarum, acorus, sicla, cicorea, rosmarinus, pimpinella, poma dulcia, uua bene matura, uinum dulce album, thymus, cappares, balneum dulce, polypodium, & si sit eius euacuatuum, spica, agnus castus, dactylus, amygdalæ amaræ, lupulus, fumus terræ, amygdalæ, rapa.

Syrupi usuales tam simplices, quam compositi. Rub. 5.

ANTEQUAM de digestiuis compositis dicam, ea prius inscribam digestiua, siue syropos, quibus medici communiter utuntur apponendo authorum nomina, ea, vel eos laudantium, & hæc bene considera. iuleb ros. Mes. iuleb uiol. Mes. syrupus de byzantiis Mes. syrupus acetosus simplex Mes. syrupus acetosus compositus Mes. syrupus de radicibus Mesue, syrupus violatus Mes. Syrupus de portulacis Mesu. Syrupus de eupatorio Mes. Syrupus de stœcados Mes. Syrupus de epithymo Mesu. Syrupus de miancitoniis Mes. acetum scilliticum Mesuem. oxycacchara Nicol. oxymel scilliticum Mesuem. oxymel simplex Nico.

oxymel

Oxymel compositum Nico. Syrupus de nenuphàre Nicol. Syrupus de pomis Mesu. Syrupus de corticibus citri Mes. Syrupus de acetositate citri Mesu. Syrupus de calamento Mes. Aqua mellis Mes. Syrupus de mentha Mesu. Syrupus de absinthio Mes. Syrupus de fumoterrà maior Mes. Syrupus de liquiritia Mes. Syrupus de hyssopo Mes. Syrupus de prassio Mes. Syrupus de thymo Mes. Syrupus de ribes Mes. Syrupus de limonibus Mes. Syrupus de agresto Mes. Syrupus rosatus Nicol. Syrupus de myrto Nicolai.

Digestiua cõposita cholerae naturalis. Rub. 6.

S E Q V V N T V R digestiua composita cholerae naturalis, ut supra usualia, iulep ros. iulep viol. Syrupus de pomis acetosis, Syrupus de acetositate citri, Syrupus nenupharinus, aqua simplex cum succo granatorũ & pauco zuchari, aqua endiuia, aqua uiolacea, Syrupus acetosus simplex, Syrupus violaceus, Syrupus rosa. oxyzacchara, Syrupus de agresta, aqua hordei cum succo limonum, aut aranciorum & pauco zuchari in modum iulep, aqua acetosa, aut alterius aqua ex aquis conuenientibus de quibus infra cum aliquo acetoso, ut vino granatorũ, succo limonum, aut aranciorum, aut acetositate citri cum pauco zuchari optimi. scito etiã pro sequentibus, quòd cholera naturalis ceteris innaturalibus, quæ cõmuniter apparent calidior existit, ut septimo colliget de ingenio sanatiuo synocharum, & Conciliator differentia nonagesima: quare intentionibus frigidis indiget. et, quare dicat, quæ cõiter appareret uidebit de zinaria.

Digestiua composita phlegmatis naturalis. Rub. 7.

D I G E S T I V A composita phlegmatis naturalis usualis. Oxymel simplex, Oxymel compositum, Oxymel scilliticum, acetosus simplex, acetosus cõpositus, Syrupus de eupatorio, Syrupus de stœcados, Syrupus de quinq; radicibus, siue Syrupus de radicibus. Mel ros. colatum, aqua mellis, Syrupus de prassio, & proprie ad uiscosos, quorum separatio est difficilis, aqua mellis cũ pauco aceti pro pauperibus. & si queritur de oppilatio; fiat decoctio eius cum radicibus foeniculi, apij, aut alterius aperitiui.

Digestiua composita melancholiae naturalis. Rub. 8.

D I G E S T I V A melancholiae naturalis composita usualia sunt hæc; Syrupus de epithymo, Syrupus de fumoterra uterque; maior scilicet, & minor. Mel ros. Syrupus acetosus simplex; licet aliqui ratione aceti minime conferre dicunt, quibus nõ consentit Mes. de syrupo acetoso. & Auer. septimo colliget, de cura feb. melancholicae inquit, illud autem, in quo plus indigemus in hac febre est aperire, incidere, & subtiliare. iulep uiolatum maximè ubi est materia multum adusta, aqua boraginis, cuscute, fumiterra & similes cum zucharo, aut cum iulep uiolarũ iulepizata &c. & hæc benè considera.

Digestio cholerae non naturalis in species. Rub. 9.

E T Q V O N I A M raro; immo rarissimè in corpore humano peccant humores simplices; ut primo Pronostica. commen. 20. hinc subsequens est agere de digestiuis materierum compositarum seruando ordinem, ut supra. & cum de cholera dictum sit prius; hinc agendum est de digestiuis eiusdem, ut innaturalis dicitur, quæ sic ab Auic. prima primi ca. de digestiuis, distinguitur; nam quædam dicitur citrina, quædam uitellina, quædam adusta, quædam prassina, quædam zinaria, hæc sunt species communiter notatae. De cholera uerò ex commixtione melancholiae cum ipsa dicitur infra.

Digestiua cholerae citrina. Rub. 10.

D I G E S T I V A itaq; cholerae citrinae debet esse infrigidatiua, & humectatiua; minus tñ humectatiua, quàm infrigidatiua. & causa, quæ cholera citrina generat ex commixtione phlegmatis tenuis, & aquosi cum cholera ipsa: exempli gratia. iulep uiolati partem unam, ros. partes. v. item Syrupus acetosus simplex. item oxyzacchara cum aqua hordei, uel aqua decocta. Item ex aquis herbarum simplicium conuenientium, de quibus infra cum zucharo, uino granatorum iulepizando, aut aliter præparando, item Oxymel simplex, item iulep uiolatum cum melle ros. colato, item ex Auic. prima quarti de cura tertianæ, Syrupus acetosus simplex cum melle colato, quòd sit subduplum ad acetosum diuersitates tñ istorum Syruporum debent intelligi secundum diuersitatem proportionum materierum cholericarum

E rum ad materias phlegmaticas aquosas, siue subtiles. & tñ ex datis, & dicendis facile considera.

Digestiua cholerae uitellinae. Rubrica. 11.

D I G E S T I V A uitellinae debent esse frigida, aut temperata, subtiliatiua, aperitiua, incisua, & ad humidum parumper declinare, uel saltem in humiditate temperata. & causa quoniam uitellina generatur ex admixtione cholerae cum phlegmate grosso uiscofo, cuius generatio secundum Auic. est magis in hepate; licet Isaac in diætis uniuersalibus quarto cap. dicat hanc in stomacho magis reperiri: exempli gratia Syrupus de byzatiis cum aceto, Syrupus acetosus de duabus radicibus, Syrupus acetosus simplex cum melle rosato colato, Syrupus de calamento cum iulep uiolato, uel syrupo acetoso simplici. item aqua distillationis herbarum simplicium, de quibus infra commiscendo eas secundum proportionem extimatiuam humorum ipsorum adinuicè; scilicet cholerae, & phlegmatis. si uerò fuerit uitellina per adustionem phlegmatis, quam plures uocat uitellina Gal. de qua ipse secundo naturalium uirtutum, ultimo cap. tunc digestiua debent esse frigidiora, & humidiora dictis. & cognoscitur una ab alia; quia hæc habet citrinitatem cum tēdentia ad igneum rubeum. prima uerò tendit ad albedinē propter phlegma, in quo non fuit adustio.

Digestiua cholerae adustae. Rubrica. 12.

D I G E S T I V A adustae debent esse frigida, & humida magis, & minus secundum adustionem maiorem, uel minorem. & causa: quoniam talis fit per adustionem cholerae naturalis, quæ in adustione incineratur: exempli gratia, iulep uiolatum, Syrupus de pomis acetosis Mes. oxyzacchara cũ aqua decocta, Syrupus uiol. Syrupus nenupharinus aqua ordei cum zucharo. & digestiua omnia, uel quasi omnia, quæ supra de digestiuis compositis cholerae addendo semper, si oportet, quæ humectent; ut aqua, uel aliquod tale. pro quo aduertendum, quod, & si Syru. de epithymo, & de fumoterra sint ad siccum tendentes, qui in digerenda hac cholera communiter exhibentur; tamen dantur non tantum ad digerendum, quantum etiam ad ipsam expellendam. & ideo dixit Mes. Syru. de epithymo choleram nigram, & humores adustos cum uirtute expellens. in receptis autem ipsorum ponantur myrobalani, &c. solutiua; ut patet. Conferunt etiam propter proprietatem simplicium, à quibus principaliter denominantur. item dantur, ut per ipsos, & consimiles prohibeatur ulterior putrefactio: nam, sicut humiditas est mater putrefactionis quarto Meteororum: ita siccitas prohibet putrefactionem.

Digestiua cholerae prassinae. Rubrica. 13.

D I G E S T I V A prassinae debent esse frigida, & potentiora, quàm digestiua cholerae adustae; quoniam talis fit etiã per adustionem uitellinae, & ex consequenti densior est, & magis resistens infrigidationi quàm adusta. ex quibus inferitur primò, quòd Syrupi in tali casu non debent iulepizari; sed in sua grossa substantia permanere. inferitur secundò, quòd plus de syrupo, quàm de aqua debet exhiberi; tamen talia cholerae digestiua debent ad humidum declinare; cum talis cholera sit grossa, & humiditate participet. nam; ut expertus fui, melius est extinctioni in hoc casu semper attendere: nam eligibilis est, ut prolongetur ægrotudo, quàm quòd perdat in firmus, & sic semper operatus est pater noster Cermifonus, & est sententia Auer. septimo coll. allegato ca. ubi inquit. & melius est, ut conuertas talem feb. ad lentam longã, quæ curari possit, quàm æger subito moriatur: nam error, qui fuit in alteratione complexionis febris facilius est, quàm mors. tamen quis uersutus instabit, ppter quod ad euitandam omnem controuersiam est commiscendus Syrupus acetosus simplex cum aliis infrigidatiuis; ut uerbi gratia, Syrupus uiol. cum syrupo acetoso simplici & iulep uiol. cum eodem, aut nenupharinus cum eodem, aut de acetositate citri cum eodem addendo etiam species frigidas; ut sandalos, & huiusmodi: nam Syrupus acetosus simplex est aperitiuus, subtiliatiuus, incisuius. & posset diligens inuestigator etiam addere ex aliis Syrupis aperitiuis, de quibus dictum est, secundum quòd discretioni eius uidebitur. quare consideretur; nam ex succo limonum, aranciorum, granatorum & aqua, ut supra de cholera potest fieri extinctiuum

Vitellinae cholerae locus.

Humiditas putrefactionis mater.

Humores simplices raro in corpore humano peccant.

extinctiuum . & hæc benè considera.

De cholera zinaria. Rubrica. 14.

DE ZINARIA, & prafsina non uerè dicatur, quòd, ut colligitur septimo colliget allegato loco, & à Conciliatore dicta differentia, ipsa tantæ est malignitatis, ut ipsa digestionem non expectet; sed mox à natura ipsa percepto suo nocumento vomitu, & quomodolibet aliter expellitur. vnde Auic. prima primi de humoribus. et hæc est peior, & magis perniciofa, & dicit, quod est de substantia uenenorum. ab hac autem cholera nõ fit feb. propter eius malignitatem; nam ante eius putredinem hominem interimit. et plures extimauerunt etiam febrem prafsina nõ posse contingere propter eandem causam. vnde Conciliator allegata differentia recitat se uidisse semel tantum unã febrem de prafsina, quæ interfecit habentem in septima. et ponit eius accidentia. ex quibus colligo, quòd non frequenter apparent istæ materiæ; licet quidam moderni practici aliter iudicent: nam omni die quasi apparent cholera uirides cum tendentia ad fuscum, quas prafsinas uocât: quæ, ut credo, non sunt semper veræ prafsina; sed sunt uirides factæ per admixtionem melancholia cum cholera citrina. cuius signum; quoniam tales sunt liquidæ currentes, & non grossæ: nam ex admixtione nigri cum citrino generatur uiridis; ut patet ex admixtione indici cû auripigmento; vt faciunt pictores. et ista est, de qua dixit Conciliator, quòd aliquando euomebat. et ex ista febre sunt longæ propter melancholiam secum admixtam, & talis indiget digestiuis mixtis; ut patet. possumus tamen imaginari quatuor gradus prafsina veræ, & consequenter quòd in primo gradu existens, aut secundo verè potest febrem causare; licet rarò contingat: in tertio verò, & quarto nequaquam. et hoc pro concordia authorum. sed de his infra de febribus cholericis.

Digestio phlegmatis non naturalis in species.

Rubrica. 15.

PHLEGMA diuiditur prima primi de humoribus in mucilaginosum, crudum, aqueum, gypsum, falsum, acetosum, ponticum, dulce, acre, uitreum. sed prima quarti de febre phlegmatica, phlegma putridum ad quatuor species tantum reducit, ubi inquit. et phlegma quidem putridum quandoque est vitreum, quandoque acetosum, quandoque dulce, quandoque falsum, crudum, & mucilaginosum sub vitreo comprehendens, aqueum & insipidum sub dulci; ponticum verò, & acre sub acetoso; gypsum non facit febrem; ideo digestionem nõ indiget. verba sunt Gentilis allegato loco, demum itaque ordinem illorum quatuor prosequar eorum ponens digestiua.

Digestiua phlegmatis dulcis insipidi & aquosi.

Rubrica. 16.

DE DIGESTIUIS dulcis, & insipidi, & aquosi: unde phlegma est dulce, aut secundum se, aut quia ei admiscetur res extranea dulcis; ut sanguis, qualitercunque sit eius digestiuum, debet esse medium, uel quasi medium in actiuis declinãdo potius ad latus caliditatis, & ficcum in passiuis; & idè commiscenda sunt digestiua cholera cum digestiuis phlegmatis; hoc est, calida cum frigidis uel temperatis; vt exempli gratia, mel rosa. colatum acetosum secundum quòd uidetur expedire secundum maiorem, vel minorem phlegmatis commixtionem. et cõsimiliter suo modo de aquis dicendum, quæ cum ipsis syrupis cõmiscuntur, de quibus infra. item competit oxymel simplex, mel rosa. item oxyzacchara cum aqua mellis exhibita. item syrupus acetosus simplex cum aqua seminum, aut alia calida appropriata. item transire possumus circa statum ægritudinis ad syrupum acetosum de duabus radicibus. item, si fortioribus egemus; transeamus ad syrupum acetosum de quinque radicibus addendo aquas calidas, uel frigidas, ut uideatur expedire. et tu hæc considera.

Digestiua mucilaginosi vitrei, & crudi. Rub. 17.

DE DIGESTIUIS mucilaginosi uitrei, & crudi, debent horum phlegmatum digestiua esse calida sicca, subtiliatiua, incisua, diuretica Auic. prima quarti de cura phlegmaticarum; cuiusmodi sunt, mel rosatum colatum, syrupus acetosus de duabus radicibus, aut syrupus aceto-

A sus de quinque radicibus, aut syrupus de eupatorio cum syrupo acetoso simplici, aut oxymel compositum, aut syrupus de prafsio aliquid acetosatus, aut syrupus de stœcados cum modico acetosi, addendo omnibus aquas harum intentionum, de quibus infra.

Digestiua pontici, acetosi, & acris. Rub. 18.

DE DIGESTIUIS pontici, acetosi, & acris. debent etiam digestiua istorum ad caliditatem, & ficitatem declinare, vt dictum est; sed debent esse minus calida cum uitreum sit frigidius pontico acris & acetoso. & hic loquor de pontico, & acetoso; ut sunt talia per se, & non per admixtionem cholera nigra cum eis: nam de ipsis, ut sic dicitur in c. n. de digestiuis melancholia; exempli gratia, oxymel simplex cum aqua mellis, oxymel compositum cum aqua foeniculi, saluia, & huiusmodi, acetosus compositus duarum radicum cum aqua foeniculi, mel rosa. colatum cum syrupo acetoso simplici, syrupus de eupatorio cum acetoso simplici, aqua cisternæ zuccharata decocta.

Digestiua phlegmatis falsi. Rub. 19.

DE DIGESTIUIS falsi. uariatur enim phlegma falsum ex uaria coniunctione cholera cum phlegmate; aliquando enim cõmiscetur cholera cum phlegmate grosso, aliquando cum subtili aquoso; & tale est phlegma falsum notum. de quo dicendum, quod eius digestiuum in actiuis debet esse temperatum, aut declinare ad frigidum; si fuerit multum falsum, & similiter in passiuis temperatum, aut aliquid ad latus humiditatis, aut aliquando ad latus ficitatis; uerbi gratia, syrupus acetosus simplex cum melle rosaceo, & aqua, aut zucchari. similiter syrupus de endiua cum aqua eius, aut aqua zucchari. item syrupus de acetositate citri. oxyzacchara cum aquis appropriatis frigidis. item in processu syrupus de bizantijs. multa consimilia exempla potest per se diligens percrutator ex habitis ponere. quando autem phlegma est grossum; tunc oportet, quòd digestiuum sit subtiliatiuum; ut uerbi gratia acetosus simplex, oxymel simplex, & huiusmodi. ita quòd oportet variare in his secundum uariam proportionem humorum adinuicem, ut supra. et hæc benè considera.

Digestio melancholia non naturalis in species.

Rubrica. 20.

MELANCHOLIA non naturalis; vt cholera ab Auic. prima primi de humoribus est sexcuplex. vna quidem est talis per adustionem cholera rub. alia per adustionem melancholia subtilis; alia grossa; alia quia cõmiscetur phlegma cum ea; alia quia cum ea commiscetur cholera rubea; alia quia cum ea commiscetur sanguis, & talis appellatur melancholia sanguinea. et alia sic suo modo à dominatione humoris, qui cum ea commiscetur. et tu considera.

Melancho-
liz scio.

Digestiua melancholia per adustionem cholerae

genita. Rubrica. 21.

DE DIGESTIUIS melancholiae genita per adustionem cholerae. illa enim debent esse in actiuis temperata, aut ad frigidum tendentia, & minus, aut magis frigida secundum maiorem, aut minorem adustionem, & in passiuis humida consimiliter magis, aut minus; exempli gratia, syrupus ros. cum melle rosa, aut syrupus nenupharinus, aut de acetositate citri, maximè quando ex ipsa melancholia cordi infertur nocumentum, cum aquis cordialibus frigidis, aut acetosis, de quibus infra. item syrupus acetosus de pomis Mesua, & breuiter infrigidantia dicta de digestiuis falsi phlegmatis, & de digestiuis cholera supra. et dentur omnia hæc cum aquis appropriatis, remittentibus, intendentibus nunc caliditatem, nunc frigiditatem, nunc alias qualitates, ut opus erit. de quibus infra. et nota, quòd, ubi cû hoc querimus inducere somnũ; oportet dare syrupum de papauere cum aqua uiolarum, aut nenupharis &c.

Digestiua melancholiae per adustionem ipsius facta.

Rubrica. 22.

DE DIGESTIUIS melancholiae per adustionem melancholiae subtilis, & grossa. et, qm̄ tam adustionem subtilis, quam grossa sequitur incineratio, & maior in subtili, & terrestificatio maior in grosso; hinc digestiua melancholiae talis per adustionem subtilis debent esse frigidiora, & humidiora, & eligantur frigidiora, & humidiora ex dictis

dictis digestiuis tam de phlegmate falso, q̄ de cholera; qm̄ quæcunq; de melancholia tali per adustionem cholerae rubrae, & pro digestiuis, reliqua minus frigida, & humida. & exempla patent plura ex dictis. aqua autem addita faciunt frigiditatem digestiuorum intendi, & remitti secundum earum frigiditatem maiorem, aut minorem. & tu considera.

Digestiua melancholiae cholericae. Rubrica. 23.

DE digestiuis melancholiae cholericae. debent enim talia digestiua esse media in actiuis, aut ad frigidum declinare; ne in calore superfluentia intensioem, aut adustionem gignant in cholera. in passiuis vero declinare debent ad humidum; vt calor incendium remittatur, & sic prohibeatur vltior actio, & ex consequenti mala, & non naturalis ficcitas abiiciatur; verbi gratia, syrupus viol. syrupus de endiuia, syrupus de pomis, syrupus de acetositate citri, & maxime quando talis cordi nocumentum infert. aqua hordei cum zuccharo, & succo limonum, aranciorum, syrupus de epithymo. pro quo considera, quæ dicta sunt de digestiuis cholerae adustae, & plurima ibidem posita ad hoc cap. reducantur. & tu considera.

Digestiua melancholiae phlegmaticae. Rubrica. 24.

DE digestiuis melancholiae phlegmaticae. in his digestiuis oportet multa considerare: primo, ne sint multum calida; ne subtilè resoluatur, & augeatur melancholia, & genita ingrossetur: secundo per eandem causam vitentur exiccantia multum: tertio non sint multum prouocantia saltem in principio; vt oxymel compositum, & syrupus de epithymo; ne per ipsa agitetur materia, & ad vias strictas perducta consequatur oppilatio, & etiam educito subtili remaneat grossum. debent itaque ad calidum parumper declinare, & in passiuis debent esse temperata, vel ad humidum, vel siccum parumper tendere; exempli gratia, oxymel cum aqua fumiterræ, & aqua simplici decocta, syrupus acetosus simplex cum melle rosa. colato, aqua endiuia, fumiterræ. item oxymel compositum apparentibus signis digestionis. item syrupus positus à Mesue in cura sodæ ex aggregatione phlegmatis, & melancholiae, cuius initium mesarugia. item syrupus de fumoterræ cum aqua buglossæ, boraginis, endiuia & similiter. item syrupus de epithymo. est tamen notanda differentia inter syrupum de epithymo, & syrupum de fumoterræ quantum ad hoc; quia de fumoterræ est leuior, & minus solutiuis, & conuenientior membris calidioribus: de epithymo vero est magis aperitiuis, & materierum phlegmaticarum plus educitiuis.

Digestiua melancholiae melancholicæ.

Rubrica. 25.

DE digestiuis melancholiae melancholicæ. vnde digestiua huiusmodi melancholiae sint temperata in actiuis, vel parumper per calidum declinent. in passiuis vero ad humidum sint tendentia. & causa ex prædictis satis facilè intelligi potest. verbi gratia, mel ros. colatum cum syrupo, aut iulep. viol. aut syrupus de endiuia cum aquis conuenientibus; vt est buglossæ, boraginis, fumiterræ, epithymi, aut decoctio buglossæ, florum boraginis cum passulis, & melle dulcorata. item verbi gratia, digestiuum fortius trāseatur ad syr. de epithymo cum aqua decocta dulcorata cū zuccharo, aut cum aqua boraginis, vel buglossæ. & talia multa fabricari possunt ex datis.

Digestiua melancholiae sanguineæ. Rub. 26.

DE digestiuis melancholiae sanguineæ, & pro huiusmodi digestiuis recurratur ad digestiua cholerica remittendo ea in frigiditate, & humiditate: nam, sicut cholera est sanguine calidior; ita frigidioribus indiget; & cum ipsa sit sicca valdè, & sanguis non, hinc humidioribus. sanguinea autem melancholia, & huiusmodi indiget, ne vltius in exiccatione procedatur. ista autem materia saepe ex facta phlebotomia euacuatur ita, vt paucis egeat digestiuis. & tu considera.

Canon in administrandis syrupsis. Rubrica. 27.

ET, pro complemento eorum, quæ dicta sunt de digestiuis; notandum, quòd, cum digestio debeatur causæ antecedenti, etiam coniuncta, vt omnes volunt authores; digestiuum materiae calidæ in die quietis debet esse minus

frigidum, & in die motus magis frigidum. econtra verò in materia frigida; quoniam in die quietis debet esse calidius, & in die motus minus calidum: hoc tamen communiter non obseruatur; nam canonicè operando sic fieri debet, vt patet intelligenti. & hæc de digestiuis compositis vsualibus dicta sufficiant.

Canon pro illis, qui non possunt accipere syrupum. Rubrica. 28.

POSTREMO aduertendum, quòd, si quis talia digestiua accipere non posset; debet curiosus medicus ex aquis, de quibus supra statim facere digestiua ipsa adinuicem miscendo, vt expediens erit, proposito suo addendo zuccharum, & aliud dulce, acetosa; vt vinum granatorum. & sciendū, quòd radix digestiuorum in materia calida sunt semina quatuor frigida maiora, & minora, de quibus supra de digestiuis cholerae naturalis, & infra de feminibus. radix verò digestiuorum in materia frigida, & specialiter phlegmatica sunt radices quinque; petroselini, apij, foeniculi, sparagi, & brusci.

DE aquis vsualibus temperatis. Rub. 29.

AQUAE vsuales, de quibus est facta mentio supra, & primò de temperatis; aqua capilli veneris, aqua althææ, aqua sparagorum, aqua lupulorum, aqua chamomillæ, aqua graminis, aqua liquiritiæ, aqua buglossæ.

Aquæ vsuales calidæ. Rubrica. 30.

SEQUITUR de aquis calidis. aqua absinthii, rosmarini, bethonicae, eupragiæ, rutæ, eupatorij, melissæ, maioranæ, méthæ, fauicæ, hyssopi, scabiosæ, saxifragiæ, aqua vitis, fumiterræ, foeniculi, boraginis, chelidoniæ, enulæ, scolopendriæ, lauri, prassij, raphani, saluiæ, apij, berbenæ, cuscute, parietariæ, acori, aqua mel. cocta, siue cum distillatione.

Aquæ frigida vsuales. Rubrica. 31.

SEQUITUR de aquis frigidis, aqua ros. cucurbitæ, endiuia, nenupharis, portulacæ, plâtaginis, aqua solatri, violarum, acetosæ, anguriæ, hordei, hepaticæ.

ARGUMENTVM IN CAP. XXXI.

QUAE solutiua vsualia euacuent humores iã sunt dicenda; sed primum simplicia, deinde composita. vbi notatur, quòd composita solutiua educunt plures humores simul; sed vnum plus, & principaliter, alium verò minus, & secundario. & quãdo duo sunt vnã mixti humores; solutiuum debet vtrunque amplecti. præterea hæc sunt animaduertenda rarò ea medicamenta choleram educunt citrinam, quæ vitellinam non euacuent, & semper ferè euenit, quòd quæ purgant choleram, non educant phlegma. est & quedam cholera, quæ prassina dicitur. ea eodem soluitur pacto, quo vitellina, vel cordialibus euacuantibus. accedit eo, quòd omnia leuia solutiua simplicia, & composita phlegmatis sunt dulcis, insipidi, & aquosi educitiua: & soluentia phlegma acetosum sint remissiora soluentibus vitreum: nam difficilior est purgare vitreum viscosum, quàm porriticum.

De solutiuis vsualibus.

SEQUITUR de solutiuis tam simplicibus, quàm cõpositis vsualibus de quibus proportionabiliter dicitur; vt de digestiuis dictum est.

Simplicia cholerae euacuatia. Rubrica. I.

SIMPLICIA vsualia cholerae principaliter euacuatia sunt scamonea, rhabarbarum, aloë, absinthium, viola, cassia, manna, capillus veneris, lupulus, myrobalani citrini, fumiterræ, aqua casei, succus rosarum, tamarindi, pruna, psillium, volubile.

Simplicia phlegmatis euacuatia. Rub. II.

SIMPLICIA vsualia phlegmatis principaliter euacuatia, cebuli, emblici, bellirici, salgemma, species salis, kerua, hyssopus sicca, thimus, cucumer asininus, hermodactyli, zinziber, aqua caulium, zuccharum rubeum, centaurea,

taurea, sambucus, anacardus, serapinum, colocynthida, turbith, stœcados, ireos, sarcocolla, been, euphorbium, scilla, assarum, polium, vrtica, agaricus, carthamus, opopanax, lacticia, vt esula, serpentaria, arthanita, ius galorum decrepitorum.

Simplicia melancholice euacuatia. Rub. 3.

SIMPLICIA vsualia cholera nigra principaliter euacuatia sunt epithimum, polypodium, myrobalani nigri, lapis lazuli, sena, cuscuta, Circainstans elleborus niger. & dictum est principaliter; quoniam, vt scriptum est, rarissimè inueniuntur in corpore humano peccatum in vno solo humore, & consimiliter rarissima, immò quasi nulla est medicina solutiua, quæ tantum vnum humorem euacuet; immò quæ euacuant choleram, etiam euacuant phlegma, vt supra discurrendo de ipsis in libris authorum. & suadet hoc experientia. vna tamen medicina principaliter magis euacuat vnum humorem, quam alium; vt exemplificatum est, & est sententia Mesue in suo de consolatione medicinarum. cap. secundo, vt patet.

Simplicia sanguinis eductiua, vel ipsius clarificatiua. Rubrica. 4.

DE solutiuis sanguinis. vnde sanguinis nulla est medicina, quæ de prima intentione sit eductiua. vnde Mesue de consolatione allegato capitulo inquit. Nulli enim medicinarum proprium est de prima intentione, quòd sit sanguinis eductiua: custodit enim eum natura vsq; in postremum, nec deserit nisi coacta. & dicitur de prima intentione; quia secundariò, & non proprie, vel de secunda intentione, vt ita loquar, potest medicina sanguinem educere. & hoc contingit in tribus casibus. primus, quando medicina est de habentibus excoriare tunicas venarum; vt cucumer asininus, euphorbium, mezereon, scamonea &c. secundus, quando medicina habet de proprietate aperire orificia venarum apertione sanguinem fluere faciente; vt aloe malus. tertius, quando medicina est effrenitans, vt scamonea, & quælibet alia medicina vltima. hanc sententiam commendauerunt communiter antiqui nostri. & dicitur communiter; quia Galenus de simplici me. quarto capitulo recitat suo tempore inuentam esse à casu medicinam de prima intentione sanguinis eductiuam. & Conciliator noster differentia. 146. idem confirmare videtur cum dicat Padua etiam suo tempore fuisse cognitam, pro quibus facit textus Auicennæ secundo canon. capitulo de lente, vbi in fine dicit. lentem syluestrem soluere sanguinem. & secundo canone capitulo de volubili. Et est quædam species volubilis mala, quæ solutione educit sanguinem, quid dicam nescio. miror, quòd Galenus, qui se de multis gloriauit, noluerit ex notitia nobis exhibita de hac herba etiam gloriam consequi: & consimiliter Conciliator noster poterat, non fecerunt, nec debebant dubitare; quoniam ex notitia plurium aliorum simplicium potest medicus hominè interficere, & subito, & ad tempus; vt patet venenorum species discurrenti. sequar ergo cõem scholam medicorum in hac parte; cum sanguis per phlebotomiam facilius educatur, quam per medicinam; natura namq; in superfluis non abundat. dicitur tñ, quæ quædam medicinae sunt sanguinem mundificantes; quia clarificantes; vt lupulus, tamarindi, capillus ve, aqua lactis, succus ros. cassia, manna, fumus terre, aloe, aqua fructuum Mes. septimo antidotarij, cuscuta, lapis lazuli, rhabarbarum, rosa &c. & hoc de per accidens; quia educunt materiam communiter sanguinem inficientem.

Solutiua composita communiter vsitata. Rubrica. 5.

SED, antequam inscribam solutiua composita humoribus appropriata; prius recitabo indifferenter solutiua composita authorum nomina apponendo, quibus communiter moderni, & antiqui vsi sunt, & etiam vsque ad hanc ætatem: & sunt hæc. hiera pigra Gale. Mesue, hiera hermetis Mesue, electarium indum magnum Mesue, confectio amech Mesue, benedicta Nico. electarium de succo rosarum Nico. diasena Nico. diaprunis Nico. blanca Nico. stomatichum laxatiuum Nic. catharticum imperiale Nico. hieralogodion Nico. diarob magistrale, diafinicon siue confectio de dactylis Mesue, electarium de psillio Me-

A sue, electarium elefcos Mesue, confectio electarij diacitoniten siue diacitoniten solutiuum Mesue, diaturbith magistrale, catholicon Nicolai oxymel iuliani Nico. secaniabin educens phlegma Mesue, secaniabin educens melancholiam Mesue. possunt & omnes syrapi fieri solutiui addendo eis solutiua. & tu considera. pilulæ de hiera simplici Mesue, pilulæ de hiera composita Nico. pilulæ aureæ Nico. pilulæ cochix, pilulæ de sarcocolla Nico. pilulæ de serapino, pilulæ de euphorbio, pilulæ de eupatorio, pilulæ de rhabarbaro, pilulæ de lapide lazuli, pilulæ de hermodactylis maiores, pilulæ foetidæ maiores, pilulæ cochix Almanforis in vsu, pilulæ alefanginæ, pilulæ aggregatiuæ maiores, pilulæ inde, pilulæ lucis maiores, pilulæ de agarico. omnes hæc secundum Mesue, pilulæ sine quibus esse nolo Nico. pilulæ assaieret Auic. pilulæ de fumoterræ Nicolai.

Solutiua cholerae naturalis. Rubrica. 6.

SOLVTIVA cholerae naturalis vsualia sunt electarium de succo rosarum, diaprunis, & huiusmodi. vbi aduertendum, quòd, licet inter omnia composita hæc duo videantur solum choleram educere; non tamen sic ipsam educunt, quin etiam phlegma purgent; vt patet ex eorum descriptionibus: nam semper inuenio composita solutiua educere plures humores simul; sed de vno plus, & principaliter, de alio verò minus, & secundariò. & hoc credo auctores fecisse; quia in corpore semper plures peccant humores, & non vnus solus, vt patet. & ideo, cum vocantur solutiua cholerae, & vel alterius humoris; debet intelligi, quod illa principaliter, & magis &c. vt hiera pigra Gal. electarium de psillio, pilulæ alefanginæ, pilulæ de hiera simplici, pilulæ aureæ, pilulæ de rhabarbaro.

Solutiua cholerae citrinae. Rubrica. 7.

SOLVTIVA cholerae non naturalis secundum ordinem digestiuorum, & primò de solutiuis citrinae. pro his, & sequentibus dicendum est, quòd, sicut efficitur non naturalis per admisionem alterius humoris secum; ita, & solutiuum eius debet amplecti vtrumque humorem. unde hoc in casu reperitur benè simplex habens vtramq; virtutem; sed pro maiori parte dantur composita, quæ sunt harum virtutum: & ideo numerabuntur inter composita etiam simplicia, quæ omnia intelligi debent de omnibus aliis humoribus. eductiua itaque talis humoris sunt aloe, myrobalani, rhabarbarum, cassia fistu. & specialiter cù turbith, pruna, psillium, volubilis, cucumer asininus, hierapicra simplex, electarium de psillio, pilulæ de hiera simplici, pilulæ aureæ, pilulæ aggregatiuæ maiores, tamarindi, manna, succus rosa, viol. absinthium, eupatorium, scamonea, ireos centaurea, diacitoniten solutiuum, electarium de succo rosa, diaprunis cum scamonea. & vt dictum est, quia hic humor est compositus; possumus componere composita adinuicem; vt verbi gratia, electarium de succo ros. 3. ij. s. diafiniconis. 3. i. & sic accipiendo eductiua phlegmatis, & miscendo cum eductiuis cholerae s'm proportionem ipsius ad phlegma, vt dictum est. & hoc sit canon etiam pro sequentibus. & tu hæc singula benè considera.

Solutiua cholerae vitellinae. Rubrica. 8.

SOLVTIVA vitellinae vsualia sunt rhabarbarum, capillus veneris, assarum, cucumer asininus, electarium elefcos. diacitoniten turbithata, diaprunis, scamonea, catharticum imperiale, pilulæ aureæ, pilulæ de eupatorio, cassia vigorata cum turbith, manna cum turbith, cum diafinicone, hierapicra simplex, hiera composita. electarium de succo ro. pilulæ de hiera simplici, pilulæ de hiera composita, pilulæ de rhabarbaro, pilulæ aggregatiuæ maiores. & nota, quòd raræ sunt medicinae educentes choleram citrinam, quæ etiam non educant vitellinam, & rarissimæ sunt, quæ educant choleram, quæ etiam non educant phlegma, maximè est verum de compositis; quia rarissimè ab auctoribus, & practicantibus inuenta est cholera peccare sine phlegmate.

Solutiua cholerae adustæ. Rubrica. 9.

SOLVTIVA cholerae adustæ sunt hæc, quæ sequuntur. myrobalani nigri, aqua lactis, fumus terre, volubilis, electarium amech, pilulæ de fumoterræ, sena, pilulæ inda, agaricus.

Practica S. I ricus.

Medicina sanguinis primæ eductiua olim inuenta.

Sanguinis eductio per phlebotomiam facilius, quam per medicinam.

ricus, casia vigorata cū sena, uel fumoterræ, diasena &c. cum canone memorato prius.

Solutiua cholerae prasinæ. Rubrica. 10.

SOLVTIVA cholerae prasinæ, unde dictum est supra de digestiuis eius. hæc cholera, ut existimo, rarissimè inuenitur, ut febrem aut longam ægritudinem faciat propter eius malignitatem ita, ut expectetur auxiliū artis; sed mox vomitu, aut secessu percepto tanto nocumento ab ipsa natura euacuatur; quare pauca dicenda sunt de euacuatuius eius. attamen tantum dicatur, quòd euacuantia uitellinā, cum ista fiat ex eius adustione; etiam euacuant prasinam. sed est aduertendum, cum ista dicatur esse de genere venosorum; quòd eligi debent euacuantia cordialia ex sui proprietate, aut facta talia per artem; uerbi gratia, rhabarbarum est cordiale, & ipsius eductiuum, manna cum agarico confortato cum cordialibus frigidis, & sic de alijs solutiuis in febr. pestilentiali ex materia cholericā conuenientibus, de quibus domino concedente dicetur ad plenum. quid autem dicendum sit de æruginosa, patet.

Solutiua composita phlegmatis dulcis. Rub. 11.

SOLVTIVA phlegmatis non naturalis. et primò de solutiuis dulcis inspidi, & aquosi; ut myrobalani chebuli, emblici, bellirici, turbith, pilulæ cochix, pilulæ de serapino ad paralyfim. Mes. alsebram, esula benedicta, serpentaria, pilulæ aefanginæ, pilulæ aayeret, & indifferenter omnia leuia solutiua simplicia, & composita phlegmatis sunt dulcis inspidi, & aquosi eductiua.

Solutiua phlegmatis uitrei &c. Rubrica. 12.

DE SOLVTIUIS uitrei mucilaginosi, & crudi sunt turbith confortatum, hyssopus, agaricus, colocynthida, ius galli decrepiti cum carthamo, centaurea, carthamus, scilla, hermodactylus, ireos, sarcocolla, serapinum, & euphorbium, ciclamen, hiera Hermetis, electarium indum, blanca, benedicta, been, sal, baurach, opanacum, uitis alba, diafinicon, secaniabin educens phlegma Mesue, diarob, diaturbith, hieralogodion, pilulæ cochix, pilulæ de sarcocolla, pilulæ foetidæ, pilulæ de serapino ad paralyfim Mesue, pilulæ de hermodactylis.

Solutiua phlegmatis acetosi &c. Rubrica. 13.

DE SOLVTIUIS pontici acetosi, & acris. hæc solutiua eorum debent esse remissiora, siue debiliora solutiuis uitrei; cum difficilior sit educere vitreum viscosum, siue mucilaginosum, quàm ponticum. unde solutiua his conuenientia sunt eductiua dulcis, & remissiora eductiua uitrei. unde notandum, ut in primo tractatu capitulo tertio medicina debilior si addatur potentiori; ipsam remittit; & idè diafiniconi addemus casiam, aut manna, similiter turbith, & cæteris debilitando eas, ut uidebitur expedire. item aefanginæ, benedictæ, pilulæ de agarico sunt de his debilioribus, quæ competent.

Solutiua phlegmatis falsi. Rubrica. 14.

DE SOLVTIUIS phlegmatis falsi inter cõposita usua lia est electarium amech, pilulæ de fumoterræ, pilulæ aggregatiuæ. et pro his notandum, quòd dictum est phlegma falsum variari ex varia commistione cholerae nunc cum phlegmate grosso, nunc cū subtili aquoso: oportet nanq; aggregare solutiua iam dicta, & humoribus cõuenientia sibi proportionem humoris ad humorem; exempli gratia, electarij de succo ro. par. una, diafiniconis par. ij. pro phlegmate falso grosso. exemplum de notho; ut diaturbith par. ij. electa. de succo ro. par. j. itè turbith præparati. 3. j. itè casia. 3. j. & sic de alijs. facilliter enim ex dictis habetur modus componendi, & his compositionibus addantur aquæ conuenientes, & cū eis interdum syrupi; ut sint delectabiliores. dixit Rasis in diuisionibus polypodium euacuare phlegma falsum.

Solutiua melancholiae per adustionem cholerae rubeæ. Rubrica. 15.

SOLVTIVA melancholiae non naturalis, & primò per adustionem cholerae rubeæ; ut lapis armenus, lapis lazuli, electarium amech, pilulæ de fumoterræ, serum caprinum, sena, diasena, pilulæ de lapide lazuli, pilulæ indæ, myrobalani indi; et componantur eductiua cholerae cū educentibus melancholiam; ut uerbi gratia, casia cum myrobalanis indis. item sena cum rhabarbaro facta eius infusione in

E aqua lactis, & sic de alijs cum fumoterræ.

Solutiua melancholiae adustæ. Rubrica. 16.

DE SOLVTIUIS melancholiae factæ per adustionem melancholiae subtilis, & grossæ; unde solutiua dicta sunt etiam in hoc casu conuenientia. item conueniunt etiā decoct. fumoterræ, decoctio epithimi, hieralogodion & similia, ut syrupus de epithimo, & tu considera.

Solutiua melancholiae cholericæ. Rub. 17.

DE SOLVTIUIS melancholiae cholericæ, unde talia debent esse ex parte uirtutis composita: ut fumoterræ, epithimus, sena, & huiusmodi, de quibus supra. compositæ uerò; ut amech, diasena, pilulæ de fumoterræ, pilulæ indæ, pilulæ aggregatiuæ minores. item componantur; ut patet, quæ melancholiam educunt cum his, quæ cholerae.

Solutiua melancholiae phlegmaticæ. Rub. 18.

DE SOLVTIUIS phlegmaticæ; ut myrobalani indi, stœcados, epithimum prærogatiuam habet super oēs medicinas solutiuas in educendo melancholiam Mesue educit etiam phlegma. Auic. maximè cum melle & sale, ius galli decrepiti cum polypodio confortatum, agaricus, polypodium, secaniabin educens melancholiam. Mes. diasena, hieralogodion; debet tamen confortari cū medicina soluentem melancholiam; ut sit amplior melancholia, quàm phlegmatis eductiuū; nam educit phlegma, & melancholiam, pilulæ indæ. item potest cõponi ex medicinis phlegmatis cū medicinis melancholiae, & educetes melancholiam vincant sibi uictoriā melancholiae super phlegma; ut miscendo polypodium myrobalanos indos cum turbith: item agaricū cum modico polypodij, aut cum modico folliculorum senæ.

Solutiua melancholiae melancholicæ. Rub. 19.

DE SOLVTIUIS melancholiae melancholicæ; & sunt, quæ educunt melancholiam à forma specifica huiusmodi, & humoris eductiua; ut sena, polypodium, myrobalani indi, lapis lazuli, fumoterræ, ex his composita; ut diasena.

Solutiua melancholiae sanguineæ. Rub. 20.

DE SOLVTIUIS melancholiae sanguineæ, & sunt solutiua huiusmodi melancholiae admista cum his, quæ sanguinem clarificant, & mundant; ut uerbi gratia, misceantur tam marindi cū myrobalanis indis, aut cū folliculis senæ, aut cū aqua lactis lupulo. uel misceatur casia cum fumoterræ, aut succo rosa. polypodio. educitur frequenter hæc materia secundū se totā per phlebotomiā, aut quasi ita, quæ paucis indigeat solutiuis; & idè in eis nō multiplico; tum etiā quia ex dictis aperta est uia in cõpositione ipsorum solutiuorū.

De digestiuis appropriatis dyscrasiae membri cuiuslibet
bet tam calidæ quàm frigidæ, cuius Rubrica
sunt 18. Cap. XXXII.

SEquitur modò de digestiuis in unaquaq; ægritudine: & ut tibi hic subscribam digestiua, prout sunt in unaquaque dispositione membrorum nostri corporis conuenientia subiungendo solutiua in eisdem casibus proportionalia, & tu considera.

Digestiua in dyscrasia frigida capitis. Rub. 1.

DE DIGESTIUIS usualia composita in dyscrasia materiali capitis frigida, sibi & membris suis conferentia, nam de dyscrasia immateriali est in sequentibus intelligendum. caput enim confortant, quæ sunt calida, & sicca, aromatica nulla in eo existente dyscrasia. quòd si fuerit talis frigida, & humida; talia pur cõferunt aromatica: quæ, si calida fuerit dyscrasia; conferunt frigida, & humida, aut sicca aromatica.

In primis itaque laudatur syrupus de stœcados Mesue: uale enim epilepsia, spasmus, paralyfi, tremori, torturae & cæteris neruorum ægritudinibus à causa frigida prouenientibus, & cerebro ipso ex dyscrasia frigida alterato, & hoc, si non obstabit fluxus catarrhi, aut aliquod tale; quo casu debet eius nocumentum corrigi cum stypticis, & huiusmodi, ut infra de catarrho. secundò ualeat syrupus de absinthio descriptione Mesue. qui, & si principaliter sit ad stœmachi confortationem inuentus; tamen etiam capiti confert sua caliditate, & siccitate, & aromaticitate. unde Auicenna proprio capitulo. et confert apoplexiæ bibitu membrorum eius; quia auri. unde Auicenna. & confert dolori auris.

item

item Serapio. item, quia spica eius compositionem ingreditur, de qua Auicenna. et confortat cerebrum. item & vinum aromaticum, cum quo fit citonium, etiam est aromaticum cerebrum confortans. item & mel, sicq; ex ingredientibus eius compositionem asserendum ipsum in dyscrasia cerebri frigida conferre. tertio valet syrupus de corticibus citri descriptione Mesuae, ut patet; nam cortex calidus est & siccus, & aromaticus, & muscus ipse. quidam laudant in hoc casu syrupum de calamentho; sed ego non inuenio ipsum laudatum authenticè: ingreditur enim squi nanthum, quo est capiti multum nocens. ex aquis sunt aqua maiorana, aqua saluia, origani, hyssopi, bethonica, ruta, chelidonia, rosmarini, absinthij, prassij, acori, mentha, chamomilla, berbenæ.

Digestiua in dyscrasia calida capitis Rub. 2.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia capitis calida sibi, & membris eius conferentia, caput, & membra eius confortant; cum ad calidum est dyscrasiatu, quæ sunt frigida, & sicca aromatica, aut frigida, & humida: iulep rosatum, iulep violatum, syrupus rosatus, syrupus violatus, syrupus nenupharinus descriptione Mesuae, & Nicolai, item syrupus de papauere descriptione prima, & secunda Mesuae. item syrupus de acetositate citri descriptione Mesuae. item syrupus myrtinus descriptione Mesuae. ex aquis sunt aqua uiolacea, aqua rosarum, nenupharis, solatri, alkekengi, cucurbitæ, plantaginis, portulacæ.

Digestiua in dyscrasia calida pulmonis. Rub. 3.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia pulmonis calida sibi, & suis conferentia. styptica in casu isto suspecta sunt; & ideo, nisi cum eis humida ponantur; non conferunt; humiditas enim virtutem iuuat expulsuam. valet itaque syrupus violatus descriptione Mesuae, iulep ipsum violatum, syrupus de iuiubis, syrupus de granatis dulcibus Mesuae, syrupus de papauere descriptione Mesuae secunda, syrupus de nenuphare. Auic. proprio capitulo, oxymel simplex pauca acetositatis. et ex aquis sunt aqua uiolacea, aqua hepatica, nenupharis, malua, capillorum veneris acetosa, cucurbitæ, plantaginis.

Digestiua in dyscrasia frigida pulmonis. Rub. 4.

DIGESTIVA composita vsualia in dyscrasia frigida pulmonis sibi, & suis conferentia. syrupus de hyssopo descriptione Mesuae, syrupus de prassio Mesuae, syrupus de liquiritia; qui tamen non multum in gradu eleuatur, syrupus de thymo. syrupus contra pleuresim descriptione Nicolai, oxymel scilliticum. & tu considera. et ex aquis aqua pulegij, aqua foeniculi, calamenthi, origani, hyssopi, similia, bethonica, ruta, buglossa, boraginis, liquiritia, scabiosa, prassij.

Digestiua in dyscrasia frigida stomachi. Rub. 5.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia stomachi frigida sibi, & suis convenientia. syrupus de absinthio, syrupus de mentha, syrupus de calamentho, syrupus de thimo, de eupatorio, & propriè eis quibus corrumpitur forma stomachi, syrupus de corticibus citri, mel rosatum colatum. et ex aquis sunt aqua absinthij, aqua mentha, pulegij, origani, liquiritia, calamenthi, saluia, foeniculi, eupatorii.

Digestiua in dyscrasia calida stomachi. Rub. 6.

DIGESTIVA composita vsualia in dyscrasia stomachi calida sibi, & suis conferentia, syrupus rosatus, iulep rosatus, syrupus de agresto, syrupus de myrto, syrupus de succo acetosa Mesuae, & est optimus, syrupus de acetositate citri, syrupus acetosus simplex modicæ acetositatis, oxymel, sacchara, syrupus de fumoterra descriptione prima Mesuae. est sicut temperatus, oxymel simplex. et ex aquis sunt aqua rosarum, aqua endiuia, hepatica, plantaginis, alkekengi, fumi terræ, cichorea, portulacæ.

Digestiua in vtraq; dyscrasia. intestinorū. Rub. 7.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia intestinorum conferentia: sunt nanque intestina ex substantia stomachi facta, & ab eo nascentia. ideo quæ stomacho dicta sunt conferre; etiam ex eis conferunt. verum in dyscrasia frigida maiori indigent caliditate, quam stomachus; non enim sunt ita mēbris calidis unita, vt stomachus, & in hoc

A casu syrupus de calamentho est laudatus à Mesuae descriptione sua prima. et consimiliter dicatur in dyscrasia eorum calida, quæ raro accidit. et ex aquis sunt frigidis hæc, aqua rosarum, aqua plantaginis, portulacæ, & aliæ de stomacho calido dictæ. et ex aquis calidis; aqua ruta, aqua calamenthi, aqua graminis, & aliæ supra de stomacho; sed istæ sunt magis appropriatæ.

Digestiua in dyscrasia calida cordis. Rub. 8.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia cordis calida conferentia; syrupus de acetositate citri, syrupus uiolarum, syrupus rosarum, syrupus de succo acetosa, & est notabilis, syrupus de endiuia, syrupus de agresto, syrupus nenupharinus, syrupus de endiuia syluestri, quia de cichorea, syrupus de bizantijs alteratus, ut decet, plus & minus secundum caliditatis intensiorem maiorem, aut minorem, syrupus acetosus simplex, syrupus de pomis, syrupus de myrto, syrupus de lyonibus etiam à multis modernis vitur. sed audi Simonem Ianuensem, inquit. Nusquam memini me de ipso legisse apud auctorem authenticum nisi apud Auicennam de cura febr. acuta in generali, ubi iubet dari aquam acetositatis lymi non saliti; & tu considera. et ex aquis; aqua uiolarum, aqua rosarum, endiuia, cichorea, acetosa, capilli ueneris, nenupharis, alkekengi solatri, cucurbitæ, portulacæ.

In dyscrasia autem frigida syrupus de corticibus citri Mesuae, syrupus de pomis Mesuae, syrupus de granatis dulcibus Mesuae, syrupus de buglossa magistralis. et ex aquis aqua buglossa, aqua boraginis, aqua melissa, aqua maiorana, aqua rosmarini, & aqua distillationis croci, & aqua enulæ est potens valde Auicenn.

Digestiua in dyscrasia calida hepatis. Rub. 9.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia hepatis calida sibi, & suis conferentia. syrupus de endiuia, syrupus rosarum, syrupus de fumoterra maior Mesuae, syrupus de bizantijs ad frigidum alteratus, oxymel, sacchara, syrupus nenupharinus. et ex aquis sunt aqua endiuia, aqua hepatica, lupuli, portulacæ, alkekengi, cichorea, acetosa, fumiterra, plantaginis.

Digestiua in dyscrasia frigida hepatis. Rub. 10.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia hepatis frigida sibi, & suis conferentia, syrupus de absinthio, syrupus de bizantijs uigoratus à caliditate, syrupus de eupatorio, syrupus de prassio, de thimo, syrupus de calamentho. et ex aquis sunt aqua sparagorum, aqua petroselini, aqua apij, origani, hyssopi, eupatorii, raphani, bethonica, rosmarini, scolopendria, cuscute, chamomilla, absinthij.

Digestiua in dyscrasia vtraq; splenis. Rub. 11.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia splenis calida, & frigida sibi conferentia. syrupi hepatis conferentes dicti eligantur fortiores; nam quæ hepatis conferunt, & spleni valent; quoniam medicinæ hepatis fortes sunt spleni conferentes; nam splen fortioribus, ut infra uigesimo capitulo, sexto tractatu; ut sunt syrupus de prassio, syrupus de eupatorio, syrupus de thimo, syrupus de calamentho; & hoc in causa frigida. et sic suo modo dicatur de frigidis. et ex aquis appropriatis magis sunt, aqua nenupharis, fumiterra, in causa calida, aqua scolopendria; in frigida uero eupatorii, rosmarini, calamenthi, hyssopi, ruta, pulegij, prassi, acori.

Digestiua in dyscrasia vtraq; renum. Rub. 12.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia renum calida, & frigida sibi, & suis conferentia. unde renes indigent medicina styptica; & non multum, & non mordicativa; & ideo in casu conueniunt. syrupus de myrto, syrupus rosarum, nenupharinus, & illi qui in dyscrasia calida hepatis dicti sunt, consimiliter de his, quæ in dyscrasia frigida dicendum. et ex aquis sunt frigida aqua uiolarum, aqua rosarum, lupulorum solatri, cucurbitæ, plantaginis, fumiterra, capilli ueneris, nenupharis, alkekengi, malua, portulacæ. in causa frigida aqua sunt aqua lupuli, petroselini, maiorana, foeniculi, sparagorum granium, cuscute, absinthij, apij, bethonica, scolopendria, rosmarini, chamomilla, prassij, raphani, parietaria, enulæ, vrtica.

Digestiua in dyscrasia utraq; uesicæ. Rub. 13.

Practica S. I 2 DIGE-

Humiditas virtutem iuuat expulsuam.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia vesicæ calida, & frigida sibi, & suis conferentia; quia semper timendum est de nocumento viarum vrinæ; hinc, vt possumus, abstinendum ab acutè mordicantiis, aperitiuis multum; nisi ad hoc cogat necessitas. digestiua autem renibus conferentia sunt, & vesicæ valentia; verùm vesica in suis dispositionibus indiget fortioribus. tu itaque modera, vt opus est.

Digestiua in dyscrasia frigida matricis. Rub. 14.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia matricis frigida conferentia. syrupus de calamentho, syrupus de eupatorio, syrupus de thimo, syrupus de corticibus citri, syrupus de absinthio, de prasio. & ex aquis sunt aqua calamenthi, aqua menthæ, chamomillæ, enulæ, prasiij, saluiæ, petroselini, apij, absinthij, matricariæ, vrticæ, parietariæ.

Digestiua in dyscrasia calida matricis. Rubri. 5.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia calida matricis conferentia. syrupus rosarum, myrtinus, iulep rosatum. ex aquis sunt aqua rosata, capilli ve. portulacæ, fumiterræ, nenupharis, solatri, alkekengi, plantaginis.

Digestiua in dyscrasia frigida iuncturarū. Rub. 16.

DIGESTIVA composita vsualia in dyscrasia frigida doloris iuncturarum conferentia, & talia debent esse subtiliatiua, incisua propter materiæ viscositatem. item & aperitiua; vt per ipsa humor facilius educatur, vt infra, vigesimosecundo capitulo rubrica de cura doloris iuncturarū, & huiusmodi. similiter syrupus de calamentho, de eupatorio, de stœcados, & oxymellis, & specialiter compositum simpliciter pauca acetositis. item mel ros. cum syrupo acetositis. ex aquis sunt aqua calamenthi, maioranæ, bethonicæ, enulæ, saluiæ, origani, chamomillæ, acori. & hic aduerte, quòd, cum talia aperitiua dantur; quæ sunt fortia præcipue dubitatur, ne faciant præcipitare materiam ad loca iuncturarum. quapropter cum talibus; cum vis vtilis illis, commisce styptica, vt mel rosarum, & syru. de stœcados, & pro his recurre ad rubricam allegatam.

Digestiua in dyscrasia calida iuncturarū. Rub. 17.

DIGESTIVA vsualia composita in dyscrasia calida dolorum iuncturarum eis conferentia. Talia oportet, vt sint ingrossantia humorem, siue inspissantia, & prohibentia fluxum eius ad locum; qualia sunt styptica frigida; vt syrupus rosarum, iulep rosarum, syrupus myrtinus, acetosus, simplex cum pauco mellis rosati colati, oxycacchara pauca acetositis, in quo plus de vino ponitur granatorum. & ex aquis sunt, aqua rosarum, aqua plantaginis, aqua endiuia, aqua cichoreæ, fumitteræ, portulacæ.

Digestiua in cutis infectione. Rubrica. 18.

DIGESTIVA vsualia in cutis infectione; vt est scabies; morphea, lepra, & huiusmodi conferentia. vnde duo sunt communiter talia. vnde primùm, quod est facilius, est syrupus de fumoterræ maior, & minor Mesue. secundum & est fortius de epithimo descriptione Mesue, & valet in infectionibus fortioribus, & in morbis frigidis melancholicis cum quibus ponam directiua ad membra, in quibus peccat humor. & ex aquis sunt, aqua fumiterræ, endiuia, aqua lactis vt infra, portulacæ, cucurbitæ. & sicut de digestiuis actum est, vt semper tibi, vt potuero, magis complaceam, eo inscribā ordine de solutiuis ipsis correspondentibus, ac de confortantibus membra humani corporis.

De euacuatiuis appropriatis cuicumque membro dyscrasiato, cuius rubricæ sunt. 21.

Cap. XXXIII.

Solutiua in dyscrasia calida capitis. Rubrica. 1.

Solutiua composita simplicia vsualia in dyscrasia calida materiali capitis sibi, & suis conferentia, & de materiali semper sermo noster intelligatur. aloë principaliter choleram educit, myroalani citrini; composita hiera simplex, diaprunis Nico. electarium psilij, electarium de succo ros. Nico. & etiam Mes. pilulæ aureæ, & sunt medicina propria; quia istæ sunt propriè educentes cholera principaliter à capite.

E Solutiua in dyscrasia frigida capitis. Rubrica. 2.

SOLVTIVA cōposita, & simplicia in frigida dyscrasia. myroalani, kebuli, emblici, agaricus, colocynthida, sarcocolla, serapinum, elleborus niger, pilulæ de serapino, pilulæ de agarico, pilulæ afayeret, pilulæ lucis & oculis propriæ. electarium hamec; quia melancholica, hiera hermetis, diasena in melancholica, hieralogodion in phlegmatica & melancholica, pilulæ aefanginæ, pilulæ aggregatiuæ minores, pilulæ de sarcocolla, foetidæ, cochia, pilulæ sine quibus esse nolo, & oculis maximè.

Solutiua in dyscrasia calida pulmonis. Rub. 3.

SOLVTIVA in dyscrasia calida pulmonis. cassia, manna, psilium, electarium de psilio, diacatholicon, diaprunis.

Solutiua in dyscrasia frigida pulmonis. Rub. 4.

SOLVTIVA in dyscrasia frigida pulmonis. ireos, & est proprium, sena, sarcocolla, turbith, agaricus, & est proprium, catholicon, pilulæ de sarcocolla, de agarico, de serapino, cassia, & manna vigorata cum edulentibus phlegma.

Solutiua in dyscrasia calida stomachi. Rub. 5.

SOLVTIVA in dyscrasia stomachi calida. aloë, & melius est lotum, myroalani citrini, rhabarbarum, cassia, thamarindi, hiera simplex, electarium de psilio, diacitoniten Mes. electarium de succo ros. Nico. & Mes. manna, pilulæ de rhabarbaro, pilulæ aureæ, aggregatiuæ minores, diaprunis, catholicon, pilulæ de hiera simplici, de fumoterræ.

Solutiua in dyscrasia frigida stomachi. Rub. 6.

SOLVTIVA in dyscrasia frigida stomachi. aloë, sed principaliter calidum; & ideò vigoretur, myroalani Kebuli, rhabarbarum, thamarindi, manna, cassia, turbith, agaricus, sarcocolla, lapis lazuli. in melancholica, pilulæ aefanginæ, aggregatiuæ maiores, Indæ in melancholica, de sarcocolla, afayeret, pilulæ lucis, pilulæ de lapide lazuli, hiera simplex vigorata cum edulentibus phlegma, hiera Hermetis, electarium indum, diafinicon, diasena, & præcipue in melancholica, catharticum imperiale, hieralogodiō, catholicon, pilulæ de agarico, foetidæ maiores, cochia, de serapino, pilulæ sine quibus esse nolo.

Solutiua in dyscrasia vtraq; intestinorum. Rub. 7.

SOLVTIVA in dyscrasia calida, & frigida intestinorum simplicia: nam, sicut dictum est supra de digestiuis stomacho appropriatis; ita pariformiter dicatur de solutiuis: nā quæ stomacho conferunt, etiam intestinis valent: & ideò ad solutiua nunc antescrpta te transferas.

Solutiua in dyscrasia calida cordis. Rub. 8.

SOLVTIVA in dyscrasia calida cordis. myroalani citrini, electarium de succo rosarum Mes. rhabarbarū, scamonea etiam à corde euacuat; sed est ei multum nociua, propter quòd multi euitant eam in feb. pestilentiali. verentur eam benè correctā; vt patet in tractatu primo quarto capitulo. non inuenio plura composita edulentia choleram à corde: quare ex his simplicibus compone.

Solutiua in dyscrasia frigida cordis. Rubrica. 9.

SOLVTIVA in dyscrasia cordis frigida. sena in melancholica, emblici, lapis lazuli in melancholica, diasena in melancholica, rhabarbarū; sed principaliter cholera; & ideò vigoretur cum phlegma edulentibus, non inuenio plura composita vsualia; & ideo ex his compone.

Solutiua in dyscrasia calida hepatis. Rubrica. 10.

SOLVTIVA in dyscrasia hepatis calida. de aloë dicit Mesue; & quia operatio eius nō multū extendit in corpore; vix. n. est pertransiens hepar; nisi in q̄titate exhiberet. Auic. cū tñ virtus eius, quod purū est, nō penetret ad illa, q̄ sunt cordi lōginqua; immò nō penetret hepar. rhabarbarū, myroalani citrini, thamarindi, hiera simplex, electariū de psilio, electarium diacitoniten, aqua lactis maximè, qñ est cholera adusta, pilulæ de hiera, de eupatorio, catholicon, electarium de succo rosarum Mesue & Nicolai, diaprunis, pilulæ de fumo terræ, maximè quando cholera est adusta.

Solutiua in dyscrasia frigida hepatis. Rub. 11.

SOLVTIVA in dyscrasia hepatis frigida. agaricus, hiera hermetis, ireos, cucumer asininus, sena in melancholica, catharticum imperiale, catholicon, pilulæ de aga. diafinicon, electarium indum, diacitoniten Mes. pilulæ aggregatiuæ minores, pilulæ indē in melancholica.

Solutiua

Solutiua in dyscrasia calida splenis. Rub. 12.
SOLVTIVA in dyscrasia splenis calida. rhabarbarum, aqua lactis maximè, quando cholera est adusta, electarium de psillio non inueni aliud compositum.

Solutiua in dyscrasia frigida splenis. Rub. 13.
SOLVTIVA in dyscrasia splenis frigida. polypodium in melancholica ireos, lapis armenus in melancholica, lapis lazuli in melancholica, serapinum, sena in melancholica, diasena, pillulæ indæ in melancholica, pil. de serapino.

Solutiua in dyscrasia calida renum. Rub. 14.
SOLVTIVA in dyscrasia renum calida. rhabarbarum, castia, manna, hiera simplex, electarium de psillio, electariū de succo rosarum Mesuem, & Nicolai. aqua lactis, quando materia est adusta, pillulæ de hiera simplici, de rhabarbaro, pillulæ de fumo terræ, diaprunis, catholicon.

Solutiua in dyscrasia frigida renum. Rub. 15.
SOLVTIVA in dyscrasia renum frigida. castia maximè, quando uigoratur ad materiam frigidam; quoniam principaliter choleram educit, manna similiter, agaricus, elleborus niger diafinicon, diacitoniten, catharticum imperiale, pillulæ de agarico, hiera simplex, hiera Hermetis, electariū indum, pillulæ de hiera simplici, benedicta, pillulæ ex speciebus factæ, hieralogodion in phlegmatica.

Solutiua in dyscrasia vtraq; vesicæ. Rub. 16.
SOLVTIVA in dyscrasia calida, aut frigida vesicæ: de ipsis enim dicetur respectu solutiuiorum, ut dictum est de digestiuis sibi appropriatis respectu aliorum digestiuorum: nam quæ renibus conferunt, & vesicæ valent; sed eligantur in casu fortiora.

Solutiua in dyscrasia calida matricis. Rub. 17.
SOLVTIVA in dyscrasia calida matricis. rhabarbarū: non inueni aliud simplex, diaprunis, pillulæ de rhabarbaro, hiera simplex, electarium de succo rosato, catholicon vigoratum ad choleram.

Solutiua in dyscrasia frigida matricis. Rub. 18.
SOLVTIVA in dyscrasia frigida matricis. agaricus, & est propria, serapinum, elleborus niger, pillulæ de hiera simplici, de hiera cum agarico, hiera de agarico, hiera hermetis, electarium indum, diafinicon, catharticum imperiale, pillulæ de serapino, benedicta Nicolai.

Solutiua in dyscrasia calida iuncturarū. Rub. 19.
SOLVTIVA in dyscrasia iuncturarum calida. non inueni simplex vsuale educens choleram à iuncturis; & idè ad composita uenio. electarium de succo rosarum Nicolai, Mesuæ. alia non inuenio; idèq; te componere oportet eligendo euacuantia choleram addendo ea, quæ ad iuncturas ducunt.

Solutiua in dyscrasia frigida iuncturarum. Rub. 20.
SOLVTIVA in dyscrasia iuncturarum frigida. turbith, agaricus, polypodium, maximè in melancholica, hermodactylus, & est propria, cucumer asininus, sarcocolla, pillulæ de hermodactylis, pillulæ de hiera cum agarico, de agarico, hiera Hermetis, electarium indum, catharticum imperiale, pillulæ aggregatiuæ maiores, de serapino. et sis attentus, ut infra, 22. capitu. quòd solutiua talia in causa scilicet frigida debent secum habere, quæ educunt choleram, quoniam materia grossa non posset penetrare; nisi esset per materiam subtiliatam, & hoc fm plurimum, & raro in paucioribus: & idè cū hermodactylis Auic. commiscet scamoneam. item quia stypticitate participant, ut supra.

Solutiua in infectionibus cutis. Rub. 21.
SOLVTIVA in infectionibus cutis ualentia &c. aqua lactis, fumi terræ, & Cermifonus noster vsus est succo eius in scabie cum aqua lactis, lac, lapis armenus, lapis lazuli, pillulæ indæ, pillulæ de lapide armeno, diasena, electarium hamec, pillulæ de lapide lazuli. et licet solutiua, ut supra; sic magis respiciant humores, quàm membra; tamen etiam habent in eorum proprietatibus, ut membra respiciant, ut supra dictum est. & dato, qd ita sit; tamen credo esse consulendum, ut cum solutiuis ipsa semper ponantur, quæ dirigant ad membra, à quibus euacuatio queritur, quæ etiam sua uirtute confortent. et hæc benè considera.

A De confortatiuis appropriatis unicuiq; membro dyscrasiato, cuius rubricæ sunt 20. Cap. XXXIII.

Confortatiua in dyscrasia calida capitis. Rubr. 1.

S Equitur de confortatiuis. confortatiua in dyscrasia capitis calida composita vsualia, & de his est sermo noster. requies Nicolai. Diacodion Mesuæ iulep uiolatum, Kebuli conditi, iulep rosatum.

Confortatiua in dyscrasia frigida capitis. Rub. 2.
IN DISCRASIA eius frigida, & partibus suis diabra Mes. confectio de diamusco dulcis Mes. confectio anacardina Mes. theriaca magna Nicolai, acori conditi, diamargariton Nicolai, electarium de gemmis Mesues, electariū regum Mes. lactificans Rasis, mitridatum.

Confortatiua in dyscrasia calida pulmonis. Rub. 3.
CONFORTANTIA in dyscrasia calida pulmonis, & pectoris, diarrhodon abbatis Nicolai, diadragantum Nicol. zuccharum uiolatum, lac de papauere, diacodion Mesue.

Confortatiua in dyscrasia frigida pulmonis. Rubrica. 4.
IN DISCRASIA eius frigida. diamuscum dulce Mes. electarium regū Mes. philonium Mes. mitridatum, diamargariton Nicolai, diapenidion Nicolai, theriaca magna.

Confortatiua in dyscrasia calida stomachi. Rub. 5.
CONFORTATIUA in dyscrasia stomachi calida. emplastrum de sorbis Mes. triafandali Nicolai, michileta Nico. Kebuli conditi Mes. diarrhodon abbatis, Nico. diacitoniten zucchari Mes. miua citoniorum Nico. iulep rosatum, persica condita Mes. poma condita Mes. rob de ribes, rob de berberis, iulep rosa. rob de agresta, rob de moris Mes.

Confortatiua in dyscrasia frigida stomachi. Rub. 6.
IN DISCRASIA eius frigida diaciminum, diacinnamomum, & propria Mesues. diagalanga, & est ex propriis Nicol. confectio anacardina Mes. philonium Mesue, diacitoniten Nico. lactificans Alman. trifera fœnonis Mesue, mitridatum, citra condita Mesue. 33. conditum, aromaticum, ro. Mesue, diamargariton Nicol. aromaticum garyophyllatum Mesuem electarium de gemmis Mes. electarium regum Mes. diatrionpipereon Nicol. diacurcuma, dialacca Mes. trifera magna Mes. trifera Gal.

Confortatiua in dyscrasia calida intestinorum. Rubrica. 7.
CONFORTATIUA in dyscrasia, intestinorum calida. electarium de sorbis Mesu. michiletæ, diacitoniten Nico. rob de agresta, rob de ribes, miua citoniorum Mes. iulep viol. rob de berberis, de moris, et alia talia in dyscrasia calida stomachi dicta.

Confortatiua in dyscrasia frigida intestinorum. Rub. 8.
IN DISCRASIA eorum frigida. diacyminum Mesu. diacinnamomum Mes. diagalanga, aromaticum ros. Mesue diacitoniten Nic. trifera magna fœnonis, theriaca, diacurcuma Mes. dialacca Mes. electarium de baccis lauri, Nico. philonium Mes. Nico. mitridatum. 33. conditum, acori conditi, & cætera in dyscrasia stomachi frigida.

Confortatiua in dyscrasia calida cordis. Rub. 9.
CONFORTATIUA in dyscrasia cordis calida. iulep uiol. iulep ros. zuccharum ros. zuccharum uiol. diarrhodon abbatis Auic. manuschristi perlatum sandalizatū, tria sandali. iij. rob de agresto, rob de ribes, rob de berberis, electarium de gemmis absque speciebus.

Confortatiua in dyscrasia frigida cordis. Rub. 10.
IN DISCRASIA cordis frigida. diambra, diamuscum dulce Mesue, diamargariton, electarium regum, theriaca magna, mitridatum, zuccharum boraginatū, aromaticū rosatum Mes. garyophyllatum Mes. lactificans Alman. citra condita, electarium de gemmis Mes. zuccharum buglossatum, quod est temperatum.

Confortatiua in dyscrasia vtraq; hepatis. Rub. 11.
CONFORTATIUA in dyscrasia hepatis calida diarrhodon abbatis, Nic. triafandali, rob. granatorum muzorum & acetosorum. in dyscrasia eius frigida, aromaticum rosatum Mes. dialacca Mesues, confectio anacardina, mitridatum, diacurcuma, theriaca magna.

Confortatiua in dyscrasia vtraq; splenis. Rub. 12.

CONFORTATIVA in dyscrasia splenis calida. non inuenio aliquod positum principaliter ad eius remotionem; sed tu eis vtere, quæ in dyscrasia hepatis calida dicta sunt ponendo directiua ad splenem. consimiliter operare in dyscrasia eius frigida diacurcuma Mesue.

Confortatiua in dyscrasia utraq; renū. Rub. 13.

CONFORTATIVA in dyscrasia renum calida non inuenio composita appropriatè; sed utere frigidis cōuenientibus hepatis cum directiuis ad renes. in dyscrasia renum frigida, diagalanga, electariū de gemmis Mesues diatrionpipereon, electarium de baccis lauri, trifera magna, theriaca, aromaticum rosatum, aromaticum garyophyllatum, dialacca Mesues philonium Mes. mitridatum.

Confortatiua in dyscrasia vtraq; vesicæ. Rub. 14.

CONFORTATIVA in dyscrasia vesicæ. de ipsis proportionabiliter dic, vt dictum est, de digestiuis supra; nam que renibus conferunt, conferunt & vesicæ; sed fortiora esse debent vesicæ conferentia.

Confortatiua in dyscrasia calida matricis. Rub. 15.

CONFORTATIVA in dyscrasia calida matricis non inueni appropriatum; sed quæ stomacho conferunt, & matrici; tu tamen cum eis pone directiuum ad matricem, & habebis compositum ad tuum propositum.

Confortatiua in dyscrasia frigida matricis. Rub. 16.

IN DISCRASIA frigida matricis multa hic reperiuntur; propterea quòd frequenter talem incurrit matrix; ut sunt hæc, diambra Mesue, aromaticum garyophyllatum,

E diamargariton, Nico. trifera fanonis, electarium de baccis lauri maximè suprapositum, theriaca magna, citra condita, acori conditi.

Cōfortatiua in dyscr. calida iunctura. Rub. 17.

CONFORTATIVA in dyscrasia iuncturarum calida nō inueni; sed remittentia caliditatem stomaticha, hepatica, & capitalia conferunt, & ponatur directiuum.

Confortatiua in dyscrasia frigida iuncturarum.

Rubrica. 18.

IN DISCRASIA iuncturarum frigida, consimiliter calida stomaticha, hepatica, & renalia, & capitalia conferunt, quibus adiunge directiua, & tu compone.

Confortatiua in cutis infectione. Rub. 19.

CONFORTATIVA in cutis infectione. valent omnia illa, quæ remittunt humorum acuitatem, & extinguunt caliditatem malam in hepate præcipuè aut in membris existentem, ut frigida dyscrasia hepatis conferentia.

Rectificantia malitiam solutiuorum. Rub. 20.

RECTIFICATIVA acuitatem, & malitiam laxatiuorum. agaricus Auicen. aromaticus Serap. casia lignea Aui. citrum Gal. liquiritia Halya, myrobalani Mesues, sal Mes. aloes Mes. bdellium Auicè. dragaganthum Serap. gummi arabicum Serap. manna Serap. oleum scorpionis, serapinū Serapio. et hic aduerte, quòd solum de compositis magistralibus mentio facta est; vt ordo consequens fiat ad præcedentia digestiua solutiua &c. in proprijs autem capitulis mentio fit de simplicibus & compositis; sed non nominantur auctores compositorum, ut hic.

TRACTATUS QUINTVS DE SIMPLICIBVS, ET COMPOSITIS COMMVNITER VSITATIS, CUIVS CAPITVLA SVNT QVATVOR.

ARGVMENTVM.

TRACTATUS quintus de Simplicibus, & compositis, de quibus in suis antidotarijs medici in medicando communiter vtuntur, & initium faciam à simplicibus. quorum aliqua à plantis sumuntur, alia ab animalibus, nonnulla ex venis terræ quæ mineralia dicuntur. quæ verò ex plantis sumuntur sic distinguuntur; quoniam alia sunt semina, alia fructus, alia frondes, alia flores, alia herbæ, alia ligna, alia cortices, alia succus per expressionem factus, alia sunt radices, alia gummi, alia ossa.

De medicinis simplicibus ex plantis sumptis, cuius rubricæ sunt decem. Cap. I.

De seminibus. Rubrica. 1.



SEMINA, quibus communiter vtuntur medici in antidotarijs sunt semen hyoscyami, cardamomi, milei solis, syleris montani, lini, sinapis, berberis, anethi, papaueris albi & nigri, pœonia, althææ, psyllij, vrticæ, rapæ, nasturcij, coriãdri, catapuciæ, cimini, saxifragiæ, fœnugræci. semina quatuor minora, portulacæ, scariolæ, endiuicæ & lactucæ, ameos, dauci, carui, amomi, leuistici, rutæ. semina quatuor maiora, melonis scilicet, cucumeris, cucurbitæ, & citrulli, lupini. semina quatuor calida, apij, fœniculi, petroselini, sparagorum.

Rubrica. 2.

DE FRUCTIBVS carpobalsamus, baccæ lauri, cassia fistula, tamarindi, colocynthis, pineæ, auellanæ, ficus, carica, ficus sicca, garyophylli, melanopiper, macropiper, & piper albū, amygdalæ, dactyli, passulæ, cubebæ, oliua, melones dicti palestini, nux muscata, nux indica, anacardi, myrobalani omnes, sumach, myrtus, fructus iuniperi, pruna.

Rubrica. 3.

DE FLORIBVS rosæ, violæ, flos boraginis, agni casti, anthos, buglossæ, sambuci, balauistiæ, epithymi, nenuph.

Rubrica. 4.

DE FOLIIS, & herbis. assarum, saxifragia, squinanthum, folliculi senæ, corrigiola, sauina, maiorana, cimellis,

absinthium, trifolium, pulegium, funus, folia citri, curubæ, cardo, cuscuta, viola, mencha, spica, camedryos, camepyteos, laureola, laurus, bacchara, mercurialis, blitis, abrotanum, & cætera quæ sunt in communi vsu.

Rubrica. 5.

DE LIGNIS. Lignum aloes, lignum tamarisci, xyloaloes, sandali rubei, citrini, & albi.

Rubrica. 6.

DE CORTICIBVS cinnamomum, cortices mandragoræ, cortices raphani, cortex radicum capparis, cannella, cortices citri, cortex sambuci, cassia lignea, cortex granatorum, cortex thuris.

Rubrica. 7.

DE RADICIBVS Rubea tinctorum, zedoaria, zinzi, costus, meu, cyperus, pyrethrum, filipendula, polypodium, capsia, enulæ, uitis alba, rhabarbarum, rheuponticum, galanga, pentadactylus, pœonia, iringi, acorus, hermodactyli, turbith, liquiritia, ireos, diptamn, ebuli, ellebori, agaricus baucia, aristolochia longa, ro. gentiana, esula, phu, ciclamè, satirion, radices quinq; sparagi, brusci, apij, fœniculi, petroselini, been al. ru. maluauiscus siue althæa.

Rubrica. 8.

DE SVCCIS quidam sunt duri; ut hypocistidos, & acacia, aloes, scammonia, & succus liquiritiæ, sanguis draconis: quidam liquidi; ut blitis, violarum, & huiusmodi, balsamus, mel, opium, acetum, succus fœn. absinthij, ladænum, oleum, camphora, sera. succus cucurbitæ, scillæ, succus rosa. elacterium, licium, vinum, succus granatorū, aqua rosa. lac titimalli, & maiorum lacticiniorum, succus corticum, & medianorum sambuci.

Rubrica.

Rubrica. 9.

DE GUMMIS myrrha, styrax, serapinum, terebinthina, armoniacum, dragaganthum, resina, mastix, opopanax, gummi arabicum, pix, gummi cedri, aqua vitis euphorbium, galbanum, sarcocolla, gummi hederæ, vernix.

Rubrica. 10.

DE OSSIBVS os dactylorum, de alijs ossibus, quibus utimur, dicetur iam in sequentibus.

De his, quæ sumuntur, ex animalibus. Cap. II.

VNde sic distinguuntur ea, quæ ab animalibus sumuntur; quoniã alia à membris, alia ab humiditatibus naturalibus eorum, aut superfluitatibus eorum, & sunt hæc, caro bouis, splen pulli, equi, stinchi, medulla ossium, auris vituli, cerui, os de corde cerui, sanguis columbi, sanguis hircinus, muscus, sericum combustum, eborus, serum lactis, lac, butyrum, intestinum lupi, coagulum leporis, capreoli hœdi, & vituli, fel tauri, fel hircinum, fel leporis, cera, os sepia, stercus columbinum, stercus humanum, stercus stellionis, axugia porcina, gallinacea, anserina, anatina, vulpina, vulturis, mel, spodium, secundum aliquos, ut circa instans est eborus, siue os elephantis combustus, loco cuius mali apothecarij vtuntur osse arietis combusti. Aui. verò dicit, quòd est radicis cannarum adustarum. hæc materia hic non est perscrutanda.

De his, quæ sumuntur à mineris, siue de mineralibus, cuius rubricæ sunt quatuor.

Cap. III.

MIneralia distinguuntur; quoniam alia sunt metalla, uel à metallis sumpta; alia lapides, uel à lapidibus, alia à uenis terræ; alia sal, uel à sale.

De metallis. Rub. 1.

DE HIS, quæ sunt metalla, uel sumpta à metallis, sunt aurum, argentum, calcanthum, argentum viuum, batitura æris, viride æs, cerussa, plumbum ustum, lithargyrium, minium.

De lapidibus. Rub. 2.

DE sumptis à lapidibus, uel quæ sunt lapides, sunt margaritæ, coralli rub. albi & medij, magnes, lapis lazuli, lapis armenus, lapis iudaicus, lapis lycis, cinabrium, crySTALLUS, marmor ematites.

De sumptis à uenis terræ. Rub. 3.

DE sumptis à uenis terræ, sunt asphaltum, sulphur, uitriolum, arsenicum, alumen liquidum quod de rocha à vulgo dicitur, chimolea, terra sigillata, auripig, lutum armenum, antimonium, alumen zuccharinum, quod rotundum dicitur, alumen iameni.

De salibus. Rub. 4.

DE salibus sunt hæc, ut prius dictum est, quatuor sal panis, idest communis, sal gemma, naticus, indus.

De compositis quibus utuntur medici, ut supra, cuius rubricæ sunt .xxv.

Cap. IIII.

Quatuor sunt intèntiones principales propter quas medici compositis vtuntur medicinis. prima est alteratio, siue intentio ad alterationem: secunda est euacuatio: tertia est constrictio: quarta est confortatio, quæ operationes possunt esse in toto, & respectu determinati membri; ut capitis. intentio quidem alteratiua perficitur duobus modis. vno quidem modo per ea, quæ per os assumuntur: alio modo per ea, quæ extrà corpori applicantur. per ea autem, quæ per os assumuntur, completur, aut per confectiones solidas, aut per electaria, siue confectiones liquidas, aut per medicinas theriacales, aut per triferas, aut per condita, aut per loochata, aut syrupos, aut secaniabin, aut per decoctionem, aut per rob, aut per trochiscos, aut per suffus. per ea verò, quæ extrà applicantur adimpletur per olea, per unguenta, per emplastra, siue per cerotaria, embrochationes, & suffumigationes. intentio uerò secun-

Ada cum positionibus, & electariis solutiuis, pilulis, & confectionibus solutiuis. intentio tertia completur cum oleis, unguentis, emplastris, embrochis, sacculis, syrups, tro. confectionibus, pil. cliste. electarijs, rob, suffus. intentio quarta adipiscitur cum his, quæ extrà ad intrà corporiq; applicantur. ad intrà sunt confectiones, electaria, theriaca, condita, suffus, trochisci, syrups. ab extra uerò sunt olea, unguenta, emplastra, cerotaria, suffumigia, & odorabilia. & de his omnibus prosequar in uniuersali; quia in particulari, ut sunt uel dicuntur talia respectu determinati membri dicetur in capitulis propriis infrà, de quibus deo dante particulariter sum dicturus. & ordinem propositum prosequens tale initium facio ad Rubricas.

De calidis. Rub. 1.

DE CONFECTIONIBVS alteratiuis usualibus, ut supra. & primò de calidis; ut sunt diaciminum Mef. diacinnomum Mef. confectio de musco dulci Mef. aromaticum ro. Gabrielis descriptione Mef. diagalanga Mef. diambra Mef. aromaticum garyophyllatum Mef. diamargariton Nico. ista quidem ponuntur ab auctoribus suis debere confici cum melle, aut syrupo ita, ut redigantur in formam liquidam in modum electarij; sed à me posita sunt, ut sunt sub forma confectionis solidæ facta: nam hoc modo; quia sunt & esui, & gustui delectabiliora. ita moderni eis utuntur, & prædecessores nostri iam longis, & retroactis temporibus usi sunt ita, quòd in summa loco mellis, aut syrups, zuccharum posuerunt, & ponunt.

De frigidis. Rub. 2.

TRIASANDALI, diarodon abbatis, diadraganthum.

De electarijs calidis usualibus. Rub. 3.

ELECTARIUM de gummis Mef. quidam tamen èt aliquando propter has assignatas causas iubent illud fieri in forma solida. electarium regum, quo non pauci utuntur in forma solida propter homines abominantes magis nomen electarij, quàm cõfectionis. diatriopipereon Mef. pliriscoticon, diatriopipereon Nico. diacurcuma Mef. diacca Mef. electarium de baccis lauri Nico. philoniũ Mef. diayris Nico. confectio anacardina Mef. sagenæa Mef. atanasia Nico. diafatirion Nico. diapenidion Nico. diacitonem Nico. lætificans Rasis, lætificans Nico. rosata nouella Nico. nota de philonio, quòd quidam enuntiant frigidũ: ego uerò nuntiaui inter calida, forsitan adducunt, quòd dictum est de rosata nouella & ultrà; quoniam frigida uincunt in compositione, secundum quòd inueni in libro meo calida uincunt; ideoq; considera descriptionem: est enim confectio multum usitata, & adhuc dubitatur de eius complexione. ideoq; considera, quid est medicari.

Philoniũ calidũ ne uel frigidum.

De electarijs frigidis usualibus. Rub. 4.

ELECTARIUM de sorbis Mef. requies Nic. michileta Nico. electarium restauratiuum Nico. diarodon abbatis in forma solida solet fieri. quidam, & plures rosatam nouellam connumerant inter electaria frigida credentes ex frigiditate opij ipsam resultari frigidam: ita etiam ex effectibus eius concludunt.

De theriacis. Rub. 5.

THERIACA andromaci Aui. theriaca diatefferon Mef. mitridatum Nico. theriaca uerò magna andromaci ante sex menses est frigida, siue stupefactiua.

De conditis. Rub. 6.

DE conditis calidis. 33. conditum Mef. acori conditi Mef. mel ros. Mef. citra condita Mef. zuccharum boraginatatum, mel viol. potest tamen poni de ros. plus, & minus ita, quòd posset mel ros. fieri frigidum, ut supra; sed communiter factum est calidum.

Melrosatũ cõiter calidum.

De frigidis. Rub. 7.

KEBVLI conditi, zuccharum rosa. zuccharum viola. zuccharum buglosatum; quamuis temperamento appropinquet, miua citoniorum Mef.

De triferis. Rub. 8.

TRIFERA maior Nico. trifera minor ex arte fenonis Mef.

De loochatis calidis. Rub. 9.

LOoch de pino, looch sanum, & expertum, looch de scilla Mef.